1705

The
Robert E. Gross
Collection
A Memorial to the Founder
of the
Lockheed Aircraft
Corporation

Business Administration Library
University of California
Los Angeles

12 1649 3 165

2 Dec 190 (1-3
190a

CONSILIORUM
CASPARIS KLOCKII JC.
EMINENTISSIMI
COMITIS CÆSAR. PALATINI, &c.

Studio & operâ collectorum.

TOMUS II.

IN QUO

De Feudorum origine, ſubſtantia, natura, diviſione, diſtinctione, cauſis efficientibus, materialibus, formalibus, conſtitutione, acquiſitione, conſervatione, Inveſtitura abuſiva, propria & ſimultanea, ſucceſſione, fine & effectu, alienatione, revocatione, amiſſione, item de eorundem incrementis, fructibus & melioration ibus, ac devolutione, & denique judiciis & controverſiis feudalibus diſeritur; nec non reliquorum Contractuum & Retractuum, putà pignoratitiorum, Pactorumque de reluendo & retrovendendo, Antichreſeos, Cenſuum, Annuorum redituum, Mutui, Mandati, Emptionis-Venditionis, Emphitevſeos, Societatis, Locationis, Depoſiti, Donationum inter vivos, Transactionum, Ceſſionum, Diviſionum, Fidejuſſionum, Alienationis rerum litigioſarum vel reſtitutioni ſubjectarum, Uſucapionum, Præſcriptionum, Evictionum, Fructuum & Intereſſe, judiciorum familiæ erciſcundæ & communi dividundo, dotium, donationum propter nuptias, bonorum paraphernalium, lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum, aliarumque conventionum, obligationum & actionum materia, & in facto propoſitæ inque foro cottidie occurrentes Quæſtiones, nec non ea, quæ ad proceſſus judiciarii directionem ſententiarumque interpretationem & executionem pertinent, continentur, omniaque ex D. THOMÆ MERCKELBACHII, D. THOMÆ MICHAELIS p. m. & ſuis ipſius manuſcriptis hactenus nunquam luci donatis, ſingulari artificio, ſuccinctâ methodo & accuratâ ſtyli elegantiâ dilucidè, nervosè & argutè explicantur, abſolvuntur, explanantur, præjudiciisque Cameralibus & rebus judicatis ſtabiliuntur, atque ad commodiorem Lectoris uſum diverſitate Characterum, Argumentis rerum, Epitomis, Summariis & Indice rerum locupletiſſimo diſtinguuntur & adornantur.

FRANCOFURTI

Sumtibus WOLFFGANGI ENDTERI, Bibliop. Norimb.

Anno CHRISTI M. DC. XLIX.

ILLUSTRISSIMIS ET GENEROSISSIMIS
COMITIBUS AC DOMINIS

Dn. CHRISTIANO GUNTHERO,
Dn. ANTONIO GUNTHERO,
Dn. LUDOVICO GUNTHERO,

FRATRIBUS GERMANIS,

Dn. ANTONIO ALBERTO

Ejusque Tutori

Dn. HENRICO SENIORI

BARONI RUSSO

Ex quatuor Comitibus Imperii, Comitibus in Schwartzburg & Honstein, Dominis in Arnstad, Sondershausen, Leutenberg, Lohra, Clettemberg, &c. Et respectivè Domino in Plawen/ Domino in Greitz/ Kranichfeld/ Gehra/ Schleitz & Lobenstein/ &c.

NEC NON

Dn. HENRICO ERNESTO,
Dn. JOHANNI MARTINO

FRATRIBUS GERMANIS,

Comitibus in Stolberg, Königstein, Rupefurti, Weringroda & Honstein, Dominis in Epstein, Müntzenberg, Breuberg, Lohra, Clettemberg, &c.

Dn. CHRISTOPHORI Filiis,
Dn. HENRICI Nep.
Dn. BOTHONIS Pronep.

Dominis meis gratiosissimis.

ILlustrissimi ac Generosissimi COMITES, Magna inter Eruditos disceptatio est de Rerumpublicarum corruptionibus, quænam istarum causæ, quæ vicissim remedia sint. Inveniuntur multi, qui ex positu Stellarum mutationes & corruptiones Rerumpubl. derivant: prout Cardanus nimiùm in astra superstitiosus, magnum iis imperium portendi urget, quibus extrema Stella in cauda Helices, sole meridiem tenente, verticalis fuerit, quem factis recte Bodinus refutat (*a*). Sic Prudentii versus hac de re noti sunt:

(*a*) *lib. 4. de Repub. c. 2.*

——— *Urbibus adfert*
Hora diesque suum, cùm primùm mœnia surgunt,
Aut Fatum, aut Genium, cujus moderamine regnent. (*b*)

(*b*) *Prud. lib. post. ad Symmach.*

Alii in hac Controverſia ad Conjunctiones magnas ſuperiorum Planetarum confugiunt, quas Mathematici prolixè docent, ſpacio 800. annorum fieri, quando, transactis per omnes Triplicitates conjunctionibus, ordo redit ad primam ſeu igneam. Talium Conjunctionum tantùm Octo numerantur ab Orbe condito, quarum quælibet peculiare quid videtur mundo attuliſſe. Circa octavam, quam Anno 1623. habuimus in Leone, totus Mundus bello exarſit, & adhuc comburitur. Nonnulli ex Cometarum apparitionibus (c) Regnorum atque Rerumpubl. defectum metiri allaborant. Unde etiam Silius Italicus Cometas regnorum Everſores vocat: (d)

(c) *Mizald. lib. 2. Cometogr.*

(d) *lib. 8. de bell. Punic.*

——— non unus crine coruſco
Regnorum everſor valuit lethale Cometes.

Cui convenit illud Lucani: (e)

(e) *lib. 1. de bell. civil.*

——— ——— Ignota obſcuras ſidera noctes
Ardentemque polum flammis; crinemque timendi
Sideris & terris mutantem regna Cometam.

Sunt etiam, qui ex Eclipſibus Solis ac Lunæ mutationes ac interitum Rerumpubl. dijudicant. Nos non denegamus quidem Aſtris ſuam efficaciam in naturalia; largimur etiam, quàm mores animi ſequantur corporis temperamentum, teſte Galeno, cœli vim magnam eſſe flectendi mores, hominumque affectus, & conſequenter Rerumpublicarum ſtatus commutandi (f): Cauſas tamen everſionum & mutationum in Rebuspublicis inde exoriri probandum adhuc reſtat. Siquidem aſtra ſaltem inclinant, non autem neceſſitatem imponunt. Actiones enim (g) frequenter adverſus propenſiones, ac ſemper in noſtra facultate & voluntate poſitæ ſunt. Itaque ſi quicquam efficiant aſtra, à Sapiente tamen præverti aut impediri poſſunt, cùm Sapiens dominetur aſtris. Quod probè olim conſideravit Pericles (h), qui exercitum, ob luminis ſolaris defectum, exanimatum, & arma omninò abjecturum, paulò pòſt erexit, &, timore exempto, ad bellandum alacrem reddidit, veras Eclipſium cauſas proponendo, & ſiniſtrum ſenſum ac ſcrupulum omnem abigendo. Converſiones & mutationes Rerumpubl. ex aſtris quodammodò præſciri, ac ex cœleſtibus oſtentis prædici poſſe, non planè negari poteſt. Nec Damaſceno (i) refragamur, qui Cometas ad DEI voluntatem certo tempore ſingulariter productos iterumque diſſolutos, aliquid mali Regno & Regibus portendiſſe, ſuo tempore obſervavit. Verùm hoc addimus, ex aſtris probabiles ſaltem conjecturas deſumi, & ſi quando malum cum Cometa, aut aliis divinitus factis prodigiis inciderit, non poſſe ab iis certas iſtius mali cauſas accerſi, ſed ex DEI voluntate nobis oſtendi, demonſtrari, portendi ac prædici, malum, quod ex aliis cauſis ſuam traxit originem, & cervicibus noſtris imminet, in nos tandem horribiles impetus facturum, niſi per ſalutaria remedia huic in tempore reſiſtamus. Theologi imperiorum mutationem à DEO eſſe ex ſacris dilucidè demonſtrant. Ille Regum imperium diſſolvit, & eorum latera balteo conſtringit *Job cap. 12. v. 18.* Ille transfert regna & conſtituit: dominatur in regno hominum; & cuicunque voluerit, dabit illud *Dan. 2. v. 21. & cap. 4. v. 17.* Ille gentes expellit & plantat *Pſalm. 44. v. 3.* Et quis Chriſtianorum negare velit, ſicut omnia, ſic & res tanti momenti, quales ſunt Regna & Respublicæ, DEUM quàm maximè ſibi commendatas habere? Ethnicis quoque hoc non fuit prorſus ignotum. Sic enim, citante Lipſio (k), Marcus Antoniusad Verum Collegam ſcribit de Avidio Caſſio: Si divinitus ipſi competit Imperium, non poterimus ipſum interficere, etiamſi velimus. Scis enim proavi tui (Adriani) dictum: *Succeſſorem ſuum nullus impedit.* Hoc reſpectu dicimus, *Omnia fato regi*; fato ſcilicet divino. Nec enim Fatum alio modo non uſurpamus, quàm cum Auguſtino (l) pro ipſa providentia divina. Scite & eleganter Marcell. Palingenius (m) ſcribit:

(f) *Caſus lib. 5. Sphær. civ. cap. 12.*

(g) *Vid Piccolom. grad. 2. Philoſ. moral. c. 35. Arniſæ. lib. 2. pol. c. 2.*

(h) *Frontin. lib. 1. c. 12.*

(i) *lib. 2. c. 7. Orth. fidei.*

(k) *in Monit. Exempl. Polit. lib. 1. cap. 5.*

(l) *lib. 5. de Civ. Dei cap. 1.*

(m) *in Zodiac. vitæ lib. 6.*

——— ——— ——— Hæc gloria ſummi
Artificis, facere ex minimis ingentia, nec non
Ex ſummis minima, & rerum mutare tenorem
Jugiter, ac faciem ſapienter cuncta novando.

Quod

Quod autem corruptiones & everſiones Rerum publicarum attinet, ex ſacra quoque Scriptura edocti ſumus, *Peccata noſtra* propriasesſe cauſas morborum, qui publicas ſæpè res infeſtare, & regnum miſerè vexare ſolent. Hoc cuivis manifeſtum eſt, in primis qui legerit illud Samuelis ad Regem Saulum; (*n*) DEUS regnum tuum tibi ademit, & in proximum (Davidem) contulit, qui te longè eſt melior: aut quod Salomoni dictum; (*o*) Quia non ſervaſti pactum meum, ſcindam regnum tuum, & ſervo tuo dabo. Sic (*p*) DEUS minatur, ſe velle Regna de una gente ad aliam transducere propter iniquitates, ut ita immutentur injuſta Regna, & Nemeſin experiantur vindice irâ DEI. Plura ex ſacris literis non addo, quæ ubique præſupponit Chriſtianus Politicus, tanquam in Theologis luculentiùs explicata, quorum hæ ſunt partes primariæ. Progreſſum nos faciemus ad eas tantùm corruptionum cauſas, quæ ad inſtitutum noſtrum faciunt. Injuſtitia caput & fons eſt omnium turbarum in Republica, ſicut Juſtitia Regnorum ſalus & quies. Ubi injuſtitia dominatur, non domus ulla, non civitas, non hominum inter ſe ſocietas, non ipſa denique Univerſitas rerum diu ſtare ac tueri ſe poteſt. Unde ſunt ruinæ in toto hoc imperio, niſi ab abuſu Imperii & gubernatione interdum non admodum juſta? Nam ab illo tempore expirare cœpit rerum publicarum ſalus, ex quo multorum inſedit animis peſtilentiſſimum illud axioma: *Si violandum ſit jus, violandum eſſe vel majoris vel liberioris imperii gratiâ.* Unde tandem fraudes, unde variæ machinationes, unde bella & omnium rerum interitus. Ex pragmaticis S. Rom. Imperii ſanctionibus inſtruimur, hæc duo ſimul ſtare poſſe, quod Comitatus aliquis immediatè ſit Imperio ſubjectus, vel cenſeatur eſſe Imperii Comitatus: Et nihilominus idem Comitatus procedat in feudum ab aliquo Principe ſæculari vel Eccleſiaſtico. Regalia itaque & jura, quæ Comites & Barones per Cæſarias conceſſiones, obſervantiam, præſcriptionem, avitam & innatam dignitatem ultra tempus immemoriale poſſederunt, alius ſanè in iſtorum territorio poſſidere & obtinere nequit. Sic Nicolaus Everhardi Junior (*q*) rectiſſimè obſervavit, Comites ex prima Imperatoris conceſſione, qui eam dignitatem tribuit primo recipienti & ejus ſucceſſoribus, retinere dignitatem & nomen, etſi poſteà Comitatum ſuum ab intermedio Principe in feudum recognoſcant. Ejusque rei exemplum luculentiſſimum ponit in Duce Wirtembergico, qui contribuit Romano Imperio, eidemque immediatè eſt ſubjectus, & tamen Duratus feudum eſt Archiducum Auſtriæ, ſimiliaq; plura exſtare ſcribit in Nobilibus à Thurnhaim, Hirnhaim, Ebernhaim, Freyberg/ Schemhis/ atque aliis infinitis. Sic Regnerus Sixtinus (*r*) ſi, *inquit*, Comes, ut ſecurior eſſet, aliamve ob cauſam, ab aliquo inferiore Principe Comitatum ſuum in feudum recognoverit, hoc etiam caſu prior dignitas retinetur, ut quam à ſolo Principe nactus eſt. Et paulò pòſt: Quemadmodum per hujusmodi feudationes & ſubinfeudationes non derogatur dignitati regalium & juribus regalibus Comitum vel Baronum Imperii, ſic etiam libertatem, quâ Imperio immediatè ſubjecti & Status Imperii ſunt, non amittunt, nec Domini feudalis jurisdictioni ſubjiciuntur: Cum omninò diverſa ſint ordinaria jurisdictio & feudalis: utque maximè velint, non tamen poſſunt per hujusmodi recognitionem feudalem perſonam ſuam aut bona imperio immediatè ſubjecta eximere ibid. num. 67. 68. Sic Tobias Paurmeiſterus (*s*) aliud, *inquit*, eſt Comitatum unà cùm jurisdictione univerſa in ſubditos per recognitionem Principi ſubſternere, aliud verò, ſe ſuamque perſonam ſimpliciter, tàm ratione perſonalium actionum, aliunde quàm ex feudo deſcendentium, quàm realium non ex feudi legibus proficiſcentium ordinariæ ejus poteſtati ac jurisdictioni ſubjicere. Non ergo ſequitur, Comitem, Baronem &c. directum dominium Comitatus per recognitionem feudalem in Principem transferrentem, perſonam quoque ſuam in jurisdictione immediata Imperii eximere, ac ſimpliciter Principi ſe ſubjicere voluiſſe. Sic Matthias Stephani (*t*): Status, *ait*, poteſt allodialia ſua à Principe Imperii in feudum recognoſcere, quo tamen ipſo nulla conceditur Superioritas aut Jurisdictio in perſonam. Sic Henricus à Roſenthal (*u*) in mille Germaniæ locis videre licet, quod Nobiles & Comites Vaſalli Principum etiam ratione feudorum, quæ ab Electoribus, aliisque Principibus tenent, immediatè ſubſint Imperatori & Imperio, nec Domini feudorum ullam in eos jurisdictionem exerceant, quàm eorum, quæ ad Cu-

(*n*) 1. Samuel. c. 15.
(*o*) 1. Reg. 11.
(*p*) Eccleſ. 10. v. 8.
(*q*) conſil. 41. n. 106. 107. 108.
(*r*) lib. 1. de Regal. c. 4. n. 59.
(*s*) lib. 2. de jurisdict. c. 8. n. 48.
(*t*) lib. 1. de jurisd. c. 7. p. 1. n. 177. & n. 181. 182. & 229.
(*u*) de feud. c. 5. concl. 78. & concl. 69.

Curiam feudalem pertinent; Tandemque concludit, quod licet Vaſalli in iis feudis habitent, tamen reſpectu illorum etiam Conſtitutiones privilegiatæ competant ex ſtylo Cameræ, modo aliunde ſint immediati, aut in quaſi poſſeſſione exemptionis, additque, ſe ex Johanne Nervio Exaſſeſſore hoc plurimis præjudiciis oſtenſis didiciſſe. Comitatus enim eſt dignitas, quæ non convenit Caſtro vel Villæ in feudum ab inferiore conceſſis, ſed ab Imperatore ſolo, tanquam fonte, fluunt Jurisdictiones & nomina regalium harum dignitatum (x): Quod ſublime faſtigium ſi quis inferiori cuipiam Principi tribueret, jure factoque hæreticus eſſet, quia diceret contra Evangelium: Quæ ſunt Cæſaris Cæſari (y.) Hæc etſi in omnium oculos incurrant, veroque veriora ſint, nihilominus palàm conſtat, quibus machinationibus nonnulli Principum Conſiliarii regalem Comitum dignitatem alto ſupercilio deſpiciant, & quandoque ad inſtantiam maleferiatorum ſubditorum Vaſallagium cum Jurisdictione ordinaria ſtudiosè implicent, involvantque, & ex capite denegatæ Juſtitiæ, Nullitatis, Suſpicionis &c. omnem Comitum Jurisdictionem & regalia ab Imperatore immediatè dependentia jura, inſtar alluvionis, ſenſim & quaſi ſine ſenſu ad ſe trahere, eorumque innatam dignitatem offuſcare & ſupprimere adlaborent. Itaque ſi res ita contigerit, & Princeps infeudans regalia Comitatus à ſolo Imperatore dependentia jura ſibi arrogare & appropriare conetur, ibi vim patitur Juſtitia, à qua in omne hominum genus leges & jura manârunt, multisque contentionibus & Reipublicæ corruptionibus via ſternitur, Cæſaris & Statuum Imperii commodum, vis & potentia diminuitur, utpotè, quorum maximè intereſt, numerum Vaſallorum non imminui, ſed augeri.

(x) *Bald. ad c. 1. quis dicat. Dux, Marchio vel Comes.*

(y) *Sigism. Scac. lib. 1. de judic. c. 9. n. 1609.*

Rerumpublicarum per discordiam Magiſtratuum everſarum, pro dolor! exempla ſunt quàm plurima. Nam

——————Discordia turbat
Rem populi, titubatque foris, quod diſſidet intus.

Alexandri Monarchia collapſa eſt ſucceſſorum diſſidiis. Eodem morbo laboravit Roma. Vult Brutus Rempublicam; Cæſar Monarchiam; Placet pax Catoni, bellum magis Pompejo; Cicero vult ſerviendum tempori: Lentulus verò hanc vocem eſſe adulationis fœdæ, aut timoris ſervi: Dulce hic, ille mavult amarum. Quid tandem? Triſtes ſubinde Tragœdiæ hinc apud Romanos excitatæ ſunt. Orientale Imperium Barbari tulerunt per Græcorum Principum ſimulationes. In hoc ſæculo quid profuerint Imperio Romano discordiæ & diſſenſiones Ordinum, terra loquitur, nobis tacentibus. *Non aliorum viribus, ſed noſtrûm ipſorum diſſidiis oppreſſi ſumus.* Quas diſſenſiones vaticinium Danielis cap. 7. prædixit, dum pedes ex ære & luto mixtos quartæ Monarchiæ tribuit. Sic Tyrannis Religioſa, quâ conſcientiis dominatur Princeps, & libertatem ipſis eripit, quâ non ſuadetur religio, ſed imperatur, multarum corruptionum & everſionum cauſa eſt. Etenim hæc ubi ſævit Tyrannis, non modò reges, ſed & plerumque ipſa regna turbat, imò evertit. Teſtatum id faciunt præter mutationem ſtatus in Africa, Arabia, Perſia, Hungaria, innumera bella tùm civilia, tùm externa in Europæ regnis. Nec Gallia tranquillari potuit, mota ab Henrico IV., nec Polonia à Stephano, nec Bohemia à Regibus ſuperioribus, nec Germania à Carolo V., niſi libero miſſo Religionis exercitio. Ob idem Religionis negocium hactenus tota Germania horrendo bello mota, afflicta, cruentata, perturbata & ferè emaciata eſt. Liberæ enim volunt eſſe conſcientiæ: quod ſicuti libertas in civilibus non facilè conceditur eripi, multò minus in ſpiritualibus debeat. Faxit DEUS Opt. Max., ut univerſalis Reipublicæ Chriſtianæ Pax, quam multis ſuſpiriis & lacrumis jamdudum expetivimus, & nunc ſperamus tandem Monaſterii Weſtphaliæ & Oſnabrugis ſolenniter conſtituta, Auguſtiſſimi noſtri Imperatoris, Potentiſſimorum Regum & omnium Sacri Romani Imperii Ordinum Statuumque animos mutuâ charitate ſic devinctos ſemper teneat, ut Unus omnibus terris imperare videatur, noſtraque orthodoxa Religio, quam ab errore & vana ſuperſtitione, ad veritatis lucem olim revo-

revocavit B. Lutherus, divinâ adjutus gratiâ, in toto Imperio æternùm permaneat, & ad posteritatem, si qua futura est, felicissimè traducatur. Inter causas calamitatum & corruptionum Reipubl. dubio procul post. emæ etiam non. sunt, *Ambitio ac Superbia*, cùm imperantes gloriam intra ditionis suæ limites contineri ægrè ferant: *gubernandi ignorantia*, ubi vel malis consiliis circumveniuntur, vel bonis sese duci non permittunt: *Luxus & libido* (z), blandissima Reipubl. pestis. Unde Valerius Maximus de Athenis (aa): Quæ urbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amisit. *Quæstus & inde oriens avaritia*; cùm nihil quidquam magis subditos exstimulet, & corruptiones Rerumpublicarum efficiat, quàm pecuniæ damnum, teste Livio: & quæ sunt id genus aliæ causæ.

(z) Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9. (aa) lib. 4. cap. 9.

Quid tandem de Factionibus ac Seditionibus dicemus? Nequaquam hîc facimus cum Crœso, qui apud Tullium (*bb*) seditionem Reipubl. utilem & necessàriam asserit, cuique opinioni etiam subscribit Machiavellus (*cc*), quod inde nascantur boni mores & præclara instituta. Ita febrim quartanam esse bonam & utilem possemus dicere, quod sobrios ac temperantes reddat homines efficiatq;, ut cibo ac potu moderatè & abstinenter utantur. Tametsi enim seditiones aliquando non propriè ac per se occasionem præbeant bonis legibus atque institutis condendis, non tamen continuò sequitur, eas ipsas esse bonas. Nos potiùs cum Livio seditionem Reipubl. venenum esse contendimus. Factio veluti bellua multorum capitum atrocissimè furit, nec ullum modum tenere potest, inquit Camerarius (*dd*). Etenim quando Magistratus à subditis suis contemnuntur: quando Optimates injuriâ afficiunt multitudinem, & nimis fastuosi sunt: quando populus inter se discordias alere, & alios aliis civibus reddere exosos cœpit; non potest non certa oriri Reipubl. calamitas; quandoquidem regnum in se divisum consistere non potest. Et licet dissensio ipsa civium non statim Reipubl. mortem afferat, aperit tamen eam occupandi viam potentioribus Principibus, qui hunc in finem inimicitias aliorum, quibuscunque possunt modis, serere & alere solent, donec mutuis discordiis attritas vires sine negocio ipsi occupent, ut Aristoteles docet inter Sophismata Tyrannorum (*ee*). Imò dissensio civium per se satis virium habet ad dissolvendam quamcunque civitatem, in qua radices egit, nisi puniatur. Etenim fundamentum Reipublicæ, quod est concordia, penitus tollitur, & ex seditione oriuntur tandem quàm sæpissimè bella civilia, efficacissima media destruendi omnes fortunas Magistratus & Subditorum, quippe quæ in ipsa Reipubl. viscera sæviunt. Plura lubens prætereo: Quis enim omnes mutationum & corruptionum causas enumerare potest? quas in facto potiùs consistere, quàm certis observationum regulis contineri posse cum Paulo Busio (*ff*) statuimus.

(bb) lib. 2. Offic. (cc) lib. 1. discurs. polit. 4.

(dd) cent. 1. hor. subcesiv. c. 40.

(ee) lib. 5. Politic.

(ff) disquisit. Politic. c. 13. q. 20.

De remediis cogitandum erit, quibus curatio Rerumpublicarum obtineri queat. Quemadmodum enim non sufficit Medico, morbos tantùm nosse, sed oportet etiam remedia contra eosdem præscribere, medicasque manus adhibere; ita etiam Moderatori & Gubernatori Reipubl. non satis erit, morbos & corruptiones Rerumpublicarum saltem cognitas habere, sed insuper quoque, quantum potest fieri, corpus politicum ab iis conservare, & legitimis mediis curare convenit (*gg*). Nostri verò instituti hoc loco non est, remedia, quæ in suis libris Politici docent, prolixè enarrare omnia, (*hh*) quorum alia viam occludunt causis corruptutis, alia jam invalescentes amoliuntur, alia morbo jam contracto manum adplicare docent. Ante omnia, quod Aristoteles (*ii*) prudenter monet, in omni causa, unde Reipubl. aliquid periculi metuendum est, nihil spernendum putamus. Nam parva scintilla neglecta magnum sæpè excitavit incendium. (*kk*) Rectè Tacitus; (*ll*) sæpe, *inquit*, modicis remediis primi motus consedêre.

(gg) Scipio Amirat. lib. 3. dissert. Polit. c. 2. (hh) Vid. Arnisæ. lib. 2. Polit. c. 5. (ii) lib. 5. Polit. c. 7. (kk) Curt. lib. 7. (ll) lib. 14. Annal.

Et hûc respiciunt *nostra Consilia*, quæ tribus Voluminibus bono cum DEO in lucem edita sunt. Quamplurima in iis continentur remedia, quibus corruptiones à Reipubl. corpore abigi, atque hujus membra vel in integritate sua con-

ſervari, vel ſi collapſa fuerint, ad priſtinam ſanitatem reſtitui quàm fideliſſimè queunt. Rectiſſimè monent Politici, (*mm*) ut minùs obnoxia ſit Respublica mutationibus, & diutiùs ſalva atque incolumis conſervetur, rerum ſummæ prudentes ac induſtrios præficiendos eſſe Conſiliarios, hosque benè ſe gerere in officio jubent. Et meritò laudandi ſapientes illi Conſiliarii ſunt, quibus ſemper hæc cura eſt, ut Conſilia ſua ad DEI honorem, Principis gloriam, patriæ libertatem ac commodum dirigant, ut ſententias fortiter, non obnoxiè, dicant, ut nequitiam compeſcant aut tollant, probitatem contineant & ſiſtant. Quamobrem neceſſe eſt, ut Reges ac Principes, omnesque, qui ſibi gubernacula imperii depoſcerunt, benè perpendant, quos penes ſe habeant Conſiliarios: neceſſe eſt, ut quid ſit æquum aut iniquum, juſtum aut injuſtum, legibus conveniat, vel cum iisdem litem pugnamque exerceat, ipſi prudenter conſiderent: neceſſe eſt, ut res ſuas arcanas & ad imperii adminiſtrationem pertinentes Princeps ſæpiſſimè communicet cum mutis & mortuis Conſiliariis, qui conſilii ſui copiam aſſiduè faciant, & fidi ſemper & recti. Quod Alphonſus olim eximius ille Regum probè obſervavit. Interrogatus enim, qui eſſent optimi Conſiliarii; Mortui reſpondit, libros ſcilicet & hæc talia monimenta intelligens, qui nihil blandientes, nihil celantes puram meramque propinant veritatem, qui cum omnibus eodem modo loquuntur, non potentiam cujusquam reformidant, non gratiâ flectuntur, non deliniri ſeſe precibus, non precio corrumpi, non adulterari pecuniâ ſinunt. Ego ſanè, ut ingenuè fatear, cujusmodi Conſilia & Reſponſa Prudentum evulgata ſemper magnifacio, & ſatis reipsâ expertus hactenus ſum, quanta ſit in eis vis, quanta utilitas: Lecturis etiam ea, & Deciſionibus multùm anteſtare, eorumque fructus Reipubl. quàm maximè ſalutares eſſe, antehac luculenter demonſtravi.

(*mm*) *Vid. Ariſtot. lib. 5. Polit. c. 7.*

Horum Conſiliorum Volumen Secundũ ILL. ET GEN. VV. ſummâ, quâ poſſum ac debeo, animi ſubmiſſione jam dedico & effero, idq; quod ſub ſplendidiſſimo ILL. & GEN. VV. nomine in lucẽ vel tandẽ emitto, cauſæ urgent graves ac magnæ. Poſtulat hoc Auguſta imperii, quod ILL. & GENER. divinitus contigit, dignitas. Quis enim omniũ tàm ignarus rerum, tàm rudis in Imperii Romani hiſtoriis, qui non Illuſtriſſimis ac Generoſiſſimis Comitibus Schvvartzburgenſibus DEUM Opt. Max. omni ex parte benedixiſſe ſciat? Ex Comitum ordine, ſingulari Principum privilegio, quatuor olim Familiæ, die vier Graven deß Heiligen Reichs nuncupatæ fuerunt, Comites nimirum Clivenſes, Schvvartzburgenſes, Ciliæ & Sabaudiæ, ut recenſentur à Petro de Andlo, Münſtero & aliis. Ex quibus Clivenſes & Sabaudi in Principum ordinem adſciti, Cilienſibus verò Anno 1456. exſtinctis, ſoli Schvvartzburgenſes in Thuringia rerum in Imperio geſtarum gloriâ ac poſſeſſionum amplitudine nobiliſſimi Comites permanſerunt, ex quorum proſapia fuit GUNTHERUS, contra CAROLUM IV. Imperator Romanus electus. Eo in ordine ILLUST. & GENER. Comites adhuc Vos DEUS hoc in mundo ſuperſtites eſſe voluit, ſedium Paternarum juſtiſſimos hæredes ac poſſeſſores. Videtur eſſe ars artium & diſciplina diſciplinarum, hominem regere, qui certè inter omnes animantes maximè & moribus variis & voluntate diverſus, inquit Gregor. Nazianzenus (*nn*). Ex mia igitur hæc quoque erit ratio de Republica benè merendi, de Magiſtratu, cui in homines divinitus conceſſa poteſtas eſt, benè mereri, id eſt, ducere eum ſalutaribus Conſiliis, ad metam illam publici Boni, ut felices ac beatos reddat ſubditos, ſupplicibus opem ferat, innocentibus ſalutem det, oppreſſos periculis liberet, fraudes omnes & calumnias è medio tollat, ſuum denique cuiq; tribuatur.

(*nn*) *in Apolog. fuga tom. 2. p. 401.*

Sic Veſtri Generis ſplendorem, ILLUSTRISSIMI ac GENEROSISSIMI COMITES STOLBERGENSES, & venerabile Nomen Majorum Annales loquuntur. Refert Hieronymus Henning. (*oo*) fuiſſe quendam Ottonem de Columna, Nobilem Romanum, qui militans Juſtino Juniori Imperatori circa A. C. 566. in Hercynia ſylva cœpit cervum nigrum in montibus Stolbergicis; quo dono miſſo Imperatori, cum admiratione eum ſuscepit, &, ut hujusmodi coloris cervum in

(*oo*) *in Genealog. tabell. p. 2. rubr. Stolbergi Comites pag. 335. Dreſſerus Iſag. hiſtor. p. 2. mill. 6. p. 598. & Laurent. Peccenſt. p. 1. Theatri Saxon. c. 17. p. 253. videatur quoq; Theodor. Hœpingk in ſuo inſigni tractatu de Iure inſignium cap. 6. part. 6. p. 376.*

Cly-

Clypeo gestaret, ipsi concessit Imperator, additâ insuper sylvâ Harcyniâ in hæreditatem possidendâ, ubi Stolberga arx, (ut habet manuscriptum Chronicon Thuringiæ) jam ædificata erat Anno Christi 530. Possedit itaque hunc tractum Comitis titulo, quem & posteri ejus usurpârunt. Arcis autem hujus desolatæ rudera adhuc in veteri Stolbergico monte conspiciuntur. Quin etiam insignia hæc, uti hodiè cum triplici galea exornata conspiciuntur, singulari deplomate à CAROLO V. Imp. in Comitiis Augustanis 17. Maji Anno 1548. confirmata sunt. Commemorat Elias Reusnerus (*pp*) Ludovicum Comitem Stolbergicum trium Impp. Caroli, Ferdinandi & Maximiliani ab intimis Consiliis, & Oratorem insignem fuisse, cujus Illi operâ & Consilio in multis Legationibus & negociis feliciter usi sunt. Hic ipse Transactionem Passavienſem factam tectam manere omnibus viribus adlaboravit, eidemque manu propriâ subscripsit. Hunc ipsum Carolus Utenhovius (*qq*) venusto elogio prosequitur.

(*pp*) *in opere Geneal. in Stemm. Comitum*

fol. 70.

(*qq*) *allusion. lib. 1. p. 56. & 57.*

Te quoque (cui comes assidue est, Comes inclute, virtus)
Cui Comes Aonidum turba novena, canam.
Cui comes it Charitum trias individua Sororum,
Cui comes it Clario juncta Minerva DEO.
Cui comes it niveo probitas candore refulgens,
Et Comitem comem, qui facit esse, Lepos:
Quo Comitem nullam comitatum Teutona cernit
Terra tot ac tantis dotibus ingenii.
Quique adeò Heroas virtutibus anteit omnes;
REGIUS hunc nomen donat habere LAPIS.

Königstein.

De HENRICO, Avo vestro laudatissimo & veræ Religionis amantissimo Comite, idem Reusnerus narrat, quod Hermanno Archiepiscopo Colonienſi, à Pontifice Romano Paulo IV. ob religionem exauctorato, fidelissimè ac constantissimè affuerit: cujus gratiâ & ipse Decanatum sive optimum istum Canonicatum relinquere, quàm sinceræ doctrinæ confessionem abjicere maluerit. Resignato ergo Sacerdotio, uxorem duxit ELISABETAM Comitem Gleichenſem, Rembdenſem & Blancohamium. Ita Majores Vestri, ILL. & GEN. Comites, & honoribus, & rerum gestarum gloriâ & maximè floruerunt, Vosque eorum memoriæ ac laudibus lucem hactenus attulistis.

Quapropter ILLUSTR. & GEN. VV. hunc qualemcunque laborem meum sacrum esse debere, magnoperè desidero. Exegit porrò submissa in ILL. & GEN. VV. pietas, ut non modò animi mei observantiam Vobis approbarem, sed & debitæ gratitudinis aliquam saltem significationem ederem. Ut taceam alia, quæ in me collata sunt maxima & ampliſſima beneficia, quorum unicum duntaxat commemorare jam liceat. Vos illustrissimi ac Generosissimi Comites, duodecim ab hinc annis, in arduis ac gravissimis causis Comitatum Honsteinium & Dynastiam Lohranam ac Clettembergenſem, aliasque ditiones concernentibus, mihi patrocinium ac defensionem commisistis, promissâ certâ pensione & mercede annuâ. Hactenus quidem turbulentissimis istis temporibus, & Bellonæ improbitate ac fraudibus factum est, ut ad paucos defensionis juridicæ actus requisitus fuerim: atque ita per me non stetit, quò minus officio, quod meis humeris imponi passus sum, satis ex animo facerem. Nemo igitur me accusabit Consultorem suum. Paratus semper fui, quantum potiem τὸν Θεῷ, consiliis & prudentiâ medicari communibus istis malis; & adhuc promptus ero, ubicunque defensionis necessitas contigerit, territorii utriusque vestri commoda promovere, & quasi jure postliminii ea, quæ ex antiquissimis pactis gentilitiis ad Vos ceu Hæredes Conventionales, (*rr*) jure successionis spectant, repetere ac vindicare. Rectè apud Tragicum Neoptolemus

Καλὴν θησαυρὸν κρύπτεις ἄρα σύ,

Pulchrum thesaurum esse pronunciavit, in sua quemvis vocatione judicari optimum. In jure nostro expeditum est; qui operas suas locavit, totius temporis

 mer-

(*rr*) *De hoc hæredum genere Veteribus ICtis incognito vide Hotoman. conſ. 72. n. 35 & ſeqq. Hein. p. 1. quæſt. jur q. 23. n. 13. & ſeqq. Menoch. conſ. 1. n. 102. & ſeqq. Dauth. de Teſt. n. 108. v. nam etſi plerique. Peregr. de fideicom. art. 51. n. 35. & ſeq. Teſſaur. deciſ. 225. n. 12.*

mercedem accipere debet, si per eum non stetit, quò minùs operas suas præstaret *l. qui operas 30. §. Advocati. 1. ff. locat.* & ratio ibi additur, quia scilicet fidem contractus impleri æquum est. Et locum hîc habet regula, votum seu propositum seu voluntatem pro opere reputari *c. magna pietas. dist. 1.* Ast ego in intimorum animorum vestrorum recessus, ILL. & GENER. Comites, conjecturâ deductus, qui sensus, quæ voluntas, qui sit affectus eorum erga me, perquiro diligenter, & dici vix potest, quàm propendentes inclinatione voluntatis in me, quàm plenos amoris invenio. Nihil non spero Vobis promittentibus, mercedem & auxilia, quæ par sit à Vobis proficisci, mihi, Vobis jubentibus, polliceor, & jam manibus propemodum comprehensa teneo.

Nunc ILLUSTR. & GENEROS. VV. GRATIOSISSIMI DOMINI, hoc Consiliorum opus dedicare visum est Regi Artaxerxi nihil adeò parvum uspiam oblatum esse, quod non benignè alacriterque accepisset, Plutarchus (*ff*) refert; sicut & verè regium ejus in Trajani Cæsaris alloquio Apophthegma idem commemorat: *Non minùs regium, summæque humanitatis, parva lubenti facilique suscipere animo, quàm magna largiri.* Quapropter munera hæc mea chartacea quin. Vos ILL. & GENER. Comites clementi animo & serenâ fronte accepturi sitis, nullus dubito: Votis insuper ardentibus à DEO Opt. Max. peto, ut ILL. & GEN. VV. in exoptata valetudine, tranquilla & pacifica gubernatione, florenti denique omnium rerum statu ad Ecclesiæ & Reipubl. salutem quàm diutissimè conservare, & tandem ad aliam vitam, æternis refertam & cumulatam bonis, perfruendam, clementissimè perducere dignetur. E Musæo meo Brunsvvigæ 20. Maji Anno CHRISTI 1649.

(*ff*) *In Apophthegm. Regum & Imp. part. 1. Moral. pag.* 322.

ILLUSTR. & GENER. VV.

devotissimus & observantissimus
cliens

CASPAR KLOCK.

EPI-

EPIGRAMMATA

In Secundum Tomum Consiliorum Juris editum,

à

NOBILISSIMO, MAGNIFICO ET CONSULTISSIMO VIRO Dn.

CASPARO KLOCK, JC.

CELEBRATISSIMO, COMITI PALATINO CÆSAREO, olim in Episcopatu Mindensi & Hildesheimensi, nunc verò Dnn. Comitum Stolbergens. Cancellario & Consiliario intimo, Adfini & Amico, ut Fratri honoratissimo.

T vidi, Themidos Magmentum Nobile KLOCKI
Consiliorum apicem, quo grandia prodere captas
Consobrinorum, quæ par, mirabile mundo
MERCKELBACCIADES THOMAS, THOMAS MICHAELIS
Ingenio & Genio quondam genuere sagaci,
Quem Generosorum non degener ipse Leonum,
Partum ambis, lambis, varièque refingis & ornas,
Addens de propriis non pauca & pondere Juris
Vel majora etiam, vel non (mihi crede) minora.
Ut vidi, dixi, & consulto pectore dixi:
Arduum opus certè hoc! dignum Cedro atque Cupresso,
Quod multis aliis parili conamine Scriptis
Palmam præripiet, quos Sol conspexerit unquam.
Gaudeo & exulto! Meus hic ter-charus Amicus
KLOCKIUS hic verè Suus est, Se pandit & Orbi,
Has dum mentis opes per terna Volumina pandit
Raras mentis opes, ceu caras, sic quoque charas.
Gratulor ipse mihi, me vivo prodere Se sic
Tam charum pectus, pectus per tempora longa
Et Studiis junctum communibus, usque & amicum.
Musarum in triviis conjunctos nostra SUSATUM
Nos juvenes vidit, post culta Tremonia vidit,
Marpurgum vidit, Studia atque per æmula vidit,
Tendere ad Astræa laudandis passibus Arcem,
Urbs quoque nos Nemetum vidit, cùm practica Juris
Cura fatigârit facientes justa pericla,
Hic sumus hisce Viris quoque Convictoribus usi,
Quorum (opus herclè pium) famam nunc extra his umbris
Marmoreamque ipsis ponis per scripta columnam,
Horum Assessorum Cameræ Imperialis, & olim
Juris clarorum Procerum de lumine lychnum
(Et quid diffitear) non rarò accendit uterque.
Quando erit? ut videam, nobis quæ Cura secunda,
Tertia quæ nobis producet Cura Tomorum.
Ne desis, KLOCKI, citò me Doctosque beato,
Nos perfecto opere ô mox, ô mox exhilarato.
Juro fidem nostram jugi candore probatam,
Erigis hoc Scripto melius Tibimet monimentum,
Clarius Herculeis constantius atque columnis.
Urgerem: At scio, quòd Tibi sunt bona publica cordi;
Velle & quî dubitem? quia præ-promissio cessit,
Ut possis: Vegetus, felix longùmque valeto.

Ita gratulabundus scripsit

Gerhard Clotz, Jurium Doctor, Inclytæ Reipublicæ Susatensis Senior Consul & Syndicus.

II.

VOTIVA CONGRATULATIO

KLOCK Juris-magnus Conſultus ducat in annos
Vitam Neſtoreos, auxiliante DEO:
Cujus vita gravis nulli unquam, aſt omnibus uſui eſt;
Nec ceſſet, ſua ſic FAMA perennis erit.

Jonæ Eucharii Erhardi, J. U. D.
Cameræ Imperialis Advocati
& Procuratoris.

III.

AD MAGNIFICUM, NOBILISSIMUM, CONSULTISSIMUM ET EXCELLENTISSIMUM Dn.

CASPARUM KLOCK, JC.

EMINENTISSIMUM, COM. PAL. CÆS. ILLUSTRISS. Comit. à Stolberg &c. Cancellarium & Conſiliarium intimum, Conſiliorum & Reſponſorum Juris Tomum Secundum prælo committentem, nomen memoriamque ſuam ab interitu vindicantem,

M. Johannes Andreæ, Suſati ad S. Petr. P. P. Miniſt. Eccleſ. Inſp. & Scholarcha.

NOn pauci ſtatuas nitido de marmore & ære
Illuſtri ponunt ſibi, peniculoque tabellam
Pictam ſuſpendunt, aut expreſſam ære relinquunt
Effigiem; æternùm ſic ſe poſt fata putantes
Vivere; Cùm ſerie annorum invidioſa vetuſtas
Marmora conficiat, rubigoque æra notata
Turpet, & amittat ſpecioſa tabella colorem:
Rectiùs hi ſapiunt, ſero qui clara nepoti
Ingenii monumenta cedro perdigna perenni
Æratis exſcripta typis poſt fata relinquunt;
Hos celebrem famam, nomenque perenne mereri,
Non niſi Virtutis Livor Comes ipſe negabit.
Hinc atra vivus eris poſt funera longa ſequentum,
Te annorum ſeries vehet, & piûm ad atria Regum
Fama feret, Themidos Columen prænobile KLOCKI,
Qui ingenii documenta tui, & monumenta ſobrinûm
Aſſeris è tenebris, curas prodire ſepulchro.
Weſtphala terra ſibi gratatur, noſtra SUSATUM
Hactenus exhauſta & partem ſubmerſa favillis
Tanto in Cive ſuo lætans emergere geſtit.
Perge, nec Ingenii felices deſere dotes,
Perge ad Juſtitiæ templum CAMPANA vocare
Et librare bilancem æqui, gladiumque vibrare.
Sint animi vegetæ tibi ſano in corpore vires,
Nec Lacheſis vitæ præſcindat ſtamina, donec
Promiſſas curas reliquas exceperit Orbis.

IV. *Ad*

IV.

Ad Lectorem Operis

à Viro

NOBILISSIMO, MAGNIFICO ET CONSULTISSIMO

Dn. CASPARO KLOCK, JC.

ET COMITE PALATINO CÆSARIO ET CANCELLARIO STOLBERGICO

editi.

ÆNeadas ſcripſit doctus Maro, quem ſuper ipſum
Mæoniden multis celebravit laudibus Autor,
Joannes de la Cerda cognomine dictus:
Hos ſuper extollas æquo, me judice, jure
Binos KLOCKIADAS; unum, qui ſacra profanis
Prætulit, & ſancto conſcripſit carmine nobis
Chriſtiadas, qui nunc cum ſanctis gaudia carpit
Cœlica: quis verò, tu quæris, vivus & alter?
Tune tibi digito cupis hunc monſtrarier? ecce,
Ipſe Virum monſtrat labor improbus: ardua res eſt:
Hoc opus, hic labor eſt: hoc commendatur apertè
Artificis virtus: Interpres Juris & æqui
Commendatur: opus non eſt hederâ, vel, ut ajunt,
Vendibili vino ſuspensâ: laudibus ille
Non eget alterius; res indicat ipſa manusque
Artificis, quis ſit, vel qualis, talia promens
Tantaque, qui mecum & tecum communicet acta:
Quin Orbi toti communicet, Urbis & Orbis
Vir decus ipſe, Patrum Patriæ quoque *nobile lumen*.

M. Johannes Gerlingius, Eccleſiæ
Paulinæ Patriæq; Paſt. & Scholarcha.

V.

Aliud.

NUnc in Weſtphalicas caput omne recondere laudes
Mens eſſet ferremque ſimul, quot clara Virorum
Sidera Weſtphalicis jamdudum exorta ſub oris:
Sed quædam referam, noſtro quæ protulit ævo
Nobile SUSATUM, non omnia; plurima mitto,
Et quorum pars magna fuit de ſanguine Clari
CASPARIS KLOCKI, robuſti Juris Achillis.
HEINRIC. KLOCK Doctor Cameræque patronus & ingens
Gloria Spirenſis, quem quondam lactea fandi
Ubertas cerebrique cati pollentia Regum
Multorum atque Ducum dulci miſcebat amori.
Doctor erat THOMAS MICHAELIS, nobile honoris
Spectrum Spirenſis, Themidos cor amabile Divæ,
Præteriti palmare decus præſentis & ævi.
Magnus erat SIMON MICHAELIS, honore coruſcans
SUSATI & cuncti ſpectamen nobile civis.
Quid? Qui ſanciti geminata Volumina Juris
Egregia trivere manu calidoque vapore
Atque laboratis vigilato ſidere libris
Invidia plorante vagum ſparſere per Orbem.
MERCKELBACHIADUM THOMAS, qui inſignia geſtans
Doctoris quondam, caſſum quem lumine lugent,
Qui Cameræ Aſſeſſor, magni quâ Cæſaris ordo

Vindi-

Vindicias Orbi decernit preſſius uſu.
MERCKELBACHIADUM GOSWINUS, Juris ocellus,
Qui quondam Conſul noſtræ Urbis Civica Legum
Pondera fatidicæ limare Themiſtos amuſſi
Conſuevit, tandem locupleſque peritia rerum
Doctrin æque vigor & mens ſolerter in omnes
Conſilii formas, pro re, ſe vertere pernix
Vexit ad eximium meritorum culmen honorum,
Quem magno inſeruit titulo pompæque nitori
Ardua Cæſarei dudum Comitiva Palati
Cæſaris atque Ducis Guelfûm pars altera cordis.
GERLACUS BUXTORFF, conſulti purpura juris
Cui data conſpicui & geſtamina rubra galeri,
Syndicus & ſacri quondam pars ampla Senatûs
Bremenſis, peſtis, quæ neſcio, ſuſtulit Eheu!
Multorum lacrymas cujus cita fata merentur.
Iohannes Affelman, SS. Th. D. Roſt. Prof. P.
AFFELMAN Doctor, quo territus Orbis & Orcus,
Quem virtus Artesque citis & Fama quadrigis
Celſiùs evectum ad cœleſtia ſidera & altis
Quæſitum meritis faſtum pro jure locârunt,
Roſtochi calamo dum vindice bella gerebat
Myſtica, vi pollens & juſti fulmine zeſi
Occumbens, teneræ dux deſiit eſſe juventæ.
Anton. Affelman, ICtus, Cancellar.
AFFELMAN Doctor, titulum hunc cui plura merenti
Fata reſervârunt, ut magni Principis eſſet
Scævola Cancellûm ſecreta per intima curans.
Sic DAVID HŏPINGK, Spirenſis nomine clarus
Syndicus Eois notus, quem fama celebrem
Reddidit extinctum factisque ingentibus effert.
THEUDORUSQUE HŏPINGK Doctor, qui Juris & æqui
Sicque Profeſſoris Marpurgi magna ferebat
Nomina, præpollens perdoctæ flumine linguæ.
ZELLIADUM Bigæ Themidosque inſignibus aucti
Doctores noli famâ ſuper æthera clarâ.
JOHANNES MICHAEL Doctor, laus magna Medentûm,
Quemque Profeſſorem ſibi Lipſia pulchra decorum
Reddit, quem Aŏniis nôrunt ubi Varnus in Oris
Docta & ubi Albiacis gelido ſub gurgite Nymphæ
Aŏniæ calcata latent vertigia turbæ.
Sic reliquas meritas longo ordine texere laudes
Mens erat & patriæ prædulcis lumina noſtræ
Clara Suſatinæ non infima gloria gentis
Tollere nomen verum. Vos ac ô clara propago
KLOCKIADUM, Patriæ tenuit quos prima Salutis
Cura, ſui quodam voluit capita eſſe Senatus.
Sed prenſam ſubitò, quid neſcio Cynthius aurem
Vellicat, & patrias nunc obliviſcere laudes,
Inquit, habet propriæ KLOCKIUS virtutis honores
Et bene! non opus eſt aliorum accerſere laudes.
KLOCKIUS eſt CAMPANA ingens, quâ Weſtphala terra
Perſonat, & claro Suſatica fama per Orbem
Tinnitu reſonat, fluit in præcordia clangor
Cunctorum, quà Guelfi habitant erratque Viſurgis.
Conſilia hæc reſonant Regumque Ducumque per aures,
Extollit ſeſe clangor, prædulcia KLOCKI
Murmura ſentiſcunt, capiunt pergrata Potentes.
Clangorem hunc dudum Brunsvvigæ florida tellus
Audiit & Guelfus peracutis auribus hauſit,

Nunc

Nunc domus illuſtris Stolbergiacæque columnæ
Hunc avidè arripiunt arrectisque auribus adſtant.
Ergo age nunc ſalve Juris Campana celebris,
Macte ſono tanto & famâ pulſâbis Olympum
Maxime KLOCKIADUM, Teque audiet ultimus Orbis
Clangentem, hic clangor vires acquirat eundo.

Magnifico & Nobiliſſimo Dn. Autori,
Sympatriotæ & Fautori ſummo,

M. Johannes Sybelius, Suſatenſis,
Gymnaſii Patrii Rector.

VI.

MUlti Conſiliis ſcribendis ſæpe laborant,
Multi Conſiliis ſed cecidere ſuis.
KLOCKIUS Aſtræa cuſtos rigidusque ſatelles,
Fautor, Doctorum gloria ſumma Virûm,
Conſiliis operam dat, compellatus, amicam,
Nunquam at Conſiliis excidit ille ſuis.
Pondus ineſt verbis, in rebus ſuccus, utrinque
Paret divini dexteritas Genii.
KLOCKI plaude, tui nos & plaudamus amici?
Primus ego plauſus verba ciebo mei:
KLOCKIUS eximium decus eſt & nomen adeptus
Immortale libris, pluribus haud opus eſt.
Si tamen & daret hæc, quæ forſan Scripta ſuperſunt,
Noſtra bonis ætas pluribus aucta foret,
Scilicet in gremio ſeri geſtata Nepotes
Theſauri colerent divitis iſta loco.

Johannes Rehtmeier/Mindanus, Reipubl.
Patriæ Judex ordinarius & Senator.

VII.

PErtingit illud non facilè ad ſcopum,
Quod conſilI expers grande negocium
Quis ſuscipit, nam lance juſtâ
Rem trutinare priùs decebit,
Quo ritè facto, mentis alacritas
Eſt exſerenda & vis quoque corporis
Tentanda, ſi forſan neceſſe,
Praxis ut inſtituatur aptè.
Privata quod ſi res temerè abnuit
Exſors ſalubris conſilii geri,
Ne ſentiant damnum penates,
Sollicitos magis eſſe fas eſt
Orbis Monarchas, res uti publica
Duret fideli conſilio; rates
Ponto minaci conteruntur
Velivolæ, niſi rector illas
Peritus acri turbine liberet:
Rerum potitos exitio pari
Orco fragor dirus ruinæ
Præcipitaverit heu nigranti!
Si deſtituti conſiliariis
Cautis gubernent PALLADII vice,
Rempublicam ſervantis eſſe
Conſilium dubitare noli

Pru-

Prudens ſagaci pectore proditum,
Quousque motum non fuerit loco
Iſtud ſuo, TROIAM Pelaſgi
Diruere haud poterunt feroces.
Informe quiddam non erit oppidum,
Cujus videntur diruta mœnia
Prorſus dolendâ clade? ſic eſt
Vir quoque conſilii absque luce
Res adminiſtrans. Non pote vivier
Ulli Tetrarchæ conſiliantium
Ductu carenti, ceu micare
Sol radiis nequit absque claris.
Edoctus uſu KLOCKIADES præit
Facem dynaſtis, KLOCKIADES Dices
Summus Sacerdos atque raris
Dotibus ingenii coruſcans.
Tum juniores invenient quoque
Hîc candidati Juſtitiæ, ſibi
Quod uſui multo futurum
Eſſe queat dubiis in actis.
Volumen hoc eſt, Mercurialis ut
Erecta quondam ſtat ſtatua ad vias:
Volumen hoc eſt, ſicut aſtrum
Eſt helice, cynoſura nautis.
Quis non ſenectam KLOCKIADEN velit
Diu viventem vivere, prodeat
ÆRARII ut ſcriptum ſtupendum
Absque mora ulteriore? Fiat.

ita vovet ὁλοψύχως

M. Hermannus Gebhardus, P. L. C.
Eccleſiaſtes Gadenſtet.

VIII.

KLOCKI *Cæſarei Comes & pars magna Palati*
Juris honos, Fautor, *Sponſor amande*, mihi,
Quæ nunc docta typis ſparguntur Scripta, tuo ſub
Nomine percelebri, *Thus, piper* haud metuunt.

ita Ἀναδόχῳ ſuo maximo & perpetuâ
obſervantiâ colendo applaudit

Caſpar. Anton. Rehtmeier/
Mindanus.

ELENCHUS CONSILIORUM
TOMI SECUNDI.

CONSILIUM
I.

I. *AN in feudo profiliis & filiabus primùm acquisito prærogativa masculorum seu agnatorum eo modo attendatur, ut remotior transversalis masculus proximiorem fœminam excludat? Et quænam hoc casu differentia sit in feudo antiquo & novo quoad successionem?*

II. Si quis feudum pro se, filiis & hæredibus, für ſich / ſeine Erben/Söhne vnd Töchter/*receperit, an hoc, præsertim si investitura in successione certum gradum determinet, hæreditarium censeatur, ita, ut fœmina masculos remotiores excludat?*

II.

An in feudo pro se & hæredibus masculis & fœminis, & filiis & filiabus concesso, deficientibus masculis fœminæ succedant?

III.

An fœmina semel per masculum exclusa perpetuò exclusa maneat?

IV.

In quo principaliter disquiritur, an successor in prælatura expectativam à prædecessore suo cum consensu Capituli datam tunc adimplere teneatur, quando feudum jam mortuo Prælato promittente ipsi successori apertum fuit.

V.

In materia caducitatis feudi.

VI.
De Feudi Revocatione.

I. Libri gentilitii, Genealogiæ, Stammbäume / Identitas insigniorum & armorum, itemq; instrumenta Investiturarum Divisionum, picturæ, sculpturæ, Epitaphia, Lapides, Historiæ, Chronica, aliaque monumenta an & quatenus agnationem & descendentiam probent?

II. Agnatus, ut ex simultanea investitura defuncto possit succedere, quænã docere debeat?

III. Recognitiones & renovationes Investiturarum juxta tenorem & modum primæ Investituræ hactenus factæ an à Domino & Vasallo in præjudicium agnatorum mutari possint?

IV. Feudum semel alienatum an perpetuò sit alienabile?

V. Feudum sine Consensu Domini alienatum an ad Dominum vel agnatos devolvatur?

VI. Refutatio feudi fieri debet in personam proximè & immediatè successuram, atque exprimi investiti stirpe prognatam; Et quid si fiat in remotiorem? vel planè extraneum?

VII. Feudum ex pacto & providentia absq; consensu proximiorũ agnatorum cum vel sine consensu Domini alienatũ an & quando absq; refusione precii revocari possit? & quibus actionibus?

VIII. Quo tempore feudum illicitè alienatum per agnatos revocetur & an agnati ob metum perpetuæ alienationis ad feudum nondum delatum actionem habeant?

VII.

I. De intellectu Mandati cujusdam Imperialis; Et an verba partem designantia de parte partis alicujus subdivisæ, vel portione totius divisi, & in proprio significatu sint interpretãda?

II. An in possessorio Retinendæ & Recuperandæ, nec non in Constitutione Arrestorũ Imp. Exceptio dominii à Reo opposita attendatur?

III. De Separatione bonorum allodialium & feudalium, & de præsumptione pro allodio militante ejusq; fallentiis.

IV. An & quatenus Notorium & Instrumenta rem liquidam & probationem evidentem inducant?

V. An possessio absq; nova apprehensione in hæredes feudales ipso jure continuetur, nec ne?

VI. An & quando per Investituram transferatur possessionis traditio?

VII. Poſſeſſor titulatus an, & quando non titulato præferendus?

VIII. Filia an ex L. fin. C. de Edict. D. Hadr. tollend. in poſſeſſionem bonorum feudalium, non obſtante agnatorum contradictione, immittenda & manu tenenda?

IX. Jurisdictio quomodo per Homagii receptionem, fructuum perceptionem, aliosque actus jurisdictionales probetur?

X. Reverſales litteræ, & recognitiones Vaſallorum generales an rem efficiant feudalem?

XI. Declaratio Inveſtiturarum priorum ex poſterioribus & noviſſimis petenda: non tamen ejusmodi declaratio ſubſtantiam immutat, vel quid de novo inducit, nec ſit juris diminuendi, ſed dubii decidendi cauſa.

XII. De remediis arreſtorum d. l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll. adipiſcendæ, Retinendæ & Recuperandæ poſſeſſionis, eorumque Requiſitis; Et quando intentari & cumulari poſſint?

VII.

An, & quatenus res feudales vel allodiales præſumantur?

IX.

I. Feudum quæſtionis an ſit maſculinum, vel hæreditarium & in fœminas transitorium?

II. An feuda emptitia naturam allodialium ſapiant?

III. Fraus ex quibus conjecturis in alienante feudum probetur?

IV. Feudum antiquum & nobile quod dicatur?

V. An Dominus Vaſallum bona feudalia ſine conſenſu ſuo alienantem propriâ authoritate diveſtire poſſit?

VI. De denunciatione extrajudiciali, ejusque effectibus.

X.

I. Quæſtio principalis: an feudum controverſum ſit maſculinum, vel ad fœminas etiam transitorium?

II. An Dominus feudum ob defectum lineæ maſculinæ ſibi apertum propriâ authoritate occupare poſſit?

XI.

In eadem Materia.

Quæſtio, An Dominus ob defectum lineæ maſculinæ feudum propriâ authoritate occupare, & filium vel agnatos poſſidentes expellere poſſit?

XII.

De Caſtro quodam feudali, quod Nobiles de Venningen ſub eo prætextu, quòd agnati ultimi Vaſalli eſſent, apprehenderant, Cæſar autem negabat.

XIII.

I. De ſucceſſione collateralium in feudo antiquo.

II. Præſcriptio an ſucceſſoribus in feudo ex pacto & providentia majorum noceat?

XIV.

I. Inveſtitura realis & abuſiva quæ, & quasnam actiones producant?

II. In feudo merè hæreditario an fœmina proximior ei, qui ultimo loco deceſſit, præferatur maſculo remotiori?

III. De exceptione præſcriptionis, & an feudum Eccleſiæ formatum contra priorem Vaſallum præſcribi poſſit? Et an præſcriptio non juſti Vaſalli contra juſtum vaſallum noceat hujus hæredibus?

IV. De Exceptione Tranſactionis.

V. An feuda Epiſcopatus Metenſis ſint merè hæreditaria?

VI. An fœmina ſemel excluſa perpetuò excluſa maneat?

XV.

De Feudo quodam Eccleſiaſtico.

I. An feuda Eccleſiaſtica à curvo baculo dependentia ſint propria, recta & maſculina, vel etiam ad fœminas transitoria? & quando dicantur antiqua vel nova?

II. An in feudo, ſicut in aliis contractibus, locum habeat jus accreſcendi? latè discutitur?

III. An diviſio rumpat ſimultaneam inveſtituram?

IV. An fœmina ex linea ejus, cui in diviſione feudum obvenit, excludat maſculum ex alterius dividentis fratris vel ſororis linea deſcendentem? Pro negativa deciditur, & probatur ſententia DD aſſerentium in feudo pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis, nec non pro hæredibus quibuscunque conceſſo, fœminam venire ordine ſucceſſivo, etiamſi tale feudum ſemel ad fœminam transierit, vel etiam remotior ſit gradu maſculus.

V. De ſimultanea inveſtitura jure Saxonico introducta, & quomodo differat à conjuncta manu ſive ſimultanea inveſtitura conſuetudinibus feudalibus non uſq; adeo incognita?

VI. Conſenſus an & quatenus conſentienti præjudicet? XVI.

XVI.

De alienatione Feudi.

I. Alienatio rerum feudalium an & quatenus prohibita?

II. Æs alienum à defuncto Vasallo contractum, an ejus successor ex pacto & providentiâ majorum ex solvere obligatus sit?

III. An is, ex cujus pecunia alius comparavit feudum, in illo dominium vel jus hypothecæ consequatur?

IV. De fructibus in sortem computandis pacto antichreseos, & usurariis aliisq; illicitis contractibus.

V. De actione feudi revocatoria.

VI. An hæres cum beneficio Inventarii alienationem rescindere possit?

VII. An Vasallus feudum ante concessionem à Domino oppignoratum liberare, & pro pecunia illa mutuo sumpta rursus obligare possit, ita, ut Dominũ & agnatos hæc onera sequantur?

VIII. De distinctione inter onera feudi & feudatarii.

IX. Fœminæ utrum feudorum pignoratitiorum successionem habeant?

XVII.

Die Straßburgische Opffnegerische Niderschopffheimische Mann- vnd Erblehen betreffend.

I. An pacta & statuta familiarum Nobilium de succedendo in feudalibus & allodialibus bonis, præsertim fœminas (salvâ tamen legitimâ) excludentia de jure subsistant?

II. An loco pecuniæ numeratæ, debitæ, vasa aurea & argentea, aliæq; res pretiosæ deponi possint?

III. De jure tertii à Principe non auferendo, immutatione investiturarum, itemq; de alienatione feudorum agnatis prohibita.

IV. An & quando jus accrescendi vel non decrescendi in feudis locum habeat?

V. Ex diuturnitate temporis an & quando præsumatur consensus capituli, aliæq; in alienatione & in feudatione rerum Ecclesiasticarum requisitæ solennitates intervenisse?

VI. De agnationis & proximitatis probatione.

VII. Fœmina semel exclusa perpetuò exclusa manet.

VIII. An & quatenus Episcopus vel Prælatus investituræ pacta alterare possit, & quot actus requirantur ad hoc, ut res dicatur infeudari solita?

IX. In feudo concesso pro se & hæredibus masculis & fœminis an masculi cum fœmina concurrant, & num transversales masculi excludant fœminas descendentes ultimi Vasalli?

X. Dispositio c. 1. an agnat. vel fil. in quo feudo, & quando locum habeat juxta Pyleanorum & Rosenthalii sententiam?

XVIII.

An Vasallus ad suscipiendam Investituram citatus, ad personalem comparitionem à Domino arctari possit?

XIX.

De transactione super refutatione feudi, ejusq; declarativa interpretatione, renovatione, investituræ & caducitate ob non petitam debito tempore investituram causata.

XX.

I. Duobus de directo feudi dominio & territorii jure contendentibus, utrum Vasallus recognoscere debeat?

II. Quæ remedia Dominis territorialibus & feudalibus pro tuendis & conservandis suis juribus hoc nomine competant? Et coram quo Judice ejusmodi quæstiones inter immediatos Status, Electores & Principes Imperii, controversæ disceptari debeant?

XXI.

De Investitura in Casum mortis vel de caducitate feudi, Vulgò Gnadenlehen/Expectantz, Geding oder Anwartung.

I. Duobus de feudo Vasalli adhuc viventis in casum mortis investitis, uter alteri sit præferendus, præsertim quando posterior possessionem nactus est? ad materiam. L. Quoties. 15. C. de R. V. quæ variis modis declaratur, limitatur & restringitur.

II. De investitura verbali, abusiva & propria sive reali, & quasnam actiones producant?

III. An actio in præsenti hypothesi per præscriptionem sublata sit?

IV. De jure Retentionis, an scilicet & quando Creditorem debitoris, quæ ad eum pervenit, pro alio debito retinere possit?

XXII.

I. An Princeps in præjudicium agnatorum vel tertii, cui ex pacto jus quæsitum erat, filiam investire, & ad feudum habilitare possit?

II. Pater in feudo novo filiis & agnatis præjudicat.

III. Nominatione per contractum concessâ jus nominato acquiritur, sed nominans sive eligens variare potest, usque quò processerit ad traditionem sive executionem factæ electionis.

XXII.

I. An feudum in casu proposito ad Dominum ex capite caducitatis, vel ad Vasalli sine liberis defuncti coinvestitam sororem ejusq; hæredes descendentes jure successionis, devolutum sit?

II. Quid verba, Rechte Gelipte *&c. importent?*

III. De condicione resolutionis per novam investituram necdum sublata; & defectu actionis ex condicionali promissione ante eventum condicionis insurgente.

XXIV.

I. Jus accrescendi sive non decrescendi an & quando in feudis antiquis & novis locum sibi vindicet?

II. An in præsenti casu ex speciali pacto, vel investitura, aut consensu Domini Communio individua & jus accrescendi probari possit?

XXV.

I. An possessorium vel petitorium hoc casu intendandum? coram quo Judice? Et an Capitulum cum Episcopo in jus vocandum?

II. An Elector Saxoniæ pro litis assistentia implorandus sit?

XXVI.

I. An Dominus feudum sibi apertum propriâ authoritate occupare possit?

II. De processu in possessorio vel petitorio instituendo.

XXVII.

An Nobiles W. Electori M. duplici, ad securationis & fidelitatis juramento devincti jugum subjectionis excutere, & sub obtentu vasallagii, alterius Principis protectioni se submittere, ac per fraudulentam investiturarum immutationem, recognitionem feudalem, aliasque molitiones, ordinarii & superioris Domini jurisdictionem intervertere, vel executionem rei judicatæ impedire possint? Et quibus mediis ejusmodi motus compescendi?

XXVIII.

I. An Vasallus prole masculâ destitutus in agnatum absque consensu Domini feudum per constitutum transferre possit?

II. An jus competens de futuro possit in judicium deduci?

XXIX.

I. An & quatenus qualitas rei feudalis per novam investituram immutari possit?

II. An in feudis ab una familia vel agnatione in aliam translatis transversales succedant? Et an in feudo novo duobus fratribus concesso jus accrescendi locum habeat?

III. Mutata persona quando mutetur condicio rei?

IV. Proprietas Domino in feudo competens quando Vasallo in vim Consolidationis adjudicari possit?

V. De Remedio Can. Redintegranda 3. quæst. 1. ejusque Requisitis, & quanto tempore huic præscribatur?

VI. Exceptio dominii notorii præscriptionis & similes, an & quando in judicio Recuperandæ possessionis admittendæ, vel ad petitorium rejiciendæ sint?

VII. Hæres spoliati an ex persona defuncti Interdictum Recuperandæ possessionis intentare possit?

VIII. Spoliatus à Principe an & quando restituendus?

XXX.

Elector Moguntinus Comites aliosque Nobiles Vasallos publico Edicto fines & pertinentias bonorum feudalium designare jussit, adjectâ expressâ clausulâ & Comminatione, si hoc facere neglexerint vel recusaverint, quod evictionem horum bonorum, licèt Investituris inserta sint, præstare nolit, insuperque Vasalli bona à se vel majoribus suis alienata, distracta vel hypothecata recuperare, ac omni onere nexuq; liberare feudumq; redintegrare debeant. Quæritur, an hoc decretum de jure subsistat, Vasallosque obstringat?

XXXI.

I. Agnatus consentiens alienationi feudi an filiis præjudicet?

II. An feudum ex pacto & providentia alienatum ab alienantis filiis, nepotibus, aliisque

descendentibus & posteris revocari possit, si ab alienantis vel alienationi consentientis hæreditate abstineant, vel eam repudient?

III. An si proximior agnatus feudum alienatum spacio 30. annorum revocare neglexerit, præscriptio noceat agnatis posterioribus?

IV. An Vasallus delinquendo possit præjudicare agnatis, qui in præjudicium eorum alienare non poterat?

XXXII.

An fœminæ in feudo hæreditario, vulgò Erblehen/ *succedant?*

XXXIII.

I. An Nobilis N. in prætenso fidei commisso vel pacto familiæ certum possit collocare fundamentum?

II. An filia transactioni paternæ consentire vel hæreditati renunciare cogatur?

III. An filia non consentiens feudo hæreditario aliisq; bonis allodialibus privari possit?

IV. Filia per Transactionem, Testamentum, aliamve dispositionem ab hæreditate exclusa, an nihilominus, & quatenus bonorum paternorum capax sit?

V. An Pater à Transactione resilire, & filiâ adhuc vivente in præjudicium agnatorum investiri possit?

VI. De possessione post obitum patris apprehendenda.

XXXIV.

De successione feudali.

XXXV.

I. Feudo sine Felonia ad Dominum vel agnatum devoluto, An Vasallus vel hæres allodialis Impensas & Meliorationes ad perpetuam feudi utilitatem factas repetere possit?

II. Fructus pendentes & à solo separati; Item fructus civiles, piscationes, aucupationes, Venationes &c. an ad feudales vel allodiales successores pertineant? & quomodo inter eos pro rata temporis dividantur? ubi de intellectu capit. 1. §. his consequenter. Hic finitur lex in ulib. feud.

III. An & quatenus viduæ in bonis feudalibus & allodialibus jus Retentionis & alimentorum competat?

IV. An maritus extra dotalia & paraphernalia bona uxori ejusq; hæredibus restituere teneatur?

XXXVI.

I. An fructus feudi pendentes & nondum à solo separati ad successores allodiales vel feudales spectent?

II. An & quando impensæ fructuum quærendorum & conservandorum causâ factæ sint deducendæ?

III. In censibus, reditibus, aliisq; fructibus civilibus quid obtineat?

IV. An successores feudales ad dissolutionem æris alieni feudi, nomine contracti distringantur.

XXXVII.

In materia successionis feudi.

XXXVIII.

An fœmina per existentiam masculi semel exclusa, perpetuò maneat exclusa.

XXXIX.

I. De investitura quadam tempore permisso & legitimè ac de re non litigiosa, neq; futuri judicii mutandi causâ, sed sine vitio facta, ita, ut ex ea Reassumens jure successerit in hanc litem: Item de cessione facta à Vasalli hærede ex justa Transactionis causa: Et an hæc allegationes contrariæ vel compatibiles sint?

II. Instantia an & quatenus transeat in singularem successorem?

III. De actione Spolii sive Remedio Can. Redintegranda 3. q. 1. Et an ea ex parte Actoris probata? An per Reorum Exceptiones elisa? ubi multa de libris & privatis scripturis; An & quatenus in antiquis probent? Item de Confessione qualificata, an sit individua, & in totum acceptanda, vel repudianda?

IV. An possessio sub specie oblatæ seu denunciatæ reluitionis cuipiam de facto & privatâ authoritate eripi possit?

V. De probatione per argumenta, rerum indicia, & de analogia & convenientia probationū.

VI. An Exceptio Reluitionis in possessorio Recuperandæ admittenda vel attendenda sit?

VII. De possessionis naturalis & civilis Effectu? Et an Res prata controversa unquam naturaliter aut civiliter possederint?

VIII Poſſeſſionis in propoſita facti ſpecie tria tempora ſive gradus conſtituti, & quinam præferendi?

IX. An ex pacto reluitionis ſive de retrovendendo detur actio contra ſingularem ſucceſſorem? Et an juri offerendi præſcribatur?

X. De Oblatione, Conſignatione & Depoſitione pecuniæ ſive precii, earumq; effectibus.

XI. An Rei vindicatio cum poſſeſſorio Recuperandæ cumulari, & in uno Libello conjungi, eâdemq; ſententiâ finiri & determinari poſſint?

XII. De adjudicatione fructuum à tempore commiſſi ſpolii, nec tantùm perceptorum, ſed & percipiendorum, omniumq; damnorum atq; Expenſarum.

XIII. De petitorio & dominii probatione.

XIV. Exceptiones Reorum an in petitorio eliſæ?

XV. Quid pronunciandum ſit?

XXXX.

In materia Emptionis annuorum redituum, mutui, intereſſe & uſurarum.

I. Num valeat pactum Retrovenditionis, quo datur Emptori facultas ſortem repetendi?

II. An reditus annui ſuper obligatione duntaxat perſonali absq; bonorum hypotheca conſtitui poſſint?

III. Verba, SUPER, DE & EX FUNDO, vel, reditibus illius fundi, an inducant pignoris obligationem vel hypothecam?

IV. De Hypothecaria actione.

V. De pacto ingrediendi & apprehendendi bona hypothecata propriâ authoritate, & an illud hypothecam inducat?

VI. Creditores immiſſi ex cauſa judicati an aliis antiquiorem conventionalem vel judicialem hypothecam habentibus ſint præferendi?

VII. An Eccleſiæ, Scholæ, Xenodochia & alia pia loca privilegio Fiſci gaudeant illorumq; debita, inſtar Tributorum & Collectarum, in concurſu aliis Creditoribus anteriori hypothecâ munitis præferantur?

XLI.

De jure reluitionis.

Das Hauß vnd Ambt Sachſenhagen betreffend.

I. An cognitio hujus cauſæ ad Cameram Imperii vel Auſtregas vigore Ordinat. Cam. Part. 2. tit. 3. & 4. ſpectet?

II. De litis conteſtatione, non attentâ Exceptione incompetentiæ ſive devolutionis, tam in puncto Interventionis, quàm cauſa principali injuncta; & an lis condicionaliter, ſi actio ex ceſſione competat, conteſtata pro pura habenda & acceptanda ſit?

III. L. Properandum C. de judic. an hodie in Curiis Principum obſervetur vel ab aula receſſerit?

IV. De ſupplicatione pro citatione ad reaſſumendum poſt obitum Henrici Archiepiſcopi Bremenſis pro Duce Saxoniæ Laoburgico contra Comites Holſato-Schaumburgicos & Epiſcopum Mindenſem formanda.

V. De requiſitis actionis pignoratitiæ, eorumq; probatione.

VI. An juris offerendi ſeu reluendi, nec non juri Retrovenditionis præſcribatur?

VII. An Actoris intentio per defenſiones Reorum eliſa?

VIII. Interventio Epiſcopi Mindenſis in quibus potiſſimùm conſiſtat?

XLII.

De jure Retractus agnatico & conventionali, & in primis de Pacto Retrovenditionis.

I. Jus Retractus an juri civili cognitum? quando & quibus in caſibus locum habeat?

II. De alienatione bonorum minoris valida & invalida.

III. De decreto contractui interpoſito, vel interponendo.

IV. An pactum de Retrovendendo contractui venditionis in continenti non adpoſitum, ſed ex intervallo peculiari Inſtrumento comprehenſum ſimulationis & falſitatis imaginem referat? Et an ſufficiat pactum hoc probare teſtibus? latiſſimè diſquiritur.

V. De ſimulationis & Falſitatis probatione.

VI. Sigillum vel ſola ſubſcriptio quid probet? & an, ac quando contra Tertiũ fidẽ faciat?

VII. Inſtrumenta poſteriora an & quatenus derogent prioribus?

VIII. Ex

VIII Ex promissione de vendendo an quis ad vendendum, & præcisè ad ipsius facti præstationem cogi possit? vel solvendo Interesse liberetur?

IX. Dominium an ex pluribus causis contingere possit? item de multiplicatione titulorum.

X. Quæ actio ex pacto de retrovendendo competat? Et an contra tertium & singularem successorem detur, ita ut hic ad traditionem rei venditæ omnino cogi queat?

XLIII.

I. De actione pignoratitia: an ea probata? an elisa?

II. An & quando modicitas precii & pactum de retrovendendo arguant contractum simulatum & usurarium?

III. An creditor pignoris vel dominii jure possidere? & an retrovenditio potiùs, quàm pignoratio præsumatur?

IV. An pignus longo tempore transeat in alium contractum, & dominii jus creditori adjiciat?

V. De Læsione rectè probanda, & remedio L. 2. C. de rescindend. vendit?

VI. An & quando valor rei diminuatur, & precium justum censeatur?

VII. Reus in actione hypothecaria quando & quomodo absolvendus?

XLIV.

De Accisiis.

I. Requisita pignoratitiæ actionis.

II. An civitas jure Regalium destituta in casu inevitabilis necessitatis Accisias, Vectigalia & Collectas imponere possit?

III. An quoad eas fundatam intentionem habeat, ac sola juris præsumptione tuta sit contra Dominum Territorii?

IV. Reparationes murorum, custodiæ, & alia dispendia publicam utilitatem concernentia an ab universitatibus, vel Principibus, fieri debeant?

V. De exceptione plus Petitionis, Præscriptionis & Dominii.

VI. An, & quando comparationi literarum, quoad effectum probandi, locus sit?

XLV.

I. Querela Nullitatis usq; ad 30. annos agendo, excipiendo autem perpetuo opponi, & coram eodem vel Superiori judice proponi potest.

II. De sententia contra casum legis, practicam judicii vel communem opinionem, & ex falsa causa vel errore lata, nec non evidenti injustitia, quæ nullitati æquiparatur.

III. De sententia absolutoria, ejusq; effectu.

IV. Nullitas principaliter intentata an totam causam & principale negotium ad judicem nullitatis devolvat, ita ut is super meritis cognoscere, & sententiam reformare ex novis probationibus possit?

V. Appellatione desertâ vel prohibitâ an nullitas prohibita censeatur?

VI. De actionis pignoratitiæ Requisitis, & an ea probata? an elisa?

VII. De natura pignoris, jure reluitionis, Antichresi, oblatione & consignatione debiti, Et an pacto de retrovendendo & jure offerendi præscribatur?

XLVI.

An debitor post consignationem debiti possit rem oppignoratam authoritate propriâ invadere?

XLVII.

In Materia Emphyteutica.

I. An Emphyteusis Ecclesiæ perpetua pro se & hæredibus concessa transeat ad omnes utriusq; sexus descendentes, transversales & extraneos ultimo investito legitimè ab intestato succedentes?

II. An fœmina in Emphyteusi perpetua & hæreditaria mixta investito cum beneficio inventarii succedens ad dissolutionem æris alieni ab ultimo investito ejusve prædecessoribus contracti distringatur?

XLVIII.

In eadem materia.

I. Utrum contractus Emphyteuticus inter N. & N. initus subsistat & valeat, an verò ob defectum solennitatum sit ipso jure nullus?

II. Præsuppositâ contractus invaliditate. An Emphyteuta jure præscriptionis sit tutus?

III. Rursus posito, quòd alienatio utilis decimarum dominii sit valida, An Jus Emphyteuticũ, si quod est consecutus, ob alienationem amiserit Emphyteuta?

IV. An ob læsionem contractus rescindi queat?

XLIX.

An Vasalli & Emphyteutæ Equestris Ordinis Johannitici ratione bonorum in alieno Territorio sitorum à Magistratu ibidem collectari possint?

L.

In quo agitur

De libris Mercatorum & adscriptione debiti.

I. De condictione certi generali, & remedio L. Si me & Titium ff. si cert. petat.

II. Libri Mercatorum, Decoctorum, Fallitorum &c. quam & qualem fidem faciant?

III. Mandatum speciale quando requiratur & extinguatur?

IV. Institor an possit Creditum alterius alii adscribere & adpropriare?

V. De confessione cedentis in præjudicium cessionarii facta; & an debitor invitus alii adsignari & cedi possit?

VI. Inter Mercatores quomodo procedi debeat?

LI.

I. De nullitate & Restitutione in integrum.

II. De solennitatibus in alienatione rerum pupillarium requisitis.

III. De Exceptione Transactionis & Præscriptionis.

IV. Solennitates extrinsecæ an & quando ex antiquitate & cursu longissimi temporis in actu vel contractu intervenisse præsumantur?

V. Restitutio in integrum an detur ex capite ignorantiæ contra præscriptionem 30. vel 40 annorum?

VI. De Ratificatione tacita ex lapsu quinquennii in l fin. C. si maj. fact. inducta.

VII. De probatione scientiæ & ignorantiæ.

VIII. An mala fides præsumpta ex cursu longissimi temporis purgetur, inque bonam fidem transmutetur?

IX. De læsione & valore rei venditæ legitimè probando.

LII.

De contractu antichreseos vel Locationis ad longum tempus in fraudem Statuti & Privilegii W. inito.

I. Prohibitio alienationis quid in favorabilibus & odiosis comprehendat?

II. De pacto L. Commissoriæ, & re tanti obligata, quanti esset valor, ita, ut nulla supersit spes luitionis.

III. Socius an, dissolutâ jam communione per alienationem partis, fundum integrum, vel suam partem duntaxat avocare possit?

LIII.

In materia Societatis Fuggerianæ.

I. Correus credendi an & quando socii condicionem meliorem vel deteriorem facere possit?

II. An ex prorogatione termini ad revendendum præstituti, in socio Correo credendi factâ, novus contractus vel novatio inducatur?

III. Augmentum & additio an mutet naturam actus vel contractus præcedentis?

IV. De intentione Contrahentium in contractibus potissimum attendenda.

V. De agnatione & Familiarum Illustrium splendore & dignitate per divitias custodienda, conservanda & propaganda.

VI. Debita Principum difficilis esse Exactionis, eorum facta impossibilia reputari & pro casibus fortuitis haberi.

VII. Creditor an invitus particularem solutionem recipere teneatur?

LIV.

De bonis Ecclesiasticis cum pacto ingrediendi propriâ authoritate hypothecatis, mutuò, usuris, eorq; nomine competentibus actionibus jure Retentionis, & solennitatibus in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisitis.

LV.

In materia Alienationis re litigiosæ Evictionis & Interesse.

I. An & quando Sententia in actione personali vel reali lata, absque novo processu, contra Tertios litigiosa bona possidentes, Executioni demandari possit?

II. Executione contra tertios possessores factâ, & lite ab Emptore contra authorem suum ratione Evictionis motâ, An pretium ex tempore contractus, vel solutionis æstimandum?

III. De Interesse, ejusque genuina natura, probatione & æstimatione.

LVI.

I. Sententia contra unum lata an & quando noceat alteri, qui causam & jus ante vel post litem motam habuit?

II. Scientia & ignorantia quando præsumantur?

III. Litigiosi vitium non contrahi, si venditio fiat à Tertio.

LVII.

In materia Transactionis & juris Retractus donationis, &c.

I. An Transactio ob contraventionem & cessantem causam finalem possit impugnari?

II. An Transactio ex capite enormissimæ læsionis possit rescindi?

III. An jus Retractus possit extraneo cedi?

IV. An donatio mortis causa, ut inter vivos facta, sustineri queat?

V. Coram quo Judice, & contra quem actio intentanda?

VI. Quæ res censeatur litigiosa?

VII. An actio in præsenti casu cedi possit?

LVIII.

Ad materiam L. si quis major. C. de transact.

LIX.

De actione Mandati ratione Indemnitatis promissa instituta; Et de mandato rei turpis & illicitæ: An Mandatarius indelictis regressum habeat pro Indemnitate contra Mandantem? Et an Socii doli participes invicem de dolo agant?

LX.

De contractu seu Transactione quadam & mora ex interpellatione extrajudiciali contracta; nec non de differentia inter modum & condicionem, condicionisque natura; & an ea, secuto implemento, ad principium dispositionis purè seu purificatæ retrotrahatur? ac de imperfectione voluntatis & solennitatis ex non publicatione scripturæ vel testamenti resultante.

LXI.

De verbali, & imperfecta rei alicujus restitutioni subjectæ retraditione.

LXII.

In materia fidejussionis.

I. An per solam subscriptionem absque sigillatione nomine fidejussorio factam fidejussio contrahatur?

II. An contra fidejussorem condicionaliter contractui accedentem ante impletam condicionem sive factam promissæ indemnitatis præstationem, executivè procedi possit?

LXIII.

De pacto quodam dotali & pœnis secundarum nuptiarum: Et quid verba, Haab vnd Nahrung *! propriè importent?*

LXIV.

Ad materiam L. Edictali C. de secund. nupt.

LXV.

I. An Pater usumfructum sibi quæsitum in bonis liberorum adventitiis perdat, si ad secundas nuptias convolaverit?

II. An liberi per contractum matrimonii desinant esse in potestate patris, efficianturq; sui juris, quoad usumfructum, omnesque alios juris effectus?

III. An pater bona liberorum adventitia administrans rationem reddere, & de iis bonis inventarium conficere, cautionemque usufructuariam præstare, vel alienare sine decreto possit?

IV. An liberi bona per patrem alienata à tertiis possessoriis vindicare possint?

LXVI.

I. Usufructuarius an & quando fructus pendentes, vel à solo separatos suis hæredibus relinquat?

II. Pensiones, reditus pecuniarii, & fructus civiles pro rata temporis dividuntur.

LXVII.

Si socius aut consors, requisito priùs altero socio, pecuniam in refectionem rei communis

munis erogârit, quatuor menſes præfiniuntur refundendæ ſummæ erogatæ, cumuſuris centeſimis: Quod ſi factum non ſit, ſolidi vindicatio tribuitur, ubi de actione communi dividundo, negociorum geſtorum &c. Et beneficio L. cum duobus. §2. §. idem reſpondit. 10. ff. pro ſoc. & l. ſi ut proponis. 4. C. de privat. ædific.

LXVIII.

De judicio familiæ erciſcundæ & communi dividundo.

LXIX.

De actione communi dividundo, Exceptione Incompetentiæ, deficientis actionis, præſcriptionis, ineptæ & plus petitionis, nec non de remedio L. 2. C. de reſcind. vendit.

I. An Cameræ Jurisdictio eo caſu, quando Vaſallus reſpectu plurium feudorum diverſis Dominorum feudalium Territoriis ſuppoſitorum convenitur, fundari poſſit?

II. Diviſionis titulus an & quando ex longa partium poſſeſſione præſumatur?

III. Ad reſcindendam diviſionem quænam remedia competant?

IV. De Læſione enormiſſima, præſcriptione rerum communium pro diviſo poſſeſſarum, ac Inveſtitura ſimultanea, ejusq; effectu.

LXX.

De bonis conſtante matrimonio acquiſitis & fructibus paraphernalibus, eorundemq; adminiſtratione, communicatione & reſtitutione; nec non de æqualitate in conventionibus matrimonialibus reſpectu dotis, donationis propter nuptias, lucrorum & acquæſtuum, obſervandis.

LXXI.

I. De intellectu Ordinat. Camer. tit. 3. & 5. part. 2.

II. Actionum plurium & diverſarum in uno Libello facta an valeat?

III. De Inventario ab uſufructuario conficiendo & cautione præſtanda: Et an Vſufructuarius ante præſtitam Cautionem fructus ſuos faciat?

IV. Veſtes precioſiores, Ornamenta muliebria, jocalia, annuli gemmati, inaures, armillæ & catenæ aureæ, &c. An mortuo marito uxoris ſint, vel hæredum mariti?

V. Donatio inter conjuges 500. ſolidos excedens an absq; inſinuatione valeat? An juramento vel morte confirmetur? nec non de donatione remuneratoria, mortis causâ, contractu minoris, &c.

LXXII.

In Materia Depoſiti.

I. De depoſiti natura, bona fide in eo exuberante, actione privilegiata & exſecutione ejusdem parata.

II. Magiſtratus an, ex delicto civium vel Subditorum conveniri poſſit? & quando Exhibitione Reorum ab emendatione damni liberetur?

III. Juſſus Superioris an & quando excuſet Depoſitarium à dolo, latâq; culpa?

IV. De Magiſtratus in his, quæ ad officium ejus ſpectant, adhibenda diligentia: & quando de omiſſis & neglectis teneatur?

V. Civitas quando delinquere dicatur? Et quinam ad ſolutionem Collectæ pro reſtitutione damni impoſitæ ſint compellendi?

VI. Depoſitarius an cedendo actionem liberetur, ſi ſine ejus dolo vel culpa res ad alium pervenerit? Et an in contractu veri depoſiti, ultra dolum & culpam, fortuitum inſolitumve caſum præſtare teneatur? ac quinam caſus fortuiti, inſoliti & improviſi dicantur?

VII. Depoſitarius an à reſtitutione rei depoſitæ ob caſum contingentem liberetur, quando pecunias numeratas in diverſis ſacculis, loculisve clauſas & obſignatas cuſtodiæ causâ recepit, & depoſitum duntaxat gratiâ deponentis factum fuit?

VIII. Depoſitum ſi ſit factum ad oumerum, deponens pecuniam numeratam transfert in depoſitarii uſum & dominium; & hoc caſu periculum caſus fortuiti ſpectat ad depoſitarium: ſed ſi fiat depoſitum in ſacculo obſignato, depoſitarius ad illius reſtitutionem ob caſum fortuitum diſtringitur.

LXXIII.

De Condictione certi generali.

LXXIV.

Fidejuſſores cum pacto executivo poſſeſſionem propriâ authoritate ingrediendi & renunciatione omnium beneficiorum in ſolidum obligati an ex capite Continentiæ perſonarum diverſis

versis Jurisdictionibus supposita rum in Camera Imp. conveniendi? Vel quomodo Exactio & Executio contra eos in loco contractus vel domicilii conjunctim vel divisim sit facienda?

LXXV.

I. De Executione sententiæ, jure Retentionis & repetitione Melioramentorum & Expensarum.

II. Re evictâ ad quid venditor Emptori condemnetur?

III. An Hypotheca ex supervenientia dominii extinguatur, vel in suspenso maneat & revivscat?

IV. Actio hypothecaria in loco rei sitæ vel Domicilii debitoris intentanda, permissumque est actori, ex pluribus judicibus reæ partis eligere, quem velit.

LXXVI.

Ripas an & quatenus quis munire, & aggeres pro tuitione agrorum vel aquarum excrescentium inundatione construere? Et an impensas eam in rem factas, & quâ actione à vicinis repetere possit?

LXXVII.

De actione petitionis hæreditatis intentata, & pacti dotalis interpretatione.

LXXVIII.

I. De remotione suspecti Tutoris sive Curatoris.

II. Mater ad secunda vota transiens & nuptiis filii primi matrimonii absque legitima causa contradicens an & quomodo ad consentiendum à Magistratu cogi possit?

LXXIX.

In causa matrimonali.

An matrimonium inter partes litigantes contractum esse, sit probatum?

LXXX.

I. Creditor quando contra debitorem debitoris agere possit?

II. Constituens se soluturum pro alio an gaudeat beneficio Excussionis?

III. De hypothecæ generalis & specialis constitutione.

IV. Solutio debiti an, & quando ex taciturnitate ac diuturnitate temporis, nec non ex conjecturis & præsumptionibus probetur?

V. Creditores ex causa judicati immissi an Creditoribus anteriorem hypothecam habentibus præferantur? ubi & de differentiis pignoris conventionalis, Prætorii & Judicialis, ac de vero & genuino intellectu Regularum; immisso uno censentur omnes immissi; & Qui prior tempore potior jure &c. *latissimè disseritur, & Baldi, Negusantii & Fornerii ratio in contrarium adductæ, refelluntur.*

LXXXI.

De processu fiscali contra Nobilem quendam, propter alienationem assertæ cujusdam rei feudalis sine consensu Domini factam, & ob alios criminales excessus in Diœcesi Osnabrugensi admissos instituto.

LXXXII.

I. De remediis Nullitatis, Appellationis, & Restitutionis in integrum Revisionis, Supplicationis, & de Officio Judicis.

II. Appellatio, ad convincendam sententiæ iniquitatem introducta, an à Senatu Aulico ad ipsum Imperatorem, vel ab Imperatore malè informato ad melius informandum interponenda & prosequenda sit? Vel, an hoc casu Restitutio in integrum priùs petenda, & deinceps à denegato restitutionis beneficio appellandum sit?

III. Petitio restitutionis in integrum an suspendat Executionem?

LXXXIII.

I. An exceptio fori declinatoria ejus sit efficaciæ, ut hæc causa ad Senatum Reg. Hispan. militarem remitti debeat?

II. An Reorum exceptiones onus probandi contrarium in actores transferant?

III. Hæredes an, & quatenus in solidum vel pro rata portionem ad exsolutionem æris alieni distringuntur? ubi plura de obligationibus dividuis & individuis egregiè pertractantur.

IV. An Rei hoc casu in diversis judiciis, vel in loco domicilii, vel coram potestate Regis Hispaniarum militari sint conveniendi?

V. An hæredibus citra Inventarium hæreditatem adeuntibus detur restitutio in integrum?

LXXXIV.

I. De renunciatione fori & prorogata Cameræ jurisdictione.

II. De clausulis insolitis, nimiisque cautelis, instrumentum & contractum suspectum reddentibus.

III. Quando, & quibus casibus ob clausulas executivas instrumento insertas vel in defectum harum clausularum posthabitis Austregis, Jurisdictio Cameræ directò fundari possit?

LXXXV.

In Materia Jurisdictionis, Regalium & turbatæ possessionis.

LXXXVI.

I. Coram quo Judice Princeps Imperii suos subditos convenire debeat?

II. Judex suspectus in cognoscendo, an etiam censeatur suspectus in delegando?

III. An & quando jussu judicis alii, quàm Creditori solvens, plenissimam consequatur libertatem?

LXXXVII.

De exceptione Recusationis judicis suspecti.

LXXXVIII.

De desertione Appellationis, & an (1) appellatis sua petitio ratione absolutionis deneganda, iisq; ut ad libellum porrectum, quod decet, agant, injugendum? & an (2) Sequestratio petita decernenda?

LXXXIX.

De processu ex constitutione pignorationis extrahendo.

XC.

In puncto Mandati procuratorii, nec nõ descriptionis bonorum & cautionis usufructuariæ.

XCI.

An Ecclesiasticus vel secularis Judex competens sit in causis ex controversiis reparationem Ecclesiarum respicientibus? Et quanam actione Impensæ in ejusmodi reparationem erogatæ repetantur.

XCII.

De reparatione Ecclesiarum, & quinam ad eam contribuere teneantur?

XCIII.

An sententia, quâ Rei in Expensas pro reparatione turris parochialis Ecclesiæ O. factas condemnati sunt, de nudæ ipsius turris, vel etiam Companarum, funium & Horologii sumptibus exaudienda sit?

XCIV.

I. Officiarii an ob scandalum vel ex alia causa infamante inauditi & causâ non cognitâ ab officio suspendi, removeri & dignitate privari possint? Et quænam remedia eo nomine competant?

II. Jus post litem contestatam superveniens an Reo ad excludendum Actorem prosit: Et an cæcus possit esse Judex?

XCV.

De possessorio super parochiæ aliisque juribus intentato.

XCVI.

Sententia & res judicata an extentatur ad ea, quæ saltem incidenter, & non principaliter petita & deducta sunt.

I. Exceptio rei judicatæ in vim dilatoriarum opposita, quando locum habeat?

II. Damna & interesse an sub Expensis litis & Victoriæ contineantur?

III. Differentia Expensarum, quæ ex causa Contumaciæ & Victoriæ debentur.

IV. An expensæ & damna, nec non lucra cessantia, tanquam accessoria causæ & litis Victori sine speciali petitione judicis officio præstanda, vel novo separato petenda sint judicio, quando absque eorum adjudicatione principalis controversia decisa est?

V. Exceptiones altiorem indaginem requirentes ante litem contestatam oppositæ quando ad meritа causæ rejiciantur? & an harum reservatio partibus noceat?

XCVII.

De sententia lata, quatenus ad connexa extendatur?

XCVIII.

Quæ remedia adversus sententiam Mandati sine clausula cassatoriam competant?

XCIX.

Executio sententia immoderata & iniqua an pro Spoliatione habeatur? Et de pœna L. si quis in tantam. 6. C. unde vi.

C.

De Revisione.

I. Ordinatio Cam. de Revisionib. part. 3. tit. 59. non nimis generaliter & effusè de revisionibus quibusvis exaudienda, sed cum limitatione & singulari temperamento declaranda.

II. Revisionis remedio petito an suspendatur executio sententiæ prioris? Et an Camera circa Revisiones, quantumvis iniquissimas, cognoscendi exequendique sit adempta potestas?

III. Senatusconsultum de Revisionibus 11. Martii Anno 1603. in Cam. Imperiali approbatum, quomodo quàm optimè introduci & confirmari possit, deliberatur, simulque Authoris sententia subnectitur.

CON-

CONSILIVM PRIMVM IN CAVSA Seinßheim contra Seckendorff

Appellationis & Spolij.

EPITOME.

I. An in feudo pro filiis & filiabus primùm acquiſito prærogatiua maſculorum ſeu agnatorum eo modo attendatur, ut remotior trāſverſalis maſculus proximiorem fœminam excludat? Et quænam hoc caſu differentia ſit in feudo antiquo & novo quoad ſucceſſionem?

II. Si quis feudum pro ſe, filiis & hæredibus, **für ſich/ ſeine Erben/ Söhne vnd Töchter/** receperit, an hoc, præſertim ſi inveſtitura in ſucceſſione certum gradum determinet, hæreditarium cenſeatur, ita, ut fœmina maſculos remotiores excludat?

SUMMARIA.

1 ACtio *ſuper ſpoliata & turbata poſſeſſione intentata: Eius requiſita* num. 2.

3 Spolium *eo ipſo probatur, quod probatur antiquior poſſeſſio actoris; & num.* 4. 5.

6 *In feudis* poſſeſſio *abſq; nova apprehenſione continuatur in hæredes, maximè de conſuetudine, quæ hoc in caſu valet* num. 7. *Contrarium probatur* num. 50. 51.

8 Civiliſſima *etiam* poſſeſſio *in Interdictis Recuperandæ operatur, ut ſpoliatus ante omnia reſtituatur, præſertim in feudis* num. 9.

10 Poſſeſſio *per Iurisdictionis exercitum, conſtitutionem Officialium, Prætoris, Sculteti, perceptionem fructuum, exactionem Homagij, locationem &c. legitimè probatur; &* nu. 11. *Vide tamen quoad Homagium infra* nu. 26. 27. 30. *Et in primis* num. 55. 56. 57. 58. *& num.* 65.

12 Poſſeſſio *non quæritur, nec verè capitur, niſi expulſo inquilino ſive colono.*

13 Poſſeſſionem *accipiens, quàm alius retinet per colonum, illam non acquirit, nec eâ privat poſſeſſorem, etiamſi poſſeſſionem acceperit mortuo iam locatore, & antequam hæres illam acceperit. Limitatur hæc doctrina; Niſi omnes coloni cum tota familia & bonis expellantur de fundo* num. 14.

15 Poſſeſſio partis *ius conſeruat in toto.*

16 *Per* apprehenſionem unius rei hæreditariæ *totius hæreditatis poſſeſſio apprehenſa non intelligitur in interdicto adipiſcendæ; Secus in recuperandæ poſſeſſionis iudicio*, num. 17.

18 Conſervationis *cauſa eſt favorabilior quàm acquiſitionis.*

19 Exceptio *prima, nunquam poſſediſſe Actores.*

20 *Ceſſante* poſſeſſione *ceſſat Spolii actio &* numer. 21.

22 *Ex* iuribus perſonalibus *nihil ad hæredem transmittitur.*

23 Solitum *fieri factum eſſe præſumitur.*

24 Homagium *quoad Dominum recipientem non perſonale, ſed reale & hæreditarium creditur.*

25 Homagium *recipere, vel non, in mera facultate & arbitrio Domini conſiſtit, adeo ut libertas ob intermiſſam exactionem etiam immemoriali tempore à ſubditis præſcribi nequeat.*

28 Excuſatio *eſt recuſantium & renuentium.*

29 Patientia & voluntas *ſubſecuta non inducit conſenſum liberum.*

31 Errantis *nulla voluntas.*

32 Subditi *ſi quid præſtiterint, quod antea præſtare non conſueverant metu compulſi præſumuntur, & ad probandum hunc metum vel ſola murmuratio ſufficit* num. 33.

34 Subditi *poſſidentur, non poſſident; ideoq; poſſeſſionem Domini intervertere nequeunt.*

35 Confeſſio *hominum & iuramentum fidelitatis non præiudicat Superiori & vero Domino, ſi tales homines confitentes non poterant tradere poſſeſſionem, ut quia alius poſſidebat eos.*

36 Poſſeſſio iurisdictionis *non probatur per receptionem Homagij vel inſtrumentum fidelitatis, ſi ſubditi non ſint liberi, ſed per alium poſſeſſi; &* num. 37. 38. 39. 40.

41 Sententia *lata ſuper ſubiectione contra ſubditos non nocet Domino ſubiectionem poſſidenti, ſive litem agitari ſciverit, ſive ignoraverit. Limitatur* num. 42.

43 Spolium *cenſetur commiſſum, quando quis actum poſſeſſorium exercet, poſſeſſione non vacante.*

44 Actus, *qui reſiſtentiam antiquioris habet, pro actu legitimæ poſſeſſionis allegari nequit.*

45 Colono *alii poſſeſſionem deſidia vel dolo prodente, nihil inde Domino præiudicii infertur.*

46 Poſſidere *is intelligitur, qui animũ poſſidendi habet, licet facto alterius impediatur: Vide quoq;* num.60.61.62.63.64.

47 Contradictio *non eſt neceſſaria, cum quis ius ſuum durare credit.*

48 Præſentia & taciturnitas *non nocent, quando præſens aſſerit, ſe non intellexiſſe.*

49 Actore *non probante Reus abſolvitur, etſi nihil præſtiterit.*

52 Inveſtitura abuſiva *realem & antiquiorem poſſeſſionem probare nequit ; nec ſufficit ad fundandum Interdictum Recuperandæ* num 53.

54 Prædoni *non aufertur poſſeſſio ſi is dominum antevertiſſet.*

59 Factum tertij *non impedit , quo minus quis revera cenſeatur poſſeſſionem apprehendere.*

66 *Per* colonum *Domini poſſeſſio continuatur in hæredem abſq; nova apprehenſione.*

67 Poſſeſſio non vacans *apprehendi nequit.*

68 Violenta & clandeſtina poſſeſſio *nil poſſeſſori prodeſt:* & num.69.

70 Poſſeſſio *non acquiritur per alium ſine mãdato, nec ſufficit ratihabitio , niſi ea ſupervenerit re adhuc integra , & ante tempus Spolii : Intellige , ut* numero. 71. & 73.

72 Hæres *cenſetur voluiſſe id , quod defunctus voluit.*

74 Coloni poſſeſſio *ficta eſt , nec producit poſſeſſorium iudicium recuperandæ: Sed contraria opinio verior & communior eſt* num. 75. *Quæ confirmatur rationibus* num. 76. 78.78.79.80.81.

82 Exceptio dominij *in ſpolio non attenditur , licet in continenti probari poſſit.*

83 Spoliatus *non eſt reſtituendus, ſi ex Actis de ſpoliantis dominio conſtat.*

84 Fœmina & maſculi *ex fœminis deſcendentes non admittuntur ad feudi antiqui ſucceſſionem , quamdiu exſtat maſculus ex primo acquirente etiam in gradu remotiori : In feudo autem novo prærogativa maſculorum non æquè obtinere ſolet* num. 85.86.87.88, 89.90.

91 Favor agnationis *& familiæ per maſculum conſervandæ attenditur duntaxat in feudo novo per fœminam primum acquiſito.*

92 Fœmina *non præſumitur odio habere ſexum ſuum.*

93 Feudum acceptum pro ſe & filijs , *ad filias non tranſit , niſi à fœmina primum acquiſitum ſit.*

94 Tenor inveſtituræ *potiſſimùm inſpiciendus.*

95 Feudum hæreditarium *dicitur , quod eſt conceſſum pro ſe & hæredibus , & ubi facta eſt mentio hæredum, &* num.96.

97 Feudum pro ſe , filijs & hæredibus ſuis *quæſitum, hæreditarium cenſetur ; &* num. 98.99.

100 *In* feudo hæreditario *ſucceſſor ultimi mo-rientis hæres eſſe debet ; & quidem univerſalis* nu.101.102. *nec ſufficit, eſſe hæredem ſanguinis* num.103.104.

105 Fœmina *in feudo hæreditario maſculos remotiores excludit.*

106 Inveſtitura *quando determinat in ſucceſſione certum gradum , tunc fœmina proximior remotiorem maſculum excludit.*

107 Feudum rectum *non immutat qualitatem recti & proprii feudi, quod ſucceſſorem hæredem eſſe oporteat?* & num.108.

109 Vaſallus *contra Vaſallum triginta annis utile dominium præſcribit.*

FACTI SPECIES.

Michael & Margaretha von Sainßheim jus proprietatis pagi Marckbrait Anno 1517. Epiſcopo Herbipolenſi in feudum dedêre, & abipſo pro ſe ſuiſque poſteris utile dominium in feudum recognovêre hoc pacto, ut in defectum ſuorum hæredum filiorum filiæ, his autem generaliter non extantibus alij aliorum hæredes proximiores maſculi & fœminæ de eo tanquam feudo recto perpetuò inveſtiantur , reſervatâ ſibi libera teſtandi, facultate de relinquendo hoc feudo cuipiam ex cognatis:

Accidit, ut alterius partis proprietas à Michaele von Sainßheim per teſtamentũ V Volfgangi von Sainßheim/ uſufructuariè dictæ ſorori Michaelis ad dies vitæ legaretur , quæ & quietè in poſſeſſione univerſali remanſit. Hac verò Anno 1538. abſque liberis decedente altera pars dicti pagi, in qua Margaretha proprietatem habuit à Friderico Ioachimo von Seckendorff tanquam proximiore hærede occupata , & ab Epiſcopo Herbipolenſe inveſtitus fuit, poſſeſſionem toto anno vitæ ſuæ tempore retinuit. Eo autem non admodum diu mortuo ipſius hæredes Anno 1573. à Dn. Georgio Ludovico von Sainßhaim poſſeſſione deſtituti, integerque pagus ab ipſo ſolo tanquam proximiore agnato occupatus ; de quo ut iniuſtè facto per ſententiam am Würtzburgiſchen Adlichem Ritterlehen Gericht 23. Septembr. Anno 1588. latam condemnatus eſt, poſſeſſionem cum fructibus reſtituere iuſſus, & inſuper Actores ab inſtituta Reconventione , compenſatis expenſis abſoluti fuerunt. quæ ſententia 10. Ianuarij Anno 1602. in Camera confirmata eſt. de qua Reviſio petita , Ideoque quæritur, an aliqua reformatoria in judicio reviſorio ſperari poſſit?

DE POSSESSORIO.

ACT 1.o inſtituta eſt de ſpoliata & turbata f
poſſeſſione, videlicet Interdictum Recuperandæ, & ſpecialiter Can. Redintegrandæ : In
qua duo probanda ; antiquior poſſeſſio Actoris, 2
& noua poſſeſſio & ſpoliatio Rei. Poſterius, ſpolium rei videlicet eo ipſo probatur , quod pro- 3
batur antiquior poſſeſſio Actoris, Menoch. *remed.recuperand.num.*383. Et eo ipſo , quod poſ- 4
ſidens recuſat reſtituere talem poſſeſſionem, vel
alterum ad eam admittere , dici ipſum ſpoliare,
& ſua poſſeſſione privare, vt de ſpolio agere poſ-
ſit,

sit, respondit Bald. *consil.* 177. *col.* 2. *vol.* 3, Cravett. *cons.* 140 *num* 1. Cavalcan. *decis.* 23. *num.* 37. *p.* 2. V Vel. *consil.* 20. *num.* 12. Deinde fatetur ipse Reus ad Artic. 17. se pagi controversi possessionem post mortem parentis Actorum apprehendisse: Ergo secundum requisitum sufficienter probatum,

In altero verò de possessione antiquiore omnis difficultas consistere videtur: quam Actores (1) ex quieta parentis possessione deducere
6 voluisse videntur artic. 7. usque ad 14. contendentes, in feudis absq; nova apprehensione possessionem continuari Rosenthal *de feud. cap.* 7. *concl.* 17. *lit. b.* & in specie de communi observantia & consuetudine (quam hoc in casu valere asserit Gail. *lib.* 2 *obs.* 129. *num.* 13.) & usu in Franconia (in qua litigiosa bona sita) servari, testatur Schurff. 34. *num* 3. *& consil.* 32. *num.* 4. *cent.* 2. *& consil.* 36. *num.* 7. *cent.* 3. Vi autem & ministerio iuris possessione in hæredem translata, ea ad fundandum remedium Can. Redintegranda, sufficiens judicatur; cum civilissima
8 etiam possessio spoliato in recuperandæ judicijs ex crebriori id operetur, ut ante omnia restituatur post infinitos latè Menoch. 1. *recuper. num.* 397. uti crebriorem dicit *& consil.* 928. *nu.* 2. Quam ut veriorem quoque sequitur Marc. Anton. Peregrin. *tractat. de fideicommiss. artic* 47. *num.* 23. Ioan. Vincent. Hondedæ. *consil.* 18. *numer.* 20. *vol.* 2. Achill. Personal. *de adipisc.*
9 *possess. num.* 532. Francisc. Milanens. *decis.* 3. *numer.* 182. Covarruv. *lib.* 3. *variar. resolut. c.* 5. *n.* 6. præsertim in feudis V Vel. *consil.* 1. *num.* 49. *in fin. vol.* 1.

Secundum apprehensæ possessionis argumẽtum, ab Investitura post mortem patris statim petita petit artic. 14.

10 Tertium, quod Actorum pater una cum Domino Reo per Officiales & Scultetum pagi Cõtroversi jurisdictionem exercuerit, nec minus eiusdem jurisdictionis pro indiviso possessæ fructus proprio animo possederit, eos tamẽ corpore & ministerio alieno, per specialem nempe receptorem annuatim collegerit & receperit; quæ omnia, quantum ad possessionem Superioritatis demonstrandam attinet, inter se non differunt, cum non minus quis in possessione Superioritatis esse dicatur, qui per prætorem, Scabinum, &c. quàm qui ipse in propria persona possidet Bald. *in l. fin. num.* 2. *C. de legib.* Cravett. *consil.* 673. *num.* 14. *verfic. secundo.* Menoch. *consil.* 270. *num.* 32. *& consil.* 302. *num.* 30. Natta *consil.* 636. *num.* 67. Burs. *consil.* 235. *nume.*
11 26. *lib.* 3. Et Officiales communes post mortem patris actorum, non statim à Reo deiecti sunt, sed quietè utriusque causa pro indiviso usque ad tempus spolij exacti scilicet à Reo homagij, pro ipso illiusque hæredibus possessionem continuarunt, quemadmodum patet ex illorum depositione.

Sic is, cui locatæ sunt decimæ à defuncto Actorum patre, non fuit expulsus per Reum, & deposuit, se possedisse nomine Actorum. Iu-
12 ris autem non incognita, quod si quis possessionem post mortem locatoris, antequàm hæres illam accipiat, ingrediatur, eam tamen ab ipso non acquiri, nisi prius expellatur, colonus, qui illam retinet & continuat pro hærede *l.* 3. §. *caterum.* 12. *ff. de acquir. possess.* Benintend. *decis.* 93. Anton. Bardus *tract. de tempor. util. & cotin. c.* 13. *num.* 3. Burs. *consil.* 60, *num.* 19. *lib.* 1. qui ita Romæ judicatum testatur. *& consil.* 198. *num.* 20. *vol.* 2. *& consil.* 425. *num.* 8. Et conductoris 13
sui colonos nomine hæredum intelligi possidere, ac possessionem continuare, etiam nulla hæredum ratificatione secuta, si defunctus animo suo ac corpore alieno possideat, eoque casu hæredes dici possidere sine nova apprehensione, voluerunt Afflict. *decis.* 167. *numer.* 5. *& 6. ubi* Cæs. Ursil. *in addit.* Ioseph. Ludovic. *decis. Lucens.* 20. *num.* 5. *& in commun. opin. concl.* 16. *numer.* 25. Vincent. Caroc. *tract. de locat. p.* 4. *tit. communia de usucapionib. num.* 3. Roland. à Valle *consil.* 46. *num.* 12. *&* 15. *vol.* 2. Hondedæ. *cons.* 20. *num.* 17. *vol.* 1. *& consil.* 18. *n.* 22. *vol.* 2. Burs. *cons.* 60. *num.* 19. *& cons.* 198. *n.* 19. *& cons.* 425. *n.* 7. Natta *cons.* 538. *n.* 9. *&* 10. Peregrin. *d. artic.* 47. *num.* 35.

Quartò constat, Actores domum quandam, ad dimidiam istam partem spoliatam pertinentem, semper possedisse, & nunc possidere, neque ex ea inquilinum unquam deiectum fuisse. Recepta autem est juris doctrina, possessionem etiam per colonum in hæredem defuncti locatoris vel domini continuari licet colonus esset expulsus, dummodò unus ex familia
14 coloni permaneat, vel si omnes quidem de fundo essent expulsi in domo verò relicti, cum eo ipso & ob possessionẽ domus etiam simul fundi possessionem in commodum hæredis continuare dicantur; totum quippe vacuum esse requiratur. Ant. Bard. *d. cap.* 13. *numer.* 3. *versic. prout etiam dicitur.* Ita S. Palatij auditores tenuisse testatur ex Puteo *de causs. poss. & propriet. decis.* 6. *num.* 17. Hondedæ. *consil.* 20, *num.* 15. *vol.* 1.
15 quemadmodum aliàs possessio partis ius conservat in toto *l. non est via. ff. de servit. præd.* Schurff *consil.* 29. *num.* 5. *cent.* 3. Rota *decis.* 5. *alias.* 153. *pone quod aliis de caus. poss. & propriet. in antiquis. & decis.* 14. *alias* 277. *ex præmissis. de restit. spoliat. in novis.*

Etsi verò an per apprehensionem unius rei 16
hæreditariæ totius hæreditatis possessio apprehensa intelligatur, in interdicto adipiscẽdæ probabili dubio non careat Mynsing. *obs.* 39. *cent.* 3. in terminis tamen recuperandæ de eo non ambigitur, cum eiusmodi casus magis privilegia- 17
tus censeatur, uti decisum est in Rota *d. decis.* 14. *num.* 1. *in fin. de restit. spol. in novis.* Ias. *in l.* 3. §. *in amittenda. numer.* 1. *in fin. ff. de acq. poss.* Quo etiam intuitu conservationis causam es- 18
se favorabiliorem, quam acquisitionis, respondit Tiber. Decian. *consil.* 10. *num.* 46. *vol.* 1. & Cravett. *consil.* 4. *num.* 9. *& consil.* 658. *numer.* 22.

AN ELISA?

ARticuli elisivi eò tendunt, ut Actores à pa- 19
rentis sui morte nunquã possedisse doceatur: quo sanè legitimè probato, Reum, ob non

probatum alterum requiſitum, ab intentata actione abſolvendum venire, dubitandum non eſſet; Cum ceſſante poſſeſſione, ceſſet ſpolij
20 actio Burſat. *conſil.* 343. *numer.* 50. *vol.* 4. Cavalcan. *deciſ.* 23. *num.* 64. *p.* 2. *& num. ſeq.* ubi quaſi in terminis, non prodeſſe filio actori poſſeſſionem patris in remedio recuperan-
21 dæ dicitur. Exceptio quippe, non poſſidere tempore allegati ſpolij etiam *in d. c. redintegranda.* admittitur Menoch. 15. *recup. nu.* 407. *verſ. limita quarto. & remed.* 1. *recuper. numero* 354.

Primò, quia iuramentum, quod Reo & Actorum parenti à ſubditis præſtitum, in ipſorum duntaxat perſona, non autem hæredum conceptum fuerit, & ſic tanquam perſonale unà cum defuncto expiraſſe. Ex juribus autem perſona-
22 libus nihil ad hæredes tranſmittitur, ſed ea cum perſona intereunt. Faciunt notata Molinæi *in conſuet. Pariſ.* §. 3. *gl.* 4. *verſ. ſentent. n.* 55.

Sed reſpondetur, ipſos teſtes dicere, ſe neſcire; nunquam etiam iuramentum homagij in perſonam hæredum conceptum. Veriſimile autem eſt, hoc factum eſſe, cum hoc moris ſit rece-
23 pti, uti atteſtatur Alvarott. *in c.* 1. *quæ fuer. prima cauſa benefic. amit. in princ. n.* 6. *verſ. quæro quid ſi Vaſallus.* Menoch. *conſil.* 889. *num.* 1. *lib.* 9. Ideoque iſto caſu, quo ſemel pro domino eiusque ſucceſſoribus iuramentum receptum fuiſſet, nõ opus foret novo ſubditorum iuramento Alvarot. & Menoch. *dd. loc.*

Deinde eo poſito, tamen propter mortẽ Domini non ſtatim omnis eius vis evanuit, cũ quo-
ad Dominum recipientem homagium, nõ per-
24 ſonale, ſed reale & hæreditarium credatur per text. *in c. veritatis. de iureiur. ubi gl. verb. compellantur.* Andræ. Knichen *de ſublimi territ. iur. nu.*
25 107. Adeoq; in mero arbitrio Domini eſt, id à ſubditis exigere, ut nec ob intermiſſam exactionem & 100. annorum interſtitium contra eos libertatem præſcribere poſſint, ſecundum Cravettam *conſil.* 27. *nu.* 4. (*qui tamen in præſcriptione* 30. *annorum loquitur num.* 6.) Natta *conſil.* 518. *num.* 5. & 7. Roland. à Valle *conſil.* 53. *numer.* 20. *& ſeq. vol.* 2. Knichen *d. loc nu.* 180. Licet non ignorem contrarium adſtrui à Cephalo *conſ.* 176. *n.* 47. Menoch. *conſ.* 748. *n.* 28. *& ſeq.*

26 Secundum Dn. Rei attic. 32 deductum argumentum ex ſpontanea ſubditorum tempore renovati homagij ſubiectione & nulla actorum facta contradictione depromptum eſt; Ex qua rurſum effici videtur de ſpolio actores experiri non poſſe, poſſeſſionem enim ſubditi utriorumque nomine ulterius non continuaſſe eo ipſo exiſtimãdi ſunt, quod in uniuerſalẽ occupationẽ non contradicendo ipſi ſponte conſenſerint.

27 Verum & hæc parum ſtringunt. Et quidem primum in facto nõ ſubſiſtit, ſubditos abſq; ulla tergiverſatione homagium ſoli Reo præſtitiſſe. Deponunt enim ſe reſpondiſſe ad requiſitionẽ rei, ut ipſi ſoli iuramentũ præſtent, **daß jhnen ſolches nicht wohl gebühren wolte/vnd dürffte jhnen vielleicht ein Nachtheil an jhren Ehren vnnd Pflichten gegen deme von Seckendorff gebehren/ dargegen ſich Jhre Gn. erkläret / daß ſolches nit geſchehen ſoll/ſondern ſie würden jhnen/damit er an ſeinem Rechten nicht verhindert zum Rechten angeloben/wie ſie dann darauff gutwillig gethan.**

Primo enim loco ab ipſis interpoſita excuſatio ſuper poſtulatis, voluntatem ipſorum cõtra 28
fuiſſe arguit, quod excuſatio ſit recuſantium & renuentium *l.* 10. §. *& qui in teſtamento. & tot. tit. ff. & C. de excuſ. tutor.* Decian. *conſ.* 20. *n.* 13 *vol.* 2. *& conſ.* 72. *n.* 38. ubi dicit, patientiam & volun- 29
tatem ſubſecutam non inducere conſenſum liberum Sur *conſ.* 154. *nu.* 19. Burſat. *conſ.* 173. *n.* 14. Utcumque igitur poſtea ad ulteriorem inſtantiam iuramentum præſtiterint, tamen id ſine Se- 30
ckendorffij præiudicio ſe facturos ijsque non minus quam ante obligatos remanſuros exiſtimaſſe, reſponſio ipſorum apertè innuit, & apertius ad artic. 14. dicunt, ſe exiſtimaſſe, ius actorum in pago poſt præſtitum hoc homagium etiam nunc duraſſe. Hic igitur error ſubditorum efficit, ut per iuramentum Actorum iuriſdictioni ſe ſubtrahere voluiſſe dici nequeant: Cum er- 31
rantis non ſit voluntas. Deinde ſi maximè contra. S. quod decuit hoc commiſiſſent, potius tamen metu, quàm libera voluntate præſtitiſſe exiſtimandi eſſent, quia huius iuramenti bina præſtatio omninò nova & in conſueta fuerit, uti ex primi teſtis depoſitione ad 6. interrog. apertè conſtat. Quando autem ſubditi quid præſtant, quod multos ante annos præſtare ſoliti non fuerant, metu compulſi id feciſſe præſu- 32
muntur Alexand. *conſil.* 2. *nu.* 12. *vol.* 4. Rebuff. *conſtit. ult. num.* 123. *lib.* 4. Cravett. *conſ.* 349. *numer.* 20. Maſcard. *de probat. concl.* 1243. *nume.* 22. Nec habentur pro conſentientibus, licet taceant & obſequantur Domini voluntati; Et 33
ſufficit ad probandum metum vel tacita murmuratio Fulv. Pacian. *lib.* 2. *de probat. c.* 29. *numero* 80.

Præterea eſto, eos voluntariè iuramentum Reo præſtitiſſe, & pro ipſo ſponte poſſidere voluiſſe, tamen Actorum poſſeſſio hoc ſubditorum facto non continuò interverſa erit. Subditi enim ſunt ſicuti ſervi qui non poſſunt in- 34
tervertere poſſeſſionem Domini text. *in l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.* ex Baldo & aliis Decian. *in prax. criminal. lib.* 7. *cap.* 32. *num.* 13. Et hinc confeſſionem non præiudicare Domino circa Superioritatem, etiamſi in alterius manibus re- 35
nunciet iurisdictioni Superioris, haud tamen eo ipſo acquiri illi quaſi poſſeſſionem iurisdictionis in eos, cum priori Domino ignoranti præiudicare non poſſint Maſcard. *concl.* 1397. *num.* 2. *& concl.* 1117. *numer.* 12. Natta, *conſil.* 636. *num.* 60. *& ſeq.* textus elegans *in l. quamvis* 46. *ubi: ita non debet. ff. de acq. poſſ.* Et ideo in terminis non probari poſſeſſionem 36
iurisdictionis eo ipſo, quod homines alicuius loci iuramentum fidelitatis cuipiam præſtiterint, ſi ipſi non ſint liberi, ſed per alium poſſeſſi, dixerit Petr. Anton. de Petra *tractat.* 37
de fideicommiſſ. quæſt. 12. *num.* 242. Et rurſus poſſeſſionem iurisdictionis non probari per inſtrumentum fidelitatis, ſi alius ſit in poſſeſſione, quod tunc, cum homines ab eo poſſideantur, licet iurent fidelitatem alteri, non

tamen

tamen possint eum privare sua possessione ex Bruno probavit idem Petra *d. quæst. 12. numer. 398. & seq.* Coler. *de processib. executiv. p. 2. cap. 2. num. 344.* Gail. *2. obs. 54. num. 8.* Tiraquell. *de constitut. possessor. p. 2. ampliat. 34. numer. 4. & seq.*

Eo enim, quod ipsi non possident, sed possi-
38 deantur, conveniens sanè est, ipsos possessionem amittere & transferre nequaquam posse Molina *in Consuet. Paris. §. 51. gl. 1. verb. des membres, num. 12. & seq.* Unde & eius scientiam & patientiam requiri, qui poterat illam quasi
39 possessionem tradere & transferre non solùm in Interdicto Retinendæ, sed etiam Recuperandæ ex Bart. & Baldo probavit Petra *d. q. 12. num.*
40 302. *& seq.* Quae etiam ratione subditos capi, & ad obedientiam Domini, à qua se de facto subtraxêre, vindicari posse, respondit Bald. *consil.*
41 135. *inter castrum. num. 2. vol. 5.* Sententiamque latam super subiectione contra Subditos non nocere Domino subiectionem possidenti, sive litem agitari sciverit, sive ignoraverit, post Zabarell. concludit Abb. *consil. 85. in quæstione. col. 4. vol. 1.* Alvar. Valasc. *tractat de iure emphyt. q. 38. num. 33 in fin.* qui tamen in sciente, quo-
42 ad possessionem, contra magis communem receptum attestatur. Quod & velle videtur Felin. *in c. cum super. num. 12. de re iudic.* Covarruv. *proæst. quæst. 13. numer. 9.* Afflict. *decis. 345.* Cæl. Contard. *in l. unic. C. si à moment. possess. appell. limit. 23. numer. 9.* Hartman. *libr. 2 obs. tit. 18. obs. 3. numer. 13.* Gail. *1. obs. 70. numero 23.*

Hoc tamen ut ut sit, Actoribus nihil obstare poterit, cum illi ignoraverint, per ea, quæ artic. 21. & seqq. deducta sunt.

Insuper cum non probatum sit, illo tempore præstiti homagij subditos pro hæredibus defuncti Seckendorffij possidere desiisse, possessionemque vacuam fuisse, sed potius contrarium ex depositione testium ad 13. interrog. constet, haud huiusmodi actus subiectionis pro actibus possessorijs allegari, sed rectius spolium
43 ex ijs concludi poterit; Cum spolium intelligatur commissum, quotiescunque quis actum quendam possessorium, possessione non vacante, vel altero ante possessionem sive corpore proprio sive alieno occupante, exercet Mascard. *concl. 1321. num. 1. & seq.* Menoch. *de remed. 15. recup. num. 384.* Guid. Pancirol. *consil. 130. num. 1.* Neque dici poterit ullus actus, qui resistentiam
44 antiquioris habet, pro actu legitimæ possessionis allegari Hondedæ. *consil. 20. num. 21. vol. 1.* Vtcunque igitur subditi non vi coacti se Reo præstando homagium subiecissent per hoc tamen non efficeretur, Dn. Reum possessionem legitimè apprehendisse, vel à spolio excusari posse; Cum manifesti furis sit, Etsi colonus spõte possessione decessisset, eamque alij prodidisset, desidiâ fortè vel dolo; nihil Domino inde
45 præiudicij generari, sed eam ab ipso continuari *l. fin. C. de acquir. possess.* text. *in l. cum quis, 31. ff. de dol.* Cuiac. *tract. 7. ad African.*

Quartò, quod attinet ad N. eum animum possidendi nomine defuncti Seckendorffs ac quidem post præstitum homagium deposuisse, ex ipsius depositione manifestè patet. Quamvis autem facto rei impeditus nihil realiter Actorum nomine percipere potuerit, sufficit tamen, eum animum possidendi nondum deposuisse. Possidere quippe & is censetur, qui animũ pos- 46
sidendi habet, licet alterius facto impediatur *l. 46. ff. de acq poss.* aliàs dicendum esset, solo corpore possessionem amitti, quod falsissimum *l. 8. ff. eod.* Cravett. *cons. 466. num. 18. & consil. 376. num. 21.*

Neque ipsius præsentia & taciturnitas tempore præstiti homagij quicquam Actorib. præiudicare potest, cum putaverit, hoc non præiudicare den von Seckendorff. Contradictione 47
autem non est opus, cum quis sibi non præiudicari seu ius suum durare credit. Bursat. *consil. 67. num. 26.* Hartman. Pistor. *quæst. 8. numer.* 48
30. p. 2. neque nocet præsentia & taciturnitas, quando is, qui dicitur fuisse præsens, asserat se non intellexisse, per deducta Bursat. *consil. 2. numer. 15.* Insuperque hæc taciturnitas magis timore, quàm libero consensu facta præsumitur.

Quibus omnibus consequens, nihil à parte Rei adductũ, quo occupatio iustificari, aut possessionis legitima apprehensio doceri possit. Superest nunc, Dn. Actoris fundamenta à Rei impugnationibus salvemus; aliàs si illa non consi- 49
stunt, actore non probante Reus, quamvis nihil præstiterit, absolvetur.

Primò quidem rectè negatum est à Reo, pos- 50
sessionem absque nova apprehensione in hæredes continuari Gail. *2. obs. 129. numero 2. & 3.* Ne quidem in feudalibus secundum sententiam in Camera approbatam Mynsing. *obs. 38. cent. 3.*

Nec refragatur prætensa assertio Schurffii de 51
consuetudine Franconiæ. Ille enim non testatur de foro, in quo versatus est, Saxonia scilicet, sed de Franconia. Ergo cum fidem, non habeat erga hoc, per hoc fundamentum non est probata actorum intentio.

Idem de investitura iudicamus. Quicquid 52
enim de propria investitura dicatur, tamen quæ in præsenti intervenit abusiva & verbalis, nequaquam possessionem antiquiorem 53
probare poterit Mynsing. *4. obs. 61. numero 2.* Et in terminis, abusivam Investituram non sufficere ad fundandum interdictum recuperandæ firmat post Afflict. *decis. 299.* Paris. *consil. 1. num. 162. vol. 1.* Gail. *2. obs. 152. num. 16.* quia non statim post mortem parentis, sed anno sequenti eam petierit. Ergo actores nec ex hoc triumphum reportare poterunt; Cum etiam prædoni nõ auferatur possessio, se is Dominum 54
antevertisset text. *in c. 1. in literis, de restitut. spol.* Gail. *2. obs. 76. n. 8.*

Ad elidendum tertium Dn. actorum ex continuatione possessionis Officialium desumptum argumentum, multipliciter responsione utitur. Primò, colonos defuncti Actorum patris nomine possedisse, dici non posse, cum nusquam probatum, eos quicquam fructuum actorum nomine percepisse, sed vice versa 55

omnes fructus ad Reum per Officiales ſuos ve-
56 niſſe. Ex fructuum autem poſſeſſione proba-
tur poſſeſſio iurisdictionis Surd. *conſil.* 152. *num.*
57 23. & fundi Maſcard. *de probat. concl.* 1183. Vi-
detur igitur ex eo, quod fructus poſſeſſionis in
Reum translati, & Actoribus iam inde à morte
58 patris adempti fuere, & poſſeſſionem ipſam a-
miſſam Reo acquiſitum eſſe.

Sed accuratius examinanti vix ſufficit hæc reſponſio. Non enim ſemper neceſſarium argumentum ducitur à perceptione fructuum ad ipſum poſſeſſionem jurisdictionis. Deinde prædictum argumentum non procedit, cum alterius facto quis impeditur, quo minus per-
59 cipiat, (ut hîc Officiales Actorum) ut igitur non impedit factum Rei, vel etiam Tertij, quo minus revoca cenſeatur poſſeſſionem apprehendere Cravett. *conſil.* 466. *numero* 18. &
60 *conſil.* 376. *numero* 21. Sic & quidem multò minus is amiſiſſe poſſeſſionem dici poteſt, qui poſſeſſionis fructus percipere facto ad-
61 verſarij impeditur. Generale quippe eſt, pro impleto haberi, quatenus per eum, cuius intereſt non impleri, ſtat, quod minus impleatur *l. in iure.* 161. *ff. de R. I.* Quid enim pot-
62 eſt imputari ei, qui facere, etiamſi vellet, non potuit? *l.* 17. *§. ſi pupillo. ff. de uſur.* Et ſolo animo continuatur poſſeſſio; qui animus poſſi-
63 dendi uſque ad tempus ſpolij abundè ſufficit ad demonſtrandam antiquiorem poſſeſſionem, Actorum, non ſolum quod in hoc iudicio ſatis ſit, ad recuperandam naturalem demonſtrari antiquiorem poſſeſſionem, & quidem eam vel ſolo animo continuatam Maſcard. *concluſ.* 1321.
64 *numero* 8. Sed quod generaliter verum ſit poſſeſſionem revera eius eſſe, qui eam animo
65 continuat *l.* 3. *§. ſed etſi. ff. de acquir. poſſ.* Cum verò demonſtratur, alterum poſſidere, tunc perceptio fructuum poſſeſſionem non probat Maſcard. *concl.* 1183. *n.* 11.

Neque obſtat, poſſeſſionem eſſe facti, & non continuari ſine nova apprehenſione. Nam hoc non procedit, quando quis corpore alieno ſeu per officialem, aut colonum poſſi-
66 det (ut hîc); Cum is eam in hæredem ſine eius nova apprehenſione ita continuare, ut quam diu is nomine Domini ſic poſſidere intendit, tamdiu ſicut Dominus ante, ſic etiã eius hæredes eo mortuo poſſidere intelligũtur, quemadmodum probatur per *l. qui univerſas.* 30. *§. quod per colonum, ibi; retinere enim animo poſſeſſionem. ff. de acq. poſſ.* & ſupra in Tertio argumento pluribus authoritatibus probatum fuit.

Facit enim hæc colonorum continuatio, ut poſſeſſio vacans dici non poſſit, conſequenterque hæc poſſeſſio vitioſa & clandeſtina cenſea-
67 tur. Ut enim poſſeſſio legitimè apprehenſa iudicetur, eam ab alijs poſſeſſoribus vacuam eſſe oportet: Et culpandi ſunt potius iſti repaces, qui ſibi opinione præventæ poſſeſſionis
68 blandiri, & extremum exhalantis animæ ſpiritum cupidè exſpectant, ut formaliter ait Gail. *de arreſt. c.* 1. *numer.* 22. *& cap.* 11. *numero* 33. Similique modo ferè in terminis eum, qui
69 præcurrit ad occupandam poſſeſſionem poſt mortem defuncti dici hæredem quodammodò ſua poſſeſſione ſpoliare, nec in ea tuendum eſſe Natta *conſil.* 93, *numero* 6. *volum.* 5. Gail. *d. cap.* 1. *numero* 22. Surd. *conſil.* 160. *numero* 33. Ioſeph. Ludovic. *Comm. concluſ.* 16. *numero* 28.

Quod obijcitur, per alium non acquiri poſ-
70 ſeſſionem in ullo actu poſſeſſorio ſine mandato, nec ſufficere ratihabitionem, niſi ea ſuperveniſſet ante tempus ſpolij, ut veriorem dixit Maſcard. *d. concl.* 1183. *num.* 3. *& ſeq. & concluſ.*
71 1189. *num.* 6. Non operoſa indiget refutatione. Rectè enim hoc procedit in poſſeſſionis vacuæ nova apprehenſione: Alia verò & longè diverſa ratio eſt, ſi poſſeſſio non vacans, ſed ex mandato defuncti per colonum ab initio occupata ſit. Tunc enim, ſive ratihabitio hæredis ſequatur, ſive non, nihilominus per colonum poſſeſſio continuari eouſque dicitur, donec Dominus animum poſſidendi retinet, cum hæres cenſeatur voluiſſe
72 id, quod defunctus voluit, quemadmodum in his terminis dixit Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 47. *num.* 35. Anton. Bard. *d. tractat. de temp. contin. & util. tit.* 13. *numer.* 3. & alij ſupra recitati.

Quinetiam à Reo citatos Dn. ſaltem loqui
73 in extraneo, qui nomine alterius poſſeſſionem apprehenderit, non autem intelligendos eſſe de colono, expreſsè declaravit Maſcard. *d. concluſ.* 1189. *num.* 20. Et verſamur hîc in terminis continuandæ, non de novo acquirendæ poſſeſſionis, cuius cauſa favorabilior, per ſupra dicta.

Denique quod à parte Rei adducitur, colo-
74 norum videlicet poſſeſſionem eſſe fictam; huiuſmodi autem fictam poſſeſſionem non producere poſſeſſorium iudicium recuperandæ. Quo etiam inclinat Contard. *ad d. l. un. limit.* 2. §. 2. *n.* 4. Barnab. Cornazzan. *deciſ.* 57. *n.* 4. *Lucenſ.* 57. *num.* 4. Cavalcan. *d. deciſ.* 23. *numer.* 65. *& ſeqq p.* 2. Primo ex eo corruit, quod veriſſi-
75 ma & communis opinio ſit, ex ficta poſſeſſione, quæ mediante vi ſtatuti fieri intelligitur, poſſeſſionis remedia, & ea quidem recuperandæ, competere varijs in primo Actorum fundamento authoritatibus Dd. Menoch. Covarru. Milanenſ. Peregrini Hondedæi firmatum.

Deinde ea, quæ per colonum fit, poſſeſſionis
76 continuatio non eſt ficta, ſed vera, & quidem naturalis poſſeſſio quæ abſque ulla fictione, id eſt, per rei inſiſtentiam & voluntatem nobis poſſidendi contingit *l. ea quæ. ff. de A. R. D.* 77 Cuiuſmodi ſanè veram poſſeſſionem eſſe negari non poteſt *l.* 1. *in pr. ff. de acq. poſſ.* Et 78 hoc modo conſervari poſſeſſionem tàm civilem quàm naturalem per colonos, in individuo probavit Burſat. *conſil.* 421. *num.* 9. text. 79 *in l. fin. C. de acq. poſſ.* Et huiuſmodi colonorum poſſeſſionem ſufficere ad fundandum iudicium Recuperandæ text. eſt expreſſus *in l.* 1. §. *quod ſervus*, 22. *ff. de vi & vi armat.* Et ſi 80

maxi-

maximè ficta esset, tamen non posset illud, quod de continuatione possessionis, quæ vi statuti fingitura Dd è diverso citatis traditũ est, ad hanc, quæ ex intellectu iuris communis inducitur, traduci, per ea quæ tradit VVes. *d. cons.* 1. *nu.* 49. *in fin.*

Hisce igitur consequens est, tertium Actorum argumentum sufficienter elisum non esse.

Idem de Quarto iudicandum per ea, quæ firmat Mascard. *concl.* 1183, *n.* 7.

81 Concludimus ergo tertium & quartum ab actoribus pro firmanda ipsorum antiquiore possessione adducta fundamẽta neutiquam sufficienter elisa esse; sed ob anteriorem & quidem per colonos & Officiales continuatam possessionem aliter fieri non potuisse, quam ut pro Actoribus pronuncietur.

Reliqua ad elidendam Actorum intentionem adducta argumenta non possessorium, sed petitorium concernunt, ideo ut irrelevantia in hoc iudicio recuperandæ meritò non considerata

82 sunt; Cum ne quidem exceptio dominij, quæ in continenti probari potest, in spolio attendatur, quo minus spoliatus ante omnia restituatur Menoch. 1. *recuper num.* 239. ubi ait communem, à qua non sit recedendum. Mascard. *concl.* 1328. *num.* 1. & 3. Cavalcan. *decis.* 44. *nu.* 106. *p.* 1. Hondedæ. *cons.* 23. *n.* 49. *vol.* 1.

DE PETITORIO.

83 CUm spoliatus non sit restituendus, si ex Actis de spoliantis dominio constet, secundũ Menoch. *d. remed.* 1. *recup. num.* 231. Mascard. *concluf.* 1326. *numer.* 1. restat, ut deinceps, anne dominium Rei notorie ex Actis constet, inquiramus.

Fundamentum Rei est, quod ipse sit de familia masculina der von Sainßheim / Actorum pater autem descendat ex fœmina. Certissimi verò iuris est, fœminam vel masculos ex fœminis descendentes non admitti ad feudi suc-

84 cessionem, quamdiu extat masculus ex primo acquirente etiam in gradu remotiore, late Schrader. *tractat. de feud. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 1. & *seqq.* & *numer.* 60. & *seqq.* Actorum pater non ex linea masculina, sed ex fœmina Margretha von Sainßheim primæ acquirentè successit. Reus autem eiusdem est familiæ & originis.

Sed hoc non obstare, pro Actore concludo.

Primò, quia ex ipsa investitura manifestò adparet, hoc feudum initium sumpsisse in Margaretha, & sic feudum novum esse. In feudo novo autem pro filijs & filiabus per fœminam

85 primum acquisito non reperimus illam prærogativam masculorum seu agnatorũ in successione transversalium, eo modo attendi, ut remotior transversalis proximiorem fœminam excludat. Nam iura & Dd. masculos fœminis præferentes loquuntur in feudo paterno & masculis à primo acquirente descendentibus. Longè verò alia causa esse videtur in feudo no-

86 vo, & in quo nec ipse succedere volentes ex primo acquirente descendunt. In huiusmodi siquidem casu prærogativa illa masculorum non æquè obtinere solet; ex quo feudum novum non habet agnatos, ut dicit gl. *in c.* 1. §. *hic quoque de succes. feud.* Stich. ac Pinna *in gl. subiuncta decis. Mediolanens.* 8. *numero* 141. *libro* 1. Qua ratione si feudum à quopiam pro 87 se suisque filijs & filiabus acquisitum sit, non ad collaterales licet eiusdem cum acquirente familiæ, sed primum filiabus sive hæredibus descendentibus acquiritur, & hisce deficientibus tandem ad fratres ac transversales devolvitur text. *in c.* 1. *de duobus fratribus à Capitan. investit.* ubi additur ratio, quod unusquisque sibi suisque hæredibus prospicere voluisse videatur.

Et hoc in feudis obtinere, nemine discre- 88 pante ait Bursat *consil.* 63. *numer.* 15. *vol.* 1. & *consil.* 150. *num.* 2. *vol* 2. Hartman. Pistor. *quæst.* 35. *num.* 2. *part.* 2. Valentin. Forster. *tractat. de successionibus lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 54. Schrader. *de feud. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 8. Guid. Panciröl. *cons.* 92. *num.* 12.

Eadem de causa fœminam descendentem ab 89 eo, cui ex divisione feudum obtigit, excludere masculum ex alterius fratris linea descendentẽ, respondit Surd. *consil.* 317. *nu.* 78. & *consil.* 407. *numero* 31. Videatur Intrigliol. *de feud. q.* 49. *numero* 18.

Et hanc differentiam remanere in feudo pa- 90 terno & feudo novo quoad successionem, ut in hoc non obtineat quod dicitur, in feudo non patere locum fœminis, donec masculus supersit ex primo acquirente, notabiliter monet Aflict. *in c.* 1. *in alio. vers. feud. num.* 2. *vers. neutrum. de succes. feud.*

Deinde cessat hic ratione excludendæ fœminæ proximioris per masculum remotiorem, videlicet favor agnatorum & familiæ per masculum conservandæ. Hæc enim nequaquam locum sibi vendicat in feudo à fœmina primum acquisito, cum fœmina non habeat agnatio- 91 nem, nec in fœminam cadat consideratio servationis agnationis & familiæ Cravett. *consil.* 250. *num.* 11. Socin. Junior. *consil.* 2. *num.* 32. *lib.* 3. Menoch. *consil.* 85. *numer.* 7. ubi similiter numer. 6. dicit, fœminam in dubio non præsumi odio habere sexum suum: Quod etiam innuit Peregrin. *de fideicom. art.* 25. *num.* 18. (Vide Rosenthal *de feud d. c.* 7. *concl.* 38. *num.* 3.) Qua 92 ratione & verbum Filius simpliciter in eiusmodi investituris comprehensum non filias sui natura complecti, communiter omnes scribentes 93 tenere, ait Alvarott. *in c.* 1. *numer.* 2. *vers. sed alium. de benefic. fœm.* Bursat. *d. consil.* 150. *num.* 4. & *seqq. vol.* 2. Rosenthal. *d. cap.* 7. *concl.* 35. *nu.* 16. *vers. tamen id fallit. & gl. seq.*

Et certè cum fœmina prima acquirens suæ paternæ familiæ finis sit & primum agnationis viri, non est, quod Reus suam intentionem adeò firmè in familia originaria, quæ iam finem in ipsa per transitum, ad mariti familiam nacta, fundatam existimet.

Præterea largiamur & hæc cessare; tamen aliud argumentum suggerit ipsa investitura.

Primò enim apertiſſimè ibi expreſſum eſt, in
94 defectu filiorum vel filiarum feudum ad eum, qui conſtituenti proximus eſt in gradu, ſive is fœmina ſive maſculus ſit, devolvi debere. Quibus nihil clarius dici poteſt, quaſi ad proximitatem gradus in huius feudi ſucceſſione, non etiam ad ſexum reſpiciendum eſſe.

Deinde ſucceſſoribus feudi in conſtitutione ſemper adijcitur qualitas hæredis. Hæc verba, **vnſere Erben** / noſtri hæredes, manifeſtè
95 arguunt, feudum hæreditarium conſtitutum eſſe, arguente deſcriptione feudi hæreditarij, quâ illud hæreditarium dicimus, quod eſt conceſſum pro ſe & hæredibus, & ubi facta eſt mentio hæredum Schrader. *de feud. p. 2. c. 3. numer.* 13. Gail. 2. *obſ.* 154. *numero* 8. *& ſeq.*

96 Illam igitur qualitatem in feudi huius ſucceſſione in primis adeſſe oportet, videlicet, ut non ſolum ſit filius, vel filia, vel proximior, ſed etiam ſimul hæres, uti in terminis ex Rota dixit Hartman. Piſtor. *p. 2. quæſt. 3. numero* 34. *& ſeqq.*

97 Et hinc eſt, ut planè in terminis noſtris, ſi feudum acquiſitum pro ſe; filijs & hæredibus ſuis, ut hîc, ibi: **vns vnd vnſere Erben/ Söhne vnnd Töchter** / quin hæreditarium intelligatur, abſque omni dubio eſſe, dixerit Schrader. *d. p. 2. c. 3. numero* 25. Gabriel. *in commun. opin. tit. de V. S. concl. 3. numero 2. libro 6.*

98 Eò minus autem de hoc hæſitandum, quod in inveſtitura non ſolum præmittatur verbum Hæredibus, ſed quod ſine copula coniungatur, **vnſere Erben/ Söhne vnd Töchter.** Quo in caſu magis procedit communis concluſio, ut feudum hæreditarium cenſeatur, & vocem hæredis magis qualificare adiecta, ut ſucceſſor primi debeat eſſe hæres, ex doctrina Bartoli & Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. p. 3. numer.* 90. *verſ. in de etiam.*

99 Omnem quoque dubitationem tollunt poſtrema illa verba, **andere vnſere Erben / die am nechſten darzu beerbt /** quibus ſane non poteſt alius affingi vel appingi ſenſus, quàm qualitatem hæredis in ſucceſſione requiri.

100 Quod ſanè de nullo alio, quàm feudo hæreditario dici poteſt, cum in feudo ex pacto non attendatur, ut ad hæreditatem ultimi defuncti ſucceſſoris accedant, ſed ſufficit, quòd proximi acquirentis in feudo hæredes ſint Gail. 2. *obſ.* 149. *num.* 1. *& obſ.* 154. *num.* 3. In feudo autem hæreditario ſucceſſorem ultimi morientis hæredem eſſe oporteat, ut tradit expreſsè Marin. Frecc. *de different. feud. libro 3. differ.* 10. Hartman. Piſtor. *quæſt.* 14. *numero* 42. *& 45. p. 2.* Burſat. *conſil. 49. n. 59. & conſil. 89. num.* 34. ubi veriorem & frequentiorem pronunciat. *& conſil.* 132. *num.* 32. *& 34. & conſil.* 148. *numer.* 12. eandem ut communem & communiorem refert.

101 Cum verò feudum eſt hæreditarium vel eius ſucceſſio hæredi & inveſtitura debetur, ad nullum tranſit, niſi ſit hæres univerſalis acquirentis Mynſinger. 3. *obſ. 67. numer.* 4. Eſt enim à limine iudicij repellendus, qui ad eiusmodi feudum aſpirat, niſi ſit hæres univerſa-
lis Roland. à Valle. *conſil. 3. numero 77. vo-* 102
lum. 1.

Nec ſufficit, eſſe hæredem ſanguinis, ſed hæ- 103
reditatis ut ſit, oportet Roland. *conſil.* 97. *numer.* 4. Valaſc. *de iur. Emphyt. q.* 43. *numero* 1. Qui enim hæres univerſalis non eſt, non ad- 104
mittitur, licet ſit agnatus. Communem ex Alexandro dicit Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 33. *num.* 33. *& conſil.* 38. *num.* 45. *& ſeq.*

Atque ut propius ad terminos accedamus 105
in feudo hæreditario fœmina maſculos remotiores excludit Cacheran. *d. conſil.* 38. *nume.* 36. *& ſeq.* ubi ex Schurffio communem dicit, à qua in conſulendo & judicando recedendum non ſit. Conſentit Schrader. *d. p. 7. c. 3. numero* 1. ubi plures congeſſit. Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſtat. libro* 4. *c.* 23. *numero* 53. Brun. *conſil.* 39. *numero* 7. *& ſeq.* ubi etiam maſculos remotiores excludit. Burſat. *conſil.* 22. *numero* 18.

Præterea quando Inveſtitura determinat in 106
ſucceſſione certum gradum (ut hîc, **die am nechſten darzu beerbet**) tunc fœmina magis propinqua excludit maſculum remotiorem, & hoc caſu non procedit *c.* 1 *de his qui ſub de hæred.* ubi in primogenita loquitur ex Baldo Curt. *de feud. p. 1. 3 part. princ. q. 15. nu.* 17. Cacheran. *conſ.* 23. *num.* 35.

Concluſivè non officit, quod pagus in feu- 107
dum rectum conſtitutus ſit. Ex eo enim non poteſt concludi, feudum ſimpliciter familiæ conſtitutum eſſe, repugnante maximè totius conſtitutionis tenore, in qua, contrà naturam feudi recti, hæreditaria qualitas toties in Vaſallo repetita fuit. Neque deſinit continuo feudum rectum ob id eſſe, quod ſucceſſorem hæredem eſſe oporteat; cum ſufficiat, ut rectum
dicatur, quod transferri in proximos nequeat, 108
uti in terminis reſpondit Cravetta *conſil.* 634. *num.* 3. Hæc enim ſpecialis feudi recti vis, ne ad proximos ambulet, quam ſi retinet, non eò minus feudum rectum dicitur, ac ſi ad fœminam tranſeat, vt voluit Cravetta *conſil.* 905. *num.* 14. *& ſeq.*

Ergo Actorum parenti, ut conſtituentium proximiori agnato, etiam hoc feudum debetur in petitorio.

Denique præſcriptione legitima tuti ſunt A- 109
ctores, cum Vaſallus contra Vaſallum 30. annis utile dominium præſcribat **Roſenthal** *de feud. d. cap. 7. concl. 6 num.* 84. *lit. A.* Nam à tempore primæ Inveſtituræ Anno 1538. uſque ad obitum patris Actorum, Anno 1573. vel ad principium motæ litis plus quàm 30. anni elapſi ſunt. Salvo &c.

THOMÆ MICHAELIS.

CON-

CONSILIVM II.

EPITOME.

An in feudo pro se & hæredibus masculis & fœminis, filiis & filiabus concesso, deficientibus masculis fœminæ succedant?

SUMMARIA.

1 STatus *controversiæ.*
2 Iudex *invitis ad respondendum cogi possunt.*
3 Actionis *genus ex conclusione Libelli colligitur,* & num. 4.
5 *Aliud* res, *aliud* possessio; & possessorium *non intentatur ratione fructuum, sed petitorium.*
6 Clausula petens ius & iustitiam administrati *complectitur possessorium & petitorium.*
7 Possessorium *cum petitorio iudicio quando cumulatum censeatur.*
8 Remedium Can. Redintegranda. 3. *quæst.* 1, *omnium exuberantissimum est*; & num. 9.10.11.12.
13 *Quando duobus vel pluribus* modis *agi potuit,* magis utili *actum intelligitur.*
14 *Postulata* restitutione *conclusio Libelli ad omne remedium utilius trahenda est.*
15 Redintegrationem *petens qualitatem Conditionis ex d. Canone* 3. *q.* 1, *plenè exprimit.*
16 Clausula omni meliori modo *quid operetur.*
17 Requisita *remedii Can. Redintegranda: An probata?* num. 18.19.
18 Castro *apprehenso pertinentia etiam apprehensa censentur.*
20 Possessio naturalis *civili incubat.*
21 *Feudo finito* possessio utilis *à civili Domini possessione ipso iure attracta* & consolidata *esse dicitur.*
22 *Virtus* directi dominii *semper est in actu permanens ex vi attractiva.*
23 Usufructu *finito, possessio naturalis cum civili consolidatur;* & num. 25. *Restringitur & declaratur* num. 29.30.31.
24 Precaria possessio *finitur finito precario.*
26 Dominus *feudo ad se devoluto Fiscum suum celeri expeditione in possessionem mittere potest;* & nu. 27.
28 Turbantes *in possessione repellere atq; deiicere possumus?*
32 Hæres *aut* filia *cõtendens contra Dominum, feudum non esse devolutum, sed ad se ex pacto vel investitura pertinere, in possessione relinquenda, vel etiam immittenda, aut spoliata restituenda est* num. 34. & 35.
33 Exceptio dominii *& quod bona sint feudalia, non admittitur cõtra fœminam de possessione feudi agentem.*
36 Fœmina *feudi incapax in possessorio. Vincit, & Dominus vel agnati petunt de manu illius: Præiudicium Camerale* nu. 37. *& Aulæ Imperialis* num. 38.
39 Dominus *feudum ob generationem finitam sibi apertum duntaxat eo casu propria authoritate occupare potest, quando possessio est vacans.*
40 A Maioratu *ad feudum rectè arguitur. Quãdo de* dolo, *vel* notorio non iure, spoliati *constat, spolians non restituit,* & numer. 42. 43. 45.
41
44 In notoriis *ordo iuris non servatur.* Exceptiones altiorem indaginem desiderantes *ad petitorium reiiciuntur.*
47 Exceptio altioris indaginis *censetur, ubi est conflictus scripturarum.*
48 Exceptio *quando dicatur in continenti probata? hoc,* & nu 49.50.51.52.
53 Actori *optimè consulitur, si nudum & simplex possessorium instituat, & petitorium suspendat.*
54 Triumphans in possessorio, *etiam postea in petitorio succumbat, fructus non tenetur restituere.*
55 Maior causa *minori præiudicat.*
56 Sententia *ferenda simul in possessorio intentato, & etiam in petitorio, quando de iuribus in eo constat.*
57 Summus Princeps *etiam non conformem Libello sententiam proferre potest.*
58 Protestatio *sequens non infringit actum præcedentem perfectum.*
59 Ordinariam viam *primitus ingressus ab ea resilire, & ad extraordinarium sive executivum remedium confugere nequit.*
60 In feudo ex pacto & providentia *ius quæritur filiis & descendentibus in infinitum, natis & nascituris;* & num. 61.62.63.64.
65 In feudo pro filiis & filiabus *concesso fœminæ non succedunt, nisi deficientibus omnibus masculis ex primo investito descendentibus:* & num. 66.67.
68 *Verba* Donec, Quousque &c. *saltem suspensivam & temporalem exclusionem inducunt: Præiudicium Cameræ Imp.* n. 69.
70 Filiorum *appellatione regulariter in contractibus non continentur nepotes & ulteriores: Secus in feudali contractu* num. 71. 72. 74. 75. 76. 77. 78. 79.
73 Determinatio *una duo determinabilia respiciens ea æqualiter determinare censetur: Vide tamen* num. 87.
80 *Non videtur decessisse* sine liberis, *qui reliquit nepotem ex filia.*
81 Vasallus *allodium suum à Domino in feudum recognoscens fœminas earumq; descendentes à feudi successione arcere haud voluisse præsumitur,* & num. 86. *Contrarium vide* num. 96.97
82 Fidelitas *propriè feudum arguit.*
83 Nobiles *ante* 200. *annos in patrocinium & tutelam à Superioribus contra vim potentiorum recepti allodia sua feudi iugo submiserunt; Vnde & ex similibus initiis nonnulli feudorum originem deducunt* num. 84. & 85.
88 Filij *nomen comprehendit omnes descẽdentes*

in contractu feudali. An id quoque verum in filia? Vid.n.89.

90 Una vocula *in eadem materia propriè & impropriè exaudiri poteſt.*

91 Vocabulum LIBERORUM, *occurrente ratione diſtinctiva ad fœminas non porrigitur.*

92 Maſculinum *quando comprehendat fœmininum, vel non.*

93 Dictio DESCENDENTES & HÆRES *quando prædicentur de maſculo & fœmina, &* num. 94.

95 Feudum *in uno degenerans in cæteris capitulis propriam feudi naturam retinet.*

98 Interpretatio *fit contra eum, qui legem contractui apertius dicere potuit; &* nu. 99. *Declaratur* num.119.

100 Contrahentes *ſe iuris communis diſpoſitioni conformaſſe præſumuntur; &* num. 101. 102.103.104.

105 Tenor inueſtituræ *inprimis attendendus.*

106 Fœmina ſemel excluſa *perpetuo manet excluſa: &* num. 107. 108. *Præiudicium Cameræ in hanc rem* num.109. *Contrarium hoc caſu aſſeritur* nu.124.125.127.128.129.130. 131.132.133.

110 Ident tas vel diverſitas rationis *non ex ſignificatione verborum, ſed ex mente contrahentium elicitur.*

111 Parentes *æquè filias, ac filios, dilexiſſe præſumuntur, &* num.112.

113 Natura feudi *eſt, ut conceſſio non in primis terminetur, ſed ulterius ad deſcendentes proferatur.*

114 Feudum informe *ſive ſimpliciter alicui datum tranſit ad hæredes quoſcunq; maſculos primi & ulterioris gradus.*

115 Fœminæ *per ſubſtitutum ſervire poſſunt, &* n. 116.117.118.

120 Favor conſervandæ agnationis *quando ius feudi favorabile reddat: &* numer. 121. 122.123.

126 Falſa appellatio *non immutat ſubſtantiam rei.*

134 In conflictu contrariarum opinionum *illa ſequenda eſt, quæ habet pro ſe gloſſam.*

135 *In dubio* æquior & benignior opinio *in iudicando attendenda eſt: &* num.136.

137 Agnatorum *cauſa favorabilior eſt, quàm Domini directi.*

138 Feudum *potius filiæ, quam Domino, adiudicandum.*

139 Plus videtur dictum *& minus ſcriptum, ſuadente æquitate, ne videatur quis alienas ſucceſſiones ſuis prætuliſſe, & n.*140.

141 Ob diverſitatem opinionum *& dubium litis eventum partes ad concordiam invitandas; & n.* 142

143 Advocati, *ceu fumi venditores, clientibus ſuis certum & expeditum litis eventum haudquaquam polliceri debent; &* numero 144.

SVFFRAGANTE JEHOVA.

Acti ſpecies ſe ita habet: Nobilis & Equeſtris Ordinis Vir CONRADUS à **Wallſtein** caſtrum **Wallſtein** cum omnibus pertinentijs ab Illuſtri & Generoſo Dn. VVolffgango, Comite Fürſtenbergico &c. in feudum recognovit, hoc pacto, **daß die Lehen vff ſeine Kinder von ſeinem Stammen erbohren/ Knaben vnd Töchtern erben ſollen** ꝛc. Uti latius videre eſt ex literis inveſtituræ, primævæ de Anno 1507. in auguſtiſſimo Imperialis Cameræ tribunali 9. Iunij Anno 1597. in Originali judicialiter productis & recognitis.

Conrado defuncto filius eiusdem Egenolphus Anno 1541. à Dnn. Comitibus VVilhelmo & Friderico (quæ inveſtitura Anno 1563. eidem à Tutoribus Fürſtenbergicis renovata, ac 30. Martij eodem Anno 97. unà cum inveſtiturâ de Anno 1541. in Originali producta & judicialiter recognita eſt. Inveſtitus fuit; qui & poſtea deceſſit, relictis poſt ſe duabus filiabus Mariâ Salome & Urſulâ, & unico filio Egenolpho, primi acquirentis nepote, ſed & hic junior Egenolphus in pupillari ætate vitam cum morte commutavit.

Itaque cum jam per lineæ maſculinæ extinctionem feudum vacaret, dicta Urſula Egenolphi junioris ſoror & tranſverſalis fœmina, deſcendens à primo ſtipite, eiuſque ex ſorore prædefuncta Nepotes illud uti ad ſe devolutum intendentes, poſſeſſionem eiusdem occuparunt.

Contra vero Dn. Albertus, Comes de **Fürſtenberg** & **Hailigenberg** &c. feudum ſibi apertum eſſe, & prædictâ fœminâ eiusdemq; ex ſorore nepotibus de poſſeſſione armatâ manu deiectis, dominij utilis cum directo conſolidationem prætendit.

Cumque Anno 1585. 30. Septembr. emanatâ 3. Novembr. executâ, & 10. Decembr. reproductâ Citatione, proceſſuque deſuper inſtituto, cauſa in Auguſtiſſimo Imperialis Cameræ judicio controverti cæperit & 11. Martij Anno 1588. ad Pares Curiæ remiſſa, denuo ob prorogationem partium 30. Iunij Anno 1589. in eodem inchoata & ventilata ſit, nec non factâ utrinque ſubmiſſione, etiamnum pendeat indeciſa; Et verò Ego in præſentiarium à Dn. Actoribus inſtanter requiſitus, ut quid perluſtratis Actis in eâ ſentirem, de iure reſponderem, eo minus denegare potui, quod meminiſſem Iuriſconſultos, qui ſe iuſtitiæ ſacerdotes profitentur, etiam invitos ad conſulendum cogi poſſe. *gl. in l.2. C. de proxim. ſacror. ſocin. lib.*12. & ibi Bart. Corneus *conſ.*244. *num.*2. *vol.*3 Franciſc. Vivius *in com. opin. verb. advocatus nu.*2. 2

Quare amplectendo difficultates principaliores in quibus motæ controverſiæ nervus conſiſtere videtur, Duplex, ni fallor, occurrit inſpectio:

IN POSSESSORIO, IN PETITORIO.

UTrumque enim contra conſilium Iuriſconſulti *in l. is qui deſtinavit.*24. *ff. de Rei vindic.*

(ubi

(ubi ait, eum qui rem petere destinavit, ante omnia animadvertere debere, an aliquo prius interdicto possit nanciſci poſſeſſionem; Quia longè commodiùs eſt ipſum poſſidere, & adverſarium ad onera petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere) remedium inſtitutum, ex poſterioris correcti & 19. Martij Anno 1586. ſub Numero. 6. producti libelli concluſione dignoſcitur, quæ omninò attenden-
3 da eſt, cum ex medio concludendi & cauſa petendi qualitas intentata actionis colligatur & demonſtretur *c. literatuæ. de dilation. l. non debet. in fin. ff. de dol. mal.* Gail. *obſervat.* 61. *numer.* 9. *libr.* 1. Iohann. Vincent. Hondedæus *conſil.* 23. *numer.* 13. *volum.* 1. *& conſil.* 22. *num.* 31. *& ſeq.* Cæſar Contard. *in l. un. C. ſi de moment. poſſeſſ. appell. q.* 13. *nu.* 38. *& 39.*

Dum enim declaratio juris realis in feudo & per ſententiam pronunciari petitur, **daß ſolche Wallſteiniſche Lehen wohlermelten Herrn Graffen nicht eröffnet noch haimb gefallen / ſondern an Hanwaldts Principaln Junij Egloff von Wallſteins hinterlaſſene Eheliche Schweſter vnd Schweſter Kinder als noch vbrige rechtmäſſige Lehens Erben gefallen / vnd jhnen zugehörig /**
4 ꝛc. petitorio actum rectè dicitur, cum ſic cõcludendi modus petitorio ſit proprius *l. 2. §. 1. ff. ſi ſervit. vindic.* Contard. *in d. q.* 13. *n.* 32. Ioh. Vinc. Honded. *d. conſ.* 22. *nu.* 4. Inprimis vero illa verba, **vnd jnen zugehörig /** ex vi propria oſtendunt, **petitorio actum**, cum verbum pertinere intelligatur reſpectu proprietatis & poſſeſſionis, Contard. *d. loco num.* 36. Ferrar. *in prax. in forma libelli in actione realiti t. 2. gl.* 8.

Ad hæc dum requiſiverunt Actores Dn. Reum ad relaxationem & reſtitutionem **der Lehen Stück vnnd Güther / ſampt allen** pertinentien / auch allen auffgehabenen Früchten / Gefällen / Einkommen vnd Nutzung / ꝛc. petitorium
5 intentâſſe arguuntur: Nam aliud eſt res, aliud poſſeſſio; Et poſſeſſorium non intentatur ratione fructuum ſed petitorium Roland. à Valle *conſil.* 41. *num.* 5, 6. *& 7. vol.* 3. Weſemb. *conſil.* 21 *num.* 13. ubi multum intereſſe ſcribit, utrum petatur reſtitutio rei eſt poſſeſſionis: cum rem reſtitui petens videatur in dubio petitorium proponere, qui poſſeſſionem reſtitui,
6 poſſeſſorium poſt Menoch. Sicut etiam clauſula in libello adjecta, petens jus & juſtitiam adminiſtrari complectitur utrumque Contard. *d. loco. num.* 46. Poſſeſſorium cumulatum
7 cuivis intuenti obviam eſt. Ejuſmodi enim concluſio: Non licuiſſe Dn. Reo poſſeſſione dicti Caſtri **Wallſteins** Actores ſpoliare, & hoc ipſis reſtituendum eſſe, poſſeſſorio convenit. Petita namq; poſſeſſionis reſtitutio, præ ſe fert poſſeſſorium intentatum eſſe Franciſc. Burſatus *conſil.* 27. *num.* 1. *vol.* 1.

QVALE REMEDIVM POSSESSORIUM AB ACTORIBUS INTENTATUM ſit?

VT brevibus nos in poſſeſſorio expediamus, palam eſt, nos verſari in terminis judicij recuperandæ, quo Actores ſuâ ſponte adeptâ poſſeſſione factoque Dn. Rei amiſsâ ſe reſtituendos eſſe intendunt *§. recuperanda. Inſt. eod.* Menoch. *remed. recuper.* 15. *num.* 247. quemadmodum etiam ex tota libelli ſerie ad viſum oculi patet, ut hoc tanquam dilucide demonſtratum & ex Actis notorium, ulteriore probatione non indigeat *l.* 1. *§. ſi quis uxori. ff. de dot. præleg.*

Ex Recuperandæ autem remedijs, quæ copioſiſſime enumerat Menoch. *in d. Comment. de recup. poſſeſſ. per tot.* omnium exuberantiſſimum eſt condictio ex Canone reintegranda 3. *q.* 1. Gail. *obſerv.* 75 *num.* 10. *libr.* 2 utpote, quod cum omnibus alijs remedijs poſſeſſorijs participat & concurrit Gail. *d. loc.* Marant. *in prax. Iud. part.* 4 *diſt.* 7. *num.* 49. Mynſing. *conſil.* 28. *num.* 5. *decad.* 3. Menoch. *d. remed. recup.* 15. *num.* 5. Et in Reſponſo Finarienſi art. 2. num. 1. Iohan. Petr. Surd. *conſil.* 28. 10
num. 26. Ubi hoc latè exornat, daturque contra quemcunque ſingulatem & univerſalem, bonæ vel malæ fidei poſſeſſorem, cum vel ſine titulo poſſidentem, ſive ſit res mobilis ſive immobilis Marant. *d. lor.* Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 6. *& ſeqq.* Ferrar. *in forma libell. in cauſa ſpoliat. poſſeſſ. in verb. coram vobis.* Aux. Borroni. *conſ.* 44. *numer.* 7. *vol.* 3. Iohan. Pet. Surd. *d. conſ.* 28. *num.* 78. Iohan. Vincent. Hondedæus *conſil.* 22. *num.* 40. *vol.* 2. *& conſil.* 82. 11
num. 42. *& ſeqq. vol.* 1. ubi probat etiam huic remedio non præſcribi. Et à ſententia latâ ſuper dicto Canone appellari poſſe tradit 12
Natta *conſil.* 566. adeo, ut hanc appellationem impedire executionem reſponderit idem Natta *conſil.* 583. *num.* 4. *&* 13. Alias dicti remedij prærogativas ſciens prætereo, ne plus æquo fimbrias dilatare videar.

Unde præſenti negocio idem remedium accommodari oportebit, tum, quod in dubio, quando duobus vel pluribus modis agi 13
potuit, magis utili actum cenſeatur Cravetta *conſil.* 107. *num.* 9. *& conſil.* 130. *numero* 12. tum, quod poſtulata ſit Reſtitutio; quo caſu ad omne remedium utilius concluſionem trahendam ex Innoc. Alex. Natta probavit i- 14
dem Cravett. *conſil.* 879 *num.* 3. & Reintegratio; Quo verbo huius remedij qualitatem plenè exprimi docet Ferrarienſ. *d. loc.* §. 1. *num.* 15
10. tum denique quod clauſula ſalutaris ſubjecta, & officium judicis omni meliori modo imploratum eſſe reperiatur, quæ ejus effi- 16
caciæ eſſe perhibetur, ut judex ſalubertimam actionem Actori accommodare teneatur Anton. de Gamm. *deciſ. Luſitan.* 300. *num.* 3.

Hujus remedij Requiſita ab Actore proban- 17
da duo, communiter perhibentur, Poſſeſſio antiquior Actoris & nova Rei conventi, ſeu, poſſeſſio de præterito, & ſpolium de præſenti Ferrar. *d. loc. gl.* 5. *numer.* 3. Menoch. *d. remed.* 15. *numer.* 383 *& in Reſponſo ſuo cauſæ Finarienſis art.* 2. *n.* 10. Gail. *obſerv.* 129. *n.* 10. Covarr. *in c. poſſeſſor.* 2. *part. relect. §.* 1. *numer.* 4. *de Reg. Iur. in* 6. Mynſing. *conſil.* 52. *numer.* 7. *& conſil.*

conſil.25.num.10.& ſeqq. Nicol. Everhard. Præſes *conſ.76.num.3.* Ioh. Vinc. Honded. *conſil.23. num,39.vol.2.* Ea igitur an in præſenti hypotheſi à Dominis Actoribus probata ſunt, inquirere operæ precium eſt.

AN ACTORVM INTENTIO IN POSSESSORIO FUNDATA?

17 QVod ad poſſeſſionem Actorum priorem attinet, & ſi eam per ingreſſum, inſiſtentiam & inhabitationem domus & Caſtri principalis Wallſtein à primo defuncti Egenolphi Iunioris momento adeptam (quo ipſo etiam eiusdem connexa & pertinentia apprehenſa in-
18 telliguntur Franciſc. Marc. *deciſ. Delphin. 212.n. 3.part. 1.* eleganter Gravett. *conſ.54. numer.14.* Gœden. *conſ.42.num.26.* Capyc. *deciſ.1.num.9. 10.& ſeq.* Quod Camera ſecuta eſt in celebri illa causâ Virmund contra Virmund 15. Aprilis Anno 1577. immittendo filiam non obſtante agnatorum contradictione in omnia defuncti bona, Iurisdictiones, territoria, jura, eò, quod in domo vel arce paternâ remaniſſet, & iſtius apprehenſam poſſeſſionem propriâ reorum cõfeſſione docuiſſet Meichſner *tom.3. deciſion. Cameral.13.nu.181. verſ. Quid autem &c. cum ſeqq.)* evidenter evinci actores arguant; Attamen Reus præſenti caſu hoc mordicus inficiatur Actores non pro veris poſſeſſoribus, ſed nudis detentatoribus agnoſcendo, proindeque ſibi licuiſſe poſſeſſionem feudi ob finitã lineam maſculinam aperti propriâ authoritate ingredi per dicenda paulo pòſt; Quod etiam ſubodorari viſus eſt, vix tamen delibans, Aduocatus Dn. Rei in ſuis Reſponſionibus ſub num. 10. Anno 1595. 2. Octobr. & in Confutation vnd in eventum Beſchluß Schrifft circa fin. §. Nam Dominus feudi poſſidet &c. Anno 1599. 23. Iunij ſub Num. 56 judicialiter productis.

19 Hinc ſanè circa probationem ſpolij potiſſima ſuboritur difficultas: pleriſque enim DD. viſum eſt feudi per generationem finitam aperti (uti hic adſtruit Dominus Comes à Fürſtenberg) poſſeſſionem etiam non præcedente ſententiâ aliquâ declaratoriâ auctoritate propriâ à Domino directo apprehendi poſſe & Dominum non tam turbare, quam turbari intelligi, ſi fœminæ in poſſeſſione feudi per lineam maſculinam extincti reſiſtant, cum Patronus beneficiarius civiliter poſſideat, cuius poſſeſſionis civilis ratione naturalem ingredi poteſt Roſenthal *in ſynopſi feudal.c.* 10 *concluſ.41.n.48.* Quo loci *ſub lit.gg.* alios cumulat.

Imo fortius quidam feudo ita finito, Dominum non modò civiliter, ſed & naturaliter poſſidere iactitant, Quoniam poſſeſſio naturalis
20 civili incubet, & ſaltem ad ius eius limitata & civili ſubalternata fuerit. Ideoque cum ius Vaſalli exſpiret, nempe utile Dominium ſive vſusfructus eius ad hæredes maſculos tranſitorius, poſſeſſio eius quoque ipſo facto finita, iamque
21 à civili Domini ipſo iure attracta & conſolidata eſſe dicatur, Natta *d.conſ.563. in fin.* ubi dicit, quod nec requiritur retraditio poſſeſſionis
22 nec ſententiæ, quia virtus directi dominij ſemper ſit in actu permanens ex vi attractivâ *l. ſi hæres, ibi. ſufficiunt directæ actiones, ff. ad Trebell.* eleganter Cavalcan. *deciſ.35.num.69.p.2.*

Sicut & uſufructu morte fructuarii ipſo fa- 23
cto finito, civili conſolidari poſſeſſionem naturalem, quam habebat fructuarius; & ad proprietarium etiam ignorantem ipſo iure redire. Eadem ratione & poſſeſſionem precariam pre- 24
cario ipſo finito finiri & ad cõcedentem reverti poſt Bart. & Bald. decidit Molinæus *in conſuet. Pariſ.tit.1.§.30.num.174.* Menoch *d. remed. recup.15.num.58.* & in uſufructuario idem hoc prodiderunt Tiraq. *in tract. ſarſil. levit. p 3. declar. 1.num.7.* Natt. conſ.419 num.3. Hieron. Magon. *deciſ. Lucens. 4.num.20.* Franciſc. Zoannett. *lib. quotidian. c.62.num.9.* ubi neminem ait ambigere, quod uſufructu finito poſſit proprietarius civiliter poſſidens vſufructuarium, cui tan- 25
tùm naturalis poſſeſſio abſque iure uſusfructus manet authoritate propria expellere.

Quæ opinio in præſenti caſu ſine difficultate procedit, ex quo Dominus Comes jus territorij & univerſalem jurisdictionem in diſtrictu deß 26
Kinggerthals / in quo feudum controverſum ſitum eſt, ſi vendicans, celeri expeditione fiſcũ ſuum in realem poſſeſſionem immittere poteſt per ea, quæ notat Marin. Freccia *lib.2. de authoritat. & poteſtat. Baron. erga ſub feud. auctorit.33.*

Quibus ita fixis inferri poſſe videbatur, quod Dominus Comes Actores in poſſeſſione ſeu detentione feudi conſtitutos per Iohannem Brantzen Capitaneum ſuum armatâ manu licitè de- 27
iecerit (uti articulatur in libello correcto 9. Martij Anno 1586. producto art. 20.) ſibique ſubditos dicti caſtri Wallſteins ad ſecurationis iuramẽto adſtringens, homagium & ſubiectionem ab ijsdem receperit; Neque Actores ita expulſi & repulſi interdictis vllis iuvari queant, Cum iuris ſit apertiſſimi, quod nos in poſſeſſione noſtrâ turbantibus reſiſtere, eoſque repelle- 28
re & deijcere permiſſum ſit.

Verum circumſtantias propoſiti caſus exactius ponderando quam lubricum & aquoſum ſit prædictæ opinationis fundamentum, vel ex eo liquido apparere putamus, quod poſito in uſufructuario verum eſſe, quod ſubito naturalis poſſeſſio à civili ſine facto hominis ipſo iure at- 29
trahatur & etiam ignoranti acquiratur Guido Papa *deciſ.107.num.1.* ubi hoc in effectu adprobat. Illud tamen non indiſtinctè, ſed duntaxat in terminis poſſeſſionis per mortem uſufructuarii vacantis, & recedenti ab eiusdem hæredibus apprehenſæ admittendum ſit, cum herede uſufructuarij vel alia perſona poſſidente proprietarius nõ valeat propria authoritate poſſeſſionem ingredi ſed neceſſe habeat vel negatoria vel ex cautione de reſtituenda re experiri prout firmat Borgn. Cavalcan. *in tr. de uſufr. mulier. relict feud.4.num.38. mihi fol.474.* Quinimò utcunque hic paſſus non tranſiret ſine dubio: aliud certè in Domino feudi ſtatuendum 30
foret, quoniam ſic naturalem poſſeſſionem non habuit, nec animo retinuit, ſicut fecit ille civilis poſſeſſor *in l. clam poſſidere. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* Idcirco cum poſſeſſio realis & naturalis

ralis rei infeudatę sit in vasallũ translata, & à Do-
31 mino abdicata, & ꝓpterea nõ sit animo retenta, Regulę juris cõmunis, ꝙ scil. tine facto non ꝙratur, nec ad Dominum retroẽat, donec contrariũ asserẽs, tãquam exceptioni innitẽs hoc dilucidè ostendat, insistẽdum est, per notata Tiraq. *de retract. lignagier. §. 1. gl. 9. n. 211. vers. Et quod dicim*[9].

32 Hinc si successor, hęres aut filia Vasalli contendat cõtra Dominũ, feudum nondum esse finitũ, sed vel ad se pertinere vel ex pacto vel ex natura feudi &c. tũ à filiâ possessionẽ Domini minimè turbari, sed eam Dominũ agnoscere & possessionem suam tueri, rectè respondit Modesti. Pistoris *cons. 40. n. 9. vol. 1.* Et exceptionẽ, ꝙ bona sint
33 feudalia & ad masculos pertineant concernere petitorium, & non admitti contra fœminam de possessione feudi agentem, decisum etiam esse in Rota Romana testis est Mosedanus *in decis. Rot. Roman. tit. de restitut. spoliat. decis. 8 num. 2.*

34 Sed quid multis? Cum in specie ad hoc text. *in c. un. si de feud. defũct. & c.* ubi agnati cũ Domino feudi cõtendentes, utrũ id post mortem defuncti finitum sit, an verò ad ipsos pertineat, in possessionem in dubio immittendi sunt &c. egregiè Bursat. *cons. 349. per tot.* Frãcisc. Viv. *decis. 409.* Achil. Personal. *de adipisc. post n. 109.* Multò magis
35 in nostro casu supradicta Ursula ejusq; ex sorore nepotes, dũ jus successionis aliq in feudo **Walstein** sibi asserẽtes in possessione ejusdẽ fuerunt, conservandi, & à Dn. Comite citra juris ordinẽ turbati & spoliati ante omnia restituẽdi sunt; ita ferè argumentatur Cravett. *cons. 822. n. 6.* Joh. Fichard. *cons. 7. n. 3. circ. med.* Rosentha. *de feud. c. 7. concl. 48. n. 3. lit. C.* Quod & firmat Hierõ. Garzõ. *tract. de fœmin. ad feud. recip. vel nõ. n. 141.* ubi hãc
36 cõclusionẽ esse generalem, ut fœmina etiã incapax in possessorio vincat, & Dominus vel agnati petant de manu illius, & hãc esse receptissimam sentẽtiam testatur. Pro qua & in supremo Imperii tribunali in supra memoratâ causâ **Virmündt** cõtra **Virmundt** decisum Meichsner. *relato loc.* eandemq; in processũ revisionis confirmatã refert Henric. à Rosenthal. *d. cõclus. 41. n. 64.* Quin & in simili ferè casu in aula Imperiali **in Sachen**
38 **Weiland Caspar võ Horckhern Tochter Margrethæ Annæ Vormunder** contra **Herrn Christoff Probsten zu Elwangen** / non tantum mandata sine clausulâ de restituendo decreta, sed etiam **non obstantibus exceptionibus. 27. Februarii** Anno 1604. paritio injuncta fuit.

Deniq; advertendum est, pleroſq; adsertantes
39 feudũ ob generationẽ finitam apertũ, Dominũ propria auctoritate invadere & occupare posse &c. loq aut in eo casu, quãdo possessio est vacãs, veluti Isern. *in c. 1. §. fi. quo tẽpor. mil. n. 2. ubi dixit*, Quod si vasallus nõ haberet hæredẽ (videl. masculũ & feudi capacẽ) Dominus reciperet feudum suum, antequã alius apprehẽdat possessionem: postea v. (si alius videl. cepit possessionẽ, ut ibi Nardus Lipaculus *lit. S.* explicat) directè Dominus vindicaret, & hæc directa vindicatio haberet locũ contra alium tenentem &c. Hęc ferè Isernia; cui consonat Matt. de Afflict. *in d. c. n. 4.* (quamvis utrumq; malè *citet* pro contraria sentẽtia Henr. Rosenthal. *c. 10. de feud. concl. 41. in lit. gg.*) Et hoc in terminis majorat[9] (à quoad feu- 40
dum & vice versa ducitur argumẽto) statuit etiã Lud. Molin. *de major. at. disp. 636. n. 2.* Quo cõferũt not. Chassà *in cõsuet. Burg. rub. 9. §. 14 verb.*

Aut vero loqui in eâ hypothesi, quando de do- 41
lo spoliati *per l. sequitur. §. si servum. ff. de verb. oblig. l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de doli exceptiõ. l. 1. ff. ne quis eum, qui in jus voc. & c.* aut de notorio
juris defectu cõstat, in quib. terminis & plus quã 42
eleganter loquitur Natta *d. cons. 563. n. 30 & seqq.* Cravett. *cons. 302. n. 6.* loquẽs in emphyteusi. Tiraq. *in l. 8. verb. revertatur, n. 340. C de revoc. donation.* Ex quo n. adparet, spoliato notoriè nullum jus cõpetere, ita, ut tergiversationi non sit locus, 43
spoliãs deinde obtinet ex hac æquitate, ne restituat. Quâ ratione inutilis evitatur circuitus; ꝙ plurimum leges amãt; Etenim in notoriis ordo 44
juris non servatur, & non est cognoscere, sed cognitũ esse *c. fin. c. vestra. de cohab. cleric. c. evidẽtia. de accus.* Matth Col. *de proceſſ. exec. p. 3. c. 1. nu. 12.*

Quibus casibus possessoriũ recuperandæ per 45
exceptionem evidentis dominii & notorii defectus juris ex parte agẽtis perimi posse, hæsitationẽ nõ patitur plenè Meno. *1. remed. recup. n. 186. usq; ad n. 205. inclusivè, & remed. 15 n. 479. cũ simil.*

Sed hæc exceptio (si in ꝑsenti negocio nudũ & simplex possessoriũ recuperandæ intentatũ fuisset) à Dn. Reo objici, neq; de eâ fides in continẽti fieri potuisset ob instrumẽta investiturarũ di- 46
versimodè intellecta ꝓducta, q̃ altiorem indaginẽ requirunt & ad petitoriũ reservari debent, cũ & exceptio altioris existimetur indaginis, ubi est 47
conflictus scripturarũ Alex. Raudens. *de analog. c. 36. n. 121. lib. 1.* Etsi verò, an & quando quis exceptionem de jure suo in cõtinenti ꝓbare, juxta 48
crebrioré scribẽtium sentẽtiam in mero judicis arbitrio positũ esse, feratur Socin. Jun. *cõs. 67. n. 9. vol. 1.* In præsenti tamẽ hypothesi exceptiones Dn. Rei cũ illiquidæ, & neutiq̃ per investituras 49
(q̃ & actorib. patrocinati vidẽtur) in continenti ꝓbatæ sint actorũ intentionẽ haud enervãt per not. Cęs. Cõtardi *in d. l. un. C. si de momẽt. poss. app. lim. 12. n. 8. & 9. ubi tradit*, ꝙ quãdo agitur de ꝓbando in cõtinenti per scripturam, intelligatur, ꝙ debeat offerri scriptura liquida, q̃ non exigat 50
ꝓbationes extrinsecas pro eius declaratione & verificatione: Aliàs n. exceptio tanq̃ altiorem indaginẽ requirens nõ admitteretur, sed agẽti jus 51
suũ in petitorio ordinariè reservaretur Achilles personalis *de adipisc. poss. n. 112. & in tract. quor. bonor. n. 496. per l. fin. C. quorũ bonor.* Menoc. *de arb. jud. quæst. cas. 12. lib. 2. cent. 1.* egregiè Soc. Jun. *cons. 75. n. 18. & 19. vol. 1.* Rol. à Valle *cons. 1. n. 71. & 72. vol. 1.* Cacher. *decis. 26. n. 16. & 21. vers. exprimissis.*

Ex quibus omnib. sole meridiano clarius elu- 52
cescit, spoliationem ex parte rei intervẽtam satis esse probatã, & Dn. actores ejectos ante omnia restituẽdos, donec in ordinario cognitũ fuisset, cum de jure agentium notoriè nõ constiterit, si mero recuperandæ esset actũ. Quæ ita altius repetere placuit, ut tanto conspectius adpareat, q̃ 53
malè consulentiũ patronus processum instruxerit, nõ intentãdo nudum & simplex possessoriũ recuperãdæ, & in hoc solo pronũciari petendo, & petitoriũ suspendẽdo usq; ad conclusionẽ in

cauſa (q̃ ſuſpenſio omninò concedenda fuiſſet, etiam invito & reluctãte Reo *per c. paſtoralis, extra de cauſ. poſſeſſ. & propriet. l. 1. C. de Carbon. edict.* Cravett. *conſ.* 279. *n.* 5. nec per exceptionẽ dominii aut notorietatis juris perimi potuiſſet *per ſupra dd.*) in quo Domini actores procul dubio obtinuiſſent, & omnes fructus lucrati fuiſſent, etiamſi poſteà in petitorio ſuccubuiſſent.

Cum juris ſit recepti, quod triumphãs in poſ-
54 ſeſſorio, etſi poſteà in petitorio ſuccumbat, fructus reſtituere non teneatur Natta *conſ.* 535. *n.* 14. Joh. Petrus Surdus *conſ.* 166. *n.* 3. qui loquitur in terminis recuperãdæ. Flamin. de Rubeis *cõſ.* 60. *n.* 45. *vol.* 2. Boër. *deciſ.* 340. *in terminis uti poſſidetis.* Ceſ. Cõtard⁹ *in d. l. un. limit.* 6. *n.* 64. *& q.* 12. *n.* 8.

Nunc cũ hoſce cancellos & ſepta tranſiliẽdo, & ingrediendo petitorium (uti ex actis adparet) ꝓprio ligone pedem vulneraverit, ſuper petito-
55 rio, cujus & cauſa, uti major, causã poſſeſſionis, tanq̃ minorẽ, abſorbeat, *l. poſt ſententiã. C. de ſententi. & interloc. omn. jud. c. 1. ubi omnes. extra de reſtit. ſpoliat. c. cũ Eccleſiã. §. verũ. c. cũ ſuper. §. verũ. c paſtoralis §. ſi verò. c. cũ dilectus. de cauſ poſſeſſ. & propriet.* Cravett. *conſ.* 248. *n.* 4 *&* 5. poſt Bellarm. Ferret. Alciat. Riminal. & alios Joh. Vincent. Hõded. *cõſ.* 43. *n.* 44. *vol.* 2. *ubi inquit*, Quando ex ꝓ-
56 bationib. factis ab utraq; parte clarè conſtat de Juribus in petitorio, ſuper eo tãtùm ferri debet ſententia, etiamſi ab initio non fuiſſet intentatũ ſolum petitorium, ſed poſſeſſorium & petitoriũ ſimul, ꝙ etiã firmat Cacher. *deciſ.* 47. *n.* 3. ſtantib. præſertim in Dominorum conſulentium libello generalib. clauſulis, omni meliori modo, ſuper præmiſſis omnib. & ſingulis coniunctim & diviſim, jus & juſtitiam adminiſtrari pronunciandũ erit, utrumq; etiã in poſſeſſorio tantũ modo fuiſſet cõcluſum, Idẽ Cravett. *cõſ.* 299 *n.* 6. *verſ. Nec iſto caſu & n.* 8. *circa fin. verſ.* 4. *&c.* Marc. Anton. Peregr. *conſ.* 3. *n.* 23. *& ſeqq. vol.* 1. Rol. à Valle *cõſ.* 41. *n.* 8. *vol.* 3. Mynſing. *conſ.* 18. *n.* 13. *& conſ.* 25. *n.* 8. *cẽt.* 1. Et mẽti tenendũ eſſe jubet Erneſtus Cothmann. *conſ.* 42. *n.* 108. Nicol. Everhar. *Topic. legal. loc. ab Effect. n.* 7. Gail *obſerv.* 61. *n.* 12. *lib.* 1. Mynſ.
57 *obſ.* 93. *cent.* 6. Idq; maximè in Summo Principe (cuius vicẽ Imp. Camera repſentat) obtinet, qui etiam non conformẽ libello ſententiã ferre poteſt, ex quo debet judicare ſecundũ veritatẽ, nec tenetur ſervare ordinẽ Judiciarium Joh. Baptiſt. Aſinius *in praxi jud.* §. 3. *c.* 6. *nu.* 2. *& alii, quos ſequitur* Regnerus Sixtinus *conſ.* 14. *inter cõſil. Marpurgenſ. n.* 45. *vol.* 2. Gail. *obſ.* 42. *n.* 3. *& obſ.* 75. *n.* 7. *lib.* 1. Adeò ut nunc quidẽ per interpoſitã ab Advocato actorum in additionalib. artic. 125. verſ. **darbey es klagender Anwaldt** ꝛc. 16. Januarii Anno 1595. ſub n. 11. & in ꝓbation vnd deduction-**Schrifft** circa finẽ 9. Junii Anno 1597. ſub n. 14.
58 judicialiter ꝓductis ex poſt facto proteſtatione cognitio ſuper probationib. in petitorio admixtis impediri nequeat Cravett. *cõſ.* 302. *verſ. ſed dicet aliquis. n* 61. Eleganter Menoch. *recup. remed.* 1. *n.* 167. *cum ſeqq.* Johã. Vinc. Honded. *d. conſ.* 43. *n.* 45. *& ſeqq. & n.* 70. Brunus *conſ.* 21. *n.* 8. *dicẽs*, ꝙ non licet hoc caſu actori recedere, & omittere petitorium, & reſpondet ad id, ꝙ dicitur, titulos adduci ad colorãdum poſſeſſoriũ. Idem Brunus *conſ.* 19 *n.* 29. *& ſeqq. ubi ait*, non ſufficere ꝓteſtationes eſſe factas pendẽte Judicio; ut eũ rectè retulit Cacheranus *conſil.* 67. *n.* 3. *ubi plures laudat.*

Non ſecus, ac, qui cum extraordinariâ & exe- 59
cutivâ viâ procedere potuerit, ſi ordinariã viam primitùs ingreſſus ſit, in poſterũ ab eâ reſilire, & ad remedium ſummariæ executionis redire nequit *l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de nov. oper. nũciat. l. minor. 25. annis cui fideicõmiſſum. ff. de minorib.* Marant. *cõſ.* 95. *à n.* 13. *uſq; ad finem cõſilii, maximè n.* 28. Alvar. Valaſcus *cõſult.* 88. *n.* 9. *verſ. Ego certè & c.* Carol. de Graſſis *tract. de exceptionib. in prælud. n.* 53. Guitterez *pract. quæſt. lib.* 3. *q.* 39. *n.* 3. Johan. Petrus Surdus *deciſ.* 92. *in fin. & conſ.* 104. *n.* 8. *vol.* 1. Borgnin. Cavalcan. *deciſ.* 1. *n.* 16. Martin. Monterus *deciſ. Aragon.* 23. *n.* 5. *verſ.* 8. *&c.* Matthias Colerus *de proceſſ. execut. part.* 3. *c.* 5. *num.* 35. Petrus Heigius *lib.* 2. *quæſt. jur. q.* 2. *num.* 22.

Licet in hoc contrarium tenuerint Marant. *ſibi contrarius in ſpecul. p.* 4. *diſt.* 2. *judic. n.* 205. *& diſp.* 4. *per tot.* Vinc. Caroc. *ſing.* 381. *verſ. limitatur octavò & c. & tract. de ſequeſtro part.* 3. *n.* 8. Robert. Lãcell. *de attẽt. p.* 2. *c.* 4. *limi.* 30. *per tot.* Feliciã. de Solis *tract. de cenſib. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 9. *qui alios cumulant.*

AN IN PETITORIO AD VICTORIAM cauſę neceſſaria ab Actoribus probata ſint?

PRogrediendo itaq; ad petitoriũ ꝓ eiuſdẽ dilucidiori explanatione ad majorẽ evidẽtiam p̃mittendum. Primò, in feudalib. ex ſtipulatione majorũ acquiri jus filiis & deſcẽdentib. in infini- 60
tum natis & naſcituris: Marc. Antõ. Peregri. *conſ.* 14. *n.* 4. *& conſ.* 28. *n.* 7. *li.* 1. ubi alios laudat. Et deſcẽdẽtes à primo acquirẽte habere jus ex pacto 61
& ꝓvidentiâ primi vaſalli, & quẽlibet gradũ inferiorẽ habere, jus ex ſtipulatione & pacto primi ſtipitis, nõ a. à patre ſuo imẽdiato ꝓgenitore latè Pariſ. *cõſ.* 65. *n.* 15. *vol.* 3. M. Ant. Peregr. *cõſ.* 8. *n.* 23. *li.* 1. Modeſt. Piſtor. *cõſ.* 8. *n.* 1. *vol.* 1. Gail. *obſ.* 149. *li.* 1. Atq; ab eo feudũ capi, nõ ab eo, à quo vacat, I- 62
dẽ Peregr. *d. cõſ.* 14. *n.* 6. *allegans* Bartolũ *dicentẽ*, ꝙ unꝰ ex ſtipulatione primi capit occaſione mortis alteriꝰ &c. adeò, ut ſinguli perſonarũ gradus jure 63
ꝓprio ex ſtipulatione aſcendẽtis ſint vocati, nõ ex perſonâ patris, quaſi repetitâ ſtipulatione in ſingulis gradib. Sic ut in effectu, quot ſũt gradꝰ, tot cẽſeãtur inveſtituræ & ſtipulationes pulchrè Pariſ. *cõſ.* 23. *n.* 129. Tibe. Deciã. *cõſ.* 117. *n.* 23. *vol.* 3. Freccia *de ſubfeud. li.* 3. *q.* 20. Et cõcludũt Bart. & Angel. referẽte Peregr. *d. cõſ.* 14. *n.* 7. Quod ſi per mille manꝰ feudũ trãſiret, ultimꝰ habet à primo, 64
& dicitur ſucceſſor primi acquirẽtis &c. Quò faciũt textus adducti in ꝓbation vnd deduction-**ſchrifft** §. **Was in** 105. 107. 108. 109. articulirt &c. 9. Junii Anno 1597. ſub num. 14. producta.

Hoc ꝓſuppoſito ad reſolutionẽ difficultatis in ꝓſenti themate emergẽtis inferri poteſt, Quod cum ſuprà memorata Urſula ſoror ſuperſtes Egenolphi Junioris & ex ſorore nepotes, habeant qualitatẽ deſcendentię ex Cõrado primo acquirente ipſorũ avo ac reſpectivè ꝓavo; Et verò hactenus, maſculis adhuc expectantib. non potue- 65
rint admitti, cũ in feudo ꝓ filiis & filiab. cõceſſo fœminę nõ ſuccedãt, niſi omnib. maſculis ex primo inveſtito deſcẽdentib. deficientib. per generalẽ regulã *c.* 1. *de eo, qui ſibi vel hæred.* ubi dicitur, non patere locum fœminæ in feudi ſucceſſione 66

donec

donec masculus supereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inveſtitus. *c. un. §. filia verò de ſucceſſ. feud. cum ſimilib. adductis ab Advocato Actorum in d.* probation vnd deduction Schrifft §. der 74. 75. 76. 77. 78. Quibus addo Weſemb. *conſil. 74. num. 20. 21. & ſeq.* Mynſ. *obſ. 74. num. 3. cent. 5.* Hartm. Piſtoris *lib. 2. part. 2. q. 35. num. 18. & ſeqq.* Ludolph. Schrader. *tr. feudali part. 7. c. 4. nu. 64.* Nunc autem ob defectum maſculorum
67 feudum illis apertum ſit, quod (inquam) termino condicionis haud amiſſo, & qualitate deſcendentiæ non exemti ad ſucceſſionem feudi
68 defuncto Egenolpho, admitti debeant. Maximè cum dictio DONEC, quouſque *in d. c. 1. de eo qui ſibi vel hæred. &c.* Deficientibus maſculis, & ſimilia verba ſuſpenſivam & temporalem ſaltem inducant excluſionem, Ideoque quandocunque maſculi deficiunt, & ita cauſa excluſionis remota eſt, neutiquam Domino feudum aperietur, ſed ad fœminas ſuſpenſivè dixerat excluſas perpetuatâ ſucceſſione tranſibit, ut notant Bartolom. & Dd. *in l. fin. ff. ad SC. Tertyll.* Bald. *in §. Quin etiam Epiſc. vel Abbat.* Roman. *conſil. 1. num. 3.* Et hanc eſſe communem poſt alios perhibet Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 6. num. 22. verſ. hæc autem regalia &c.* Duar. *de feud. c. 7. num. 39.* Quam & veriorem ſcribit Hartm. Piſtoris *q. feud. 36. nu. 37.* plurimos cumulans. Gail. *obſ. 148. nu. 3. verſ. Limita. lib. 2.* Cacheran. *deciſ. 23. num. 51.* Borgnin. Cavalcan. *deciſ. 1. num. 2. & ſeqq. part. 4.* Franciſc. Vivius *deciſ. 541. per tot.* Roſenthal. *in ſynopſi feud. c. 7. concl. 45. nu. 15. & ſeq.* Andreas Knichen *tract. de veſtitur. paction. p. 1. c. 3. nu. 104. & ſeqq.* ubi & alios congeſſerunt. Et reſpondendo hoc tenent Cephal. *conſil. 765. num. 45. & ſeq.* Auguſtin. Berous *conſ. 151. num. 23. & ſeqq. vol. 2.* Tib. Decian. *conſ. 16. n. 36. vol. 4.* Menoch. *conſ. 359. nu. 9.* Franciſc. Burſatus *conſ. 132. nu. 46.* Fab. de Anna *conſil. 52. n. 40. & ſeqq.* Bartholom. Bertazzol. *conſil. civil. 109. n. 23.* Flamin. de Rubeis, *conſ. 15. nu. 52. & ſeqq. vol. 2.* Johan. Vinc. Hondedæus *conſil. 29. n. 4. vol. 1. & conſ. 70. n. 36. vol. 2.* Mynſ. *conſ. 97. nu. 10.* Nicol. Everhard. Junior *conſ. 65. nu. 17. & 18. vol. 1.* Marc. Anton. Peregrinus *conſ. 17. n. 4. & ſeq. lib. 1. & in tract. de fideicommiſſ. art. 23.*

69 Pro qua ſententia 27. Octobris Anno 1590. & iudicatum in Imperiali Camera, ut liquet ex Johanne Meichſnero Relationum ſive Deciſionum *tom. 4. deciſ. 21.*

Quod autem ex primævâ inveſtiturâ de Anno 1507. (ad quam ceu Cynoſuram perpetuò recurrendum eſt, juribus vulgatiſſ. coacervatis per patronum conſulentium in d. Probation-Schrifft §. Ebener Geſtalt iſt auch:) ſæpe memorata Urſula, eiusq; ex ſorore nepotes à primo ſtipite Conrado deſcendentes in infinitum iure proprio ſint vocati, eius ulterior requiri videtur probatio.

Ad cuius articuli reſolutionem denuo præ-
70 mitto, licet appellatione filiorum regulariter in contractib. non comprehendantur nepotes & ulteriores, ſed tantùm primi gradus liberi *l. filii. 84. l. juſta. 201. l. liberorum. 220. ff. de V. S. l. filium. 14. ff. ad SC. Macedon. l. filium. 6. ff. de his, qui ſunt ſui vel al. jur. cum ſimilib.* Socin. Jun. *conſ. 108. vol. 2.* Roland. à Valle *conſ. 58. n. 63. vol. 3.* Et perpulchra exempla conſuluit Baldus *conſ. 145. vol. 1.*

In contractu tamen feudali, filiorum appel- 71
latione omnes deſcendentes maſculi in infinitum veniunt per text. *in c. 1. §. Etſi cluentulus. ibi FF. communiter. de alienat. feud. paterni*, quem text. eleganter inducit Marc. Ant. Peregr. *cõſ. 14. n. 1. & conſ. 25. n. 6.* ibidem communem aſſerens *n. 7. in fin. & conſ. 17. n. 3. vol. 1.* Natta *conſ. 64. n. 13. & conſ. 464. n. 8.* Gabriel. *lib. 6. concluſ. 1. nu. 8.* Ludolph. Schraderus *d. tract. feud. p. 7. c. 5. n. 2.* Henric. à Roſenthal *d. tract. feud. c. 7. concluſ. 15. nu. 8. ſub lit. h.*

Qui omnes infinitas aliorum Dd. auctoritates allegãt. Et hanc opinionem uſus rerum magiſter adprobat, atteſtante Hartmanno Piſtor. *lib. 2. quæſt. jur. q. 19. in fin. &* Curt. Jun. *de feud. p. 3. de ſucc. deſcend. nu. 51. in fin.* ubi hanc magis communem ait, licet ipſe contrarium ſtatuat.

His omnibus conſequens eſt, quod conceſſio 72
in negocio præſenti pro filiis intelligatur de deſcendentibus maſculis in infinitum, ergo & pro filiabus conceſſio intelligitur de ulterioribus, quàm primi gradus liberis.

Cum juris ſit apertiſſimi, quod determinatio 73
una ſub eadem oratione duas vel plures determinatas perſonas reſpiciens, eas æqualiter determinare cenſeatur *vulg. l. jam hoc jure. 4. ff. de vulg. & pupill. l. quãvis. C. de impuber. & aliis ſubſtit. l. in teſtamento. C. de teſtam. milit.* Barthol. Socinus *conſ. 49. n. 10. vol. 1.* Quamobrẽ cum in inſtrumento inveſtituræ ibi: **Dergleichen daß dieſe Lehen vff ſeine Kinder von ſeinem Stammen ehelich geboren / Knaben vnnd Töchter erben ſollen /** 74
poſt nomen filiorum copulativè nomen filiarum ſubjungatur; & utrumque à verbo **erben ſollen** regatur, Utique proviſio facta circa filios quorum nomine omnes deſcendentes in hac materiâ veniunt, declarat etiam FILIARUM nomine omnes deſcendentes vocatas intelligi, cum æquiparatorum ſit idem judicium jurib. vulg.

Inprimis, cum & alias ex identitate æquitatiſ- 75
que ratione, vel loquentis voluntate Filiarum appellatione veniant neptes, proneptes, & caterę fœminæ deſcendentes text. *in l. Lucius. 85. ff. de hæred. inſtit.* Bart. *in d. l. liberorum.* Bartholom. Socin. *conſil. 49. n. 9. vol. 1.* Gabriel. *d. concluſ. 1.*

Et nervosè hoc ipſum confirmatur ex verbis 76
Inveſtituræ **auff ſeine Kinder** / id eſt, Liberos, quo vocabulo utriuſque ſexus deſcendentes in infinitum contineri exploratum eſt *d. l. liberorum.*

Item ex verſic. **Vnnd ob Sach were / daß ge-** 77
nanter Conrad von Walſtein kein ehelichen Leibs-Erben nach ſeinem Todt verlieſſe &c. ubi hæredum vocabulum ponitur, quod promiſcuum & commune omnes etiam fœminas deſcendentes comprehendit.

Et in ſpecie quod feudum pro filiis & filiabus 78
acceptum tranſmittatur ad nepotes filios & filias, firmat Franciſc. Sonsbec. de feud. p. 9. num. 151. & num. 157. Ubi concludit, ſi Vaſallus ſibi & filiis ſuis & filiabus feudum acciperet,

cenſetur quoq; nepotibus & neptibus accepiſſe propter ſimilem præſumptionem eandemq; rationem.

79 Nam non præſumitur, quod vaſallus non mallet apud ſuum nepotem eſſe, quam redire ad Dominum. Quin etiam ſi feudum acceptum ſit pro ſe & filiis maſculis & fœminis ex ſuo corpore deſcendentibus, tamen etiam nepotes ex filiâ continerentur Curt. *de feud. part. 3. memb. 1. num. 26.* Schneidewin. *de feud. part. 7. c. 4. n. 46.*

80 Non enim videtur diſceſſiſſe ſine liberis, qui relinquit nepotem ex filiâ *l. 1. C. de condict. inſert.* cum ſanguinis continuatio ſit etiam in nepote ex filiâ.

Tanto verò liberior ad arcem controverſam Dominis actoribus patebit aditus, quod ipſorum avus & reſpectivè proavus illam ut propri-

81 um & allodiale bonum primus feudi jugo ſubjecerit, prout in additionalibus ab artic. 2. uſque ad 49. incluſivè & in d. probation **Schrifft §. Es befindet ſich auch ꝛc.** latè deducitur, & in Wolffgangum Comitem Furſtébergicum brevi manu translatam ab eodem pro beneficio recognoverit, uti planum evadit ex tenore inveſtituræ primævæ de Anno 1507. quâ non producitur antiquior ibi: **Vnſerm beſondern ꝛc.** Cum ſi dictum caſtrum **Walſtein** anteà fuiſſet feudum, quemadmodum in ſequentibus inveſtituris, ita & in hac uſi fuiſſent verbo **getrewen/** prout & rectè infert Syndicus conſulentium in

82 d. probation **Schrifft. §. Was bey dem fünffzigſten Artickl ꝛc.** Fides enim propriè feudum arguit.

Quod ipſum ante ducentos annos plus mi-

83 nus nobiles plurimum facere conſueviſſe, ut hac ratione in patrocinium & tutelam ſuperioris recepti contra potentiorum vim protegerẽtur, in innumeris inſtrumentis ſe vidiſſe teſtatur Henric. à Roſenthal. *cap. 2. concl. 24. princ.* ſicuti

84 ex ſimilibus indiciis nonnulli feudorum originem deducunt Budæus *in l. Herennius. ff. de evictionib. Pyrrhus ad conſuet. Aurel. tit. 1. de feud. c. 1. gl. 1. fol. 3.* Hanneton. *de feud. lib. 1. cap. 2.* Zaſius *in l. 2. ff. de orig. jur.* Cujac. *in l. un. C. ut nemo ad ſuum patrocin. ſuſcip. ruſtic. lib. 11.* And. Gail. *lib. 2. obſ. pract. 158. num. 1.* And. Knichen *de ſublim. territor. jure c. 1. (mihi:) fol. 19. n. 205.*

85 Ejuſq; generis feuda, quæ non per conceſſionem in feudum vel originalem infeudationem, ſed per ſubjectiones & recognitiones facta, plurima in Germania noſtra eſſe ait Molinæus *in conſuet. Pariſ. §. 1. gl. 1. in verb. le fief. n. 21. in fin.*

86 Unde præſumptivè intentio vaſalli, fœminas earumq; deſcendentes à feudi ſucceſſione arcere non volentis, colligitur, quod & expreſsè probat Hieron. Garzon. *tract. de fœmin. ad feud. recip. n. 165. & ſeq.* Et ante hunc Alvarot. *in c. 1. nu. 4. verſ. contrarium verò de eo qui ſibi & heredibus ſuis maſc.*

AN ACTORUM INTENTIO IN petitorio Dn. Rei Exceptionibus ſubverſa ſit?

OB hæc & alia (de quibus infra planius & plenius:) etſi intentio conſulentium probè fundata videatur; tamen in contrarium multa ſpeciosè urgeri poſſunt.

Et primò advertendum eſt, ea, quæ in una eademque determinatione ponuntur, pariſor- 87
miter non determinari, quando non ſubeſt eadem ratio, ut in propoſito caſu, quo diverſa eſt ratio filiorum, diverſa filiarum; Cum nomen FILII comprehendat omnes deſcendentes ex naturâ contractus feudalis, & conſuetudi- 88
nes feudorum hanc extenſionem adprobent, id quod de voce FILIA apertè probari nuſquam poteſt. Quinimo Filiæ earumque deſcenden- 89
tes à ſucceſſione feudali naturaliter excluſæ ſunt.

Proinde non inconveniens neque abſurdum 90
eſt, ſi dicta copulativa ET in prætenſa inveſtiturâ exaudiatur propriè & impropriè *arg. l. ſtipulatio. §. ſi quoq; ff de V. O. l. plenum. §. equitũ. ff. de uſu & habitat. cum ſimilibus adductis* à Bartholom. Socino *d. conſ. 49. n. 10. circa fin.*

Simili ratione vocabulum LIBERORUM 91
commune & promiſcuum, occurrente ratione diſtinctivâ ad fœminas non porrigitur Cravett. *conſ. 965.* Fulvius Pacian. *conſ. 36. n. 40. & ſeqq. & conſ. 49. n. 2. & ſeqq.*

Et denique tralatitium eſt, in omni materia communi & indifferenti, militante diverſâ ratione in maſculo & diverſa in fœminâ, nun- 92
quam maſculinum concipere fœmininum, etiamſi verba eſſent communia ad utrumque ſexum, prout reſponderunt Bartholom. Socin. *conſil. 90. in fin. vol. 1.* Cravett. *conſil. 588. numer. 9.* Fulv. Pacianus *conſil. 49. num. 22.* & verbo DESCENDENTIUM illuſtrat idem Cravett. *con- 93*
ſil. 961. num. 18. Fulv. Pacian. *conſil. 36. numer. 39.* Et abundè arguit verbum HÆRES, quod 94
quamvis prædicetur de maſculo & fœminâ *l. hæredis appellatione. ff. de V. S.* in materia tamen excluſivâ fœminarum ſolum accipitur pro maſculo *c. 1. §. ſimiliter. de lege Corrad.*

Præterea liberum & verum allodium in feudum recognitum æquè ſortitur propriam & genuinam naturam feudi, ac quælibet alia res ex munificentia & liberalitate Domini gratioſè conceſſa, ac licet in hoc mutata ſit feudi pro- 95
prii natura, quod gratuitò non proceſſit, tamen hoc unum degenerans reliqua capita naturalia minimè tollit; Quinimò feudum manet, adeò ut in cæteris omnibus quoad ſucceſſionem & alia &c. juxta propriam feudorum judicari debeat naturam *c. 1. ſi de feud. non habent. propr. nat.* cum aliis adductis per Roſenthal. *c. 2. concl. 54. n. 3. in fin. ſub lit. e.*

Unde ſi quis allodialia recognoverit in feu- 96
dum, iſq; ſine liberis deceſſerit feudum ad collaterales & agnatos eius nequaquam pertinere, ſed Domino aperiri, reſponderunt Alciat. *conſil. 15. num. 2. & ſeqq. vol. 3.* Franc. Burſat. *conſ. 46. n. 15. vol. 1.*

Quod procedere exiſtimatum eſt, etſi hæc bona forſan aliis antiquis feudis inſerantur, cum 97
ob hanc inſertionem naturam feudi antiqui, cui adjiciuntur, non induant, ſed novi qualitatem aſſumant & retineant Alexand. *conſil. 9.*

num.

num. 11. *vol.* 5. rectè relatus à Rosenthal. *d. cap.* 2. *concl.* 24. *sub lit b.* Nisi aliud actum esse notoriè constiterit Ludolph. Schrader. *d. tr. c.* 3. *num.* 63. *& seqq.*

98 Et imputandum est primo investito quod legem contractui non dixerit apertius *vulg. l. veteribus. ubi gl. ff. de pact.* Tiber. Decian. *consil.* 22. *num.* 72. *vol.* 4.

99 Ut enim Domino Conrado à Walstein licuit initio bona sua allodialia feudi jugo voluntariè submittere, eadem à Domino Wolfgango Comite Furstenbergico recognoscendo Molina. *in consuetud. Paris. d.* 1. *gl.* 1. *in verb. le fief. nu.* 21. *in fin.* Flamin. de Rubeis *consil.* 77. *num.* 195. *lib.* 2. ita idem & iis legem dicere potuit; quod cum
100 factum non sit censetur juris feudalis regulari dispositioni fœminas à feudi successione arcenti, sese accommodasse. Idque & sentit Rosenthal. *c.* 6. *concl.* 68. *num.* 28. Contrahere enim ita
101 quilibet existimatur, prout est genuina natura rei, super quâ interponitur obligatio Guidus Pancirol. *consil.* 139. *num.* 22. Et sese adstrinxisse
102 ad observantiam legum de illo actu loquentium post Ald. & alios Johann. Petrus Surdus *decis.* 2. *num.* 14. *& decis.* 13. *num.* 4. Quo inclinat Cravett. *consil.* 828. *num.* 14. ubi in proposita specie de fœminarum successione loquens, *inquit*, po-
103 tiorem interpretationem investituræ habendâ, quæ sit secundum jus commune feudorum. Socin. Sen. *consil.* 103. *num.* 4. *vol.* 2. *dicens*, potiorem esse interpretationem, quâ recitur ad jus com-
104 mune feudorum. Quorum opinionem communem nominat non dubiam Rosenthal. *c.* 7. *concl.* 42. *nu.* 25. *sub lit. c. in fin.* Idem *c.* 1. *concl.* 5. *& concl.* 7.

Ad hæc in omnibus investiturarum licentia producitis, feudum conversum masculis tantum in omnem & secundùm naturam recti feudi masculini est concessum, in Rechten Mannlichen: ut ad masculos tantum ex formâ etiam investituræ jam pertineat, & sic expressè fœminæ sint
105 exclusæ, nullo quemodo amplius ad feudum aspirare possint, cum tenor investituræ sit imprimis attendendus *junta vulg.*

Denique illos tangendo, posito, quòd sæpedicta Ursula ejusque exsorore nepotes ex formâ primæ investituræ jure proprio vocati essent, Attamen cum semel per existentiam Egenolphi
106 Junioris exclusi à feudo fuerint, perpetuò exclusæ remanebunt; in qua assertione perpetuæ exclusionis omnis præsentis consultationis cardo consistit, & huic fundamento Domini Rei Advocatus tãquam Bononiensi Carrocio mordicus inhæret in d. Confutation Schrifft. §. Cum & nunc porrò falcem allegando text. *c. un.* §. *quin etiam. Episc. vel Abbat.* Quam sententiam post adductos ab ipso etiam communem pronunciat Garzon. *de tract. de famin. ad feud. recip. & c. ampliat. ultimâ.* Et magis communem Cephal. *consil.* 30. *num.* 28. *vol.* 2. à quâ nullo modo recedendum esse statuit August. Berous. adeò ut huic contradicere sit nodum in scirpo quærere *consil.* 67. *num.* 43. *vol.* 1. quem sequitur Bursat. *consil.* 63. *num.* 17. *& consil.* 231. *& num.* 29. Eamque communiorem vel potius communissimâ esse ad patet ex cumulatis auctoritatib. per Hermannum Vultejum *de feud. c.* 9. *num.* 51. *&* Henric. à Rosenthal. *d. c.* 7. *concl.* 44.

His accedunt ab illis non commemorati Bart. 107
in l. fin. § *fin. nu.* 2. *in fin. ff. ad SC. Tertyll.* Anthon. Tellaurus *decis. Pedemont.* 63. *nu.* 4. Saison *in consuet. Turonens. tit.* 25. *§.* 27. *gl.* 8. Borgnin. Cavalcan. *decis.* 36. *num.* 167. *p.* 2. Cacheran. *decis.* 23. *num.* 17. *& 18. & decis.* 26. *num.* 11. Ludovic. Molina *de Hispan. primogen. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 22. Tiber. Decian. *consil.* 1. *num.* 186. *vol.* 2. *& consil.* 57. *num.* 1. *vol.* 4. Marc. Ant. Peregrin *consil.* 25. *num.* 18. *lib.* 1. *fibi contrarius.* Flamin. de Rubeis *consil.* 79. *nu.* 152. *vol.* 2. ubi crebriorem & veriorem nominat, *& consil.* 22. *num.* 44. *vol.* 1. Petr. Anton. Angusola *consil.* 3. *num.* 56. *lib.* 7. Fulv. Pacian. *cons.* 49. *num.* 54. *& seqq.*

Nec abhorrent ab hac complures Germaniæ 108
Jurisconsulti Gail. *lib.* 2. *obs. pract.* 148 *num.* 1. Johan. Borch. *de feud. c.* 7. *p.* 2. *num.* 87. *vers. Etenim.* Johan. Sichardus *consil. feudal.* 1. *num.* 96. Nicol. Everh. Junior *consil.* 20. *num.* 12. *& seqq. vol.* 2. Nicol. Reusn. *consil.* 12. *num.* 48. *lib.* 3. Universitas Ingolstadiensis *pro relatione Cameræ in symphoremate Relationum à Compilatore ejusdem tom.* 2. *p.* 1. *voto* 21. *facti.* ubi adduntur Sonsbecii, Fichardi & aliorum contraria argumenta, quæ & resumsit Andreas Knichen *in Comment. suis in Elect. Saxon. privileg. provocat. cap.* 8. *per tot. & rursus in tract. de vestitura pallionib. c.* 3. *num.* 23. *& seqq. p.* 2. Cui opinioni etiam stylus Curiæ suffragate, ut patet ex præjudicio Cameræ obtento in causa Haberñ contra Pfalz 2. Januarii 109
Anno 1590. allegato per Rosenthal. & Knichen dd. locc.

AN ITAQUE DOMINI ACTORES de sententiâ obtinendâ animum planè desponde-bunt?

QUamvis autem prædicta, quæ ex allegationibus Advocati Domini Rei eliciuntur & ulteriùs deducta supra, alicuius momenti esse videantur, nihilominus habita superipsis maturiore consideratione, puto, pro Dominis Actoribus etiam in petitorio, sententiam non obstãtibus, iis quæ supra pro rationibus dubitandi adducta sunt, concipiendam esse. Nec obest primum actoribus supra considerata diversitatis ratio, quam inter filios & filias ex natura Nomotheſiæ feudalis illos in infinitum admittentis, harum verò descendentes à successione penitus excludentis, erutam obtrudit Patronus Dn. Rei in d. Confutation Schrifft. §. *Warum non obstat etiam hoc, quod ex adverso, &c.*

Cum ratio ejusq; identitas vel diversitas non 110
ex significatione verborum, sed ex mente contrahentium sumenda sit *l. Titio ff. de usu & usufr. legat. l. scire.* 13. §. *aliud ff. de excus. tutor. d. in vendition. & aliàs, si quis ff. commun. prædior.* Hæc autem habita accuratâ inspectione extensivam interpretationem in nostro casu omninò inducit sive primi acquirentis, sive concedentis intentionem altiori mentis indagine rimati fuerimus.

Si illam, liquido conſtat, Quemadmodum ſæpe dictus Conradus paciſcens pro filiis, videtur ſtipulatus pro omnibus deſcendentibus maſculis, ita etiam eiuſdem paciſcentis mens fuit providere nepotibus & neptibus filiarum:

111 Non enim minus dilexiſſe filias credendi ſunt parentes imitati *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* Cum & quandoq; eas prædilexiſſe com-

112 periamus, ut in celebri deciſione *l. cum pater. 77. §. pater pluribus. 21. ibi*: Claves maiori natu filiæ tradidit. *ff. de legat. 2.* Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt. 41. nu. 3.* Quæ præſumptio inde clarior eluceſcit, quod allodium, ut ſuprà diximus, in feudum eſt recognitum.

Quod ſi concedentis voluntas attenditur, is quoque non ad filias primi tantum gradus, ſed & ulteriores reſpexiſſe exiſtimandus eſt. Communi enim naturæ feudorum ſe accommodaſ-

113 ſe cenſetur, quæ eſt, ut conceſſio non in primis terminetur, ſed ulterius proferatur, prout ſignanter dixit Marc. Anton. Peregrin. *conſil. 24. vol. 2.* Unde etiam eſt, quod feudum ſimpliciter

114 alicui datum (informe vulgò appellant:) non ſit perſonale, ſed extendibile ad hæredes quoſcunque maſculos legitimos primi & ulterioris gradus. Bald. *in c. 1. an agnat. vel fil. & c. per ill. text.* Dar. *§. feudum. q. 9. verſ. ſed quid dicendum.* Roland. à Valle *conſil. 28. num. 9.* Menoch. *conſ. 378. num. 25.* rectè relatus à Peregrino *conſ. 28. num. 1. lib. 1. & conſ. 24. n. 29. lib. 2.*

Imò dum ſæpe dictus Dominus Comes fecerit gratiam, daß / ſo die Lehen vff ſeine Töchtern geblieben / ſo ſollen alleweg / ſo es zu Falle kompt / einen Träger darumb geben / der Wappens vnnd Lehensgenoß ſey / id eſt, ut caſu, quo contingat

115 fœminas ſuccedere, hæ per ſubſtitutum, Nobilem tamen & Gentilitium, feudum accipere & ſervire poſſint &c. nihil intereſt amplius, an fœmina vel maſculus hoc feudum obtineat, cum quoad fœminam ratio excluſionis ſublata, eademque caſu deficientis maſculi ad ſucceſſionē habilitata ſit: quemadmodum aliàs fœminis

116 ad ſucceſſionem vocatis ut per ſubſtitutum ſervitia exhibeant, tacitè intelligitur indultum Cardinal. Pariſ. *conſil. 22. num. 33. vol. 1.* Cacheran. *deciſ. 26. num. 20. & deciſ. 27. num. 16.* Cavalcan. *deciſ. 36. num. 40. p. 2. ubi perperam citat* Rolandum à Valle.

Plures quidem extant cauſæ fœminas à feudo arcentes, ita ut una earum ceſſante non ceſſet diſpoſitio arg. *§. affinitatis. ubi Dd. Inſt. de nuptiis.* Quia tamen ſervitiorum præſtatio potiſſima &

117 principalis eſt, par eſt, ut etiam juris feudalis diſpoſitio ceſſet: Cum regulariter ubi plures ſunt diſpoſitionis cauſæ quarum alia aliâ eſt potentior, ceſſante potentiore diſpoſitio etiam amplius locum habere non ſoleat per text. *in c. quoniam. §. porro. & §. ſin autem.* Ut latè non conteſt. Hartman. Piſtor. *q. 34. num. 34. p. 2.* Sicuti in

118 ſimili videmus Monachum aliàs inhabilem ſuccedere in illis feudis, in quibus vaſallus poſſit ſervire per ſubſtitutum, juxta communem ſententiam Alexand. *conſil. 10. num. 8. vol. 5.* At fœmina, Monachus, Clericus quoad feuda æquiparantur Alex. *d. conſil. nu. 6.* Curt. Jun. *p. 3. q. 10. num. 26. verſ. quarto. &c.*

Nec urget quicquam, quod dictum eſt, Vaſallo primo imputandum eſſe, quod non dixerit legem contractui apertiùs &c. Nam imò ſa- 119
tis ſatis ſpecialiter expreſſum eſt, quod etiam per declarationem vel extenſivam interpretationem venit Alciat. *in l. 1. num. 9. ff. de V. S.*

Ac quamvis in ſpeciem veri prætendatur, pactiones iſtas eſſe reſtringendas, utpote juri feudorum, quod in hac materia commune eſt, è diametro repugnantes; Tamen hæc opinio non ita generaliter procedit, ſed tum demum, quando inter maſculos & fœminas contenditur, locum ſibi vendicat: Quo caſu favor conſervan- 120
dæ familiæ jus feudorum favorabile reddit, vel, ſi favorabile non reddit, ſaltem odioſum eſſe non ſinit: Sicut & de ſimili conſuetudine & ſtatuto tradunt Socin. Sen. *conſil. 252 nu. 8. & ſeqq.* 121
vol. 2. Gail. *obſ. 148. numer. 8 libr. 2.* Johann. Vinc. Hondedæus *conſil. 1. num. 7. & conſil. 8. num. 55. & ſeqq. vol. 1.*

Cæterum quando ceſſat conſervatio cippi, domus & agnationis, & cum Domino conver- 122
ſia exiſtit, diverſum ſentiendum eſt. Sic Georg. Natta *in repet. c. quamvis. de ſtatuto extlud. fœmin. q. 1. num. 156. de pact. in 6.* Statutum excludens fœminas propter agnationem favorabile hâc vero ceſſante, ſi propter ſexum fiat, odioſum nuncupat.

Quæ ſententia cum ſit humanior ſtationabilior & æquior, meritò amplectenda eſt per vulg. 123
Et hanc refert Henr. Rotenthal. *d. c. 7. concl. 42. num. 34. & concl. 34. num. 8. lit. l.* Licet ipſe, contra fœminas ſtrictè pronunciandum, indiſtinctè velit, Cum etiamſi ceſſet favor agnationis ex parte maſculorum in hoc poſtremo caſu, non tamen ceſſet prima feudi natura, quæ lanceam exigit, non colos fuſoſque.

Noſtræ quoque opinioni non repugnant ſupra in contrarium adducti DD. perpetuam excluſionem adſtruentes: quippe quod propriè in 124
hiſce terminis loquuntur, quando de ſuo proprio allodio Dominus aliquem ex liberali beneficentiâ inveſtit: Tunc enim ſtricta interpretatio; Nam feuda propriè non devolvuntur ſucceſſione, ſed beneficio ac providentiâ primi acquirentis. Lex autem non diſponit, quod quis præſumatur liberalis, aut ſuum jactare, ſed potiùs quantum minimum donare *ſec. vulg.*

Unde innuitur, ſecus eſſe noſtro caſu, quo, ut ſuprà dictum eſt, feudum controverſum non 125
proceſſit à Comite Furſtenbergico, ſed primus vaſallus Conradus à Walſtein recognoſcendo in feudum ſuum burgenſe & patrimoniale bonum, potius contulit, quam retulit beneficium: Ideo fœminæ ab hoc ſtipite deſcendentes ſaltem finitis maſculis admittentur, etiamſi ſit facta conceſſio & recognitio jure feudi recti maſculini, zu rechtem Mannlehen / prout in literis inveſtituræ habetur, cum falſa appellatio non 12.
poſſit immutare ſubſtantiam rei Weſenb. *in terminis conſil. 74. num. 42.* Et verbum Mannlehen in verſic. Dergleichen / daß dieſe Lehen auff

ſeine

127 seine Kinder &c. modificetur & declaretur ita, ut si feudum hoc ad fœminas transitum facere contingeret, jure feudi recti masculini amplius censeri non debeat.

128 Credendum enim neutiquam est, quod talis recognoscens odio habuerit suum sanguinem etiam fœmineum, sicut in Domino concedente de suo non est existimandum, quod alienas, id est, vasalli fœminas incluserit, text. *in c. 1. §. fin. ibi:* Cum de paterno allodio. *de eo qui sibi vel hæred.* Zas. *de feud. succes. num.* 57. Hieronym. Garzon. *d. tract. limit.* 37. *num.* 165. *& seq.* qui fortius pu-

129 tat, feudum hoc nunquam aperiri & devolvi, quia nec unquam processit, & mens recognoscentis habuit alium finem, & non acquiritur jus Domino ad privationem vasalli recognoscentis in suo jure ultra quam verba sonant, Sicut nec Dominus transfert plus quàm exprimatur, quando sua concedit.

130 Quæ benigna satis & æquissima sententia est, inquam præsenti negocio omnino amplectenda videtur, cum per talem investituram & dispositionem revertamur ad jus commune, ideoque ut favorabilis interpretatione juvanda & latè explicanda arg. *d. l. maximum vitium.* Socin. Sen. *cons.* 257. *num.* 2. Decian. *consil.* 24. *num.* 125. *vol.* 1. *& consil.* 58. *num.* 53. *&* 54. *vol.* 2. Rosenth. *c.* 7. *concl.* 42. *numer.* 25. *lit. q. ubi alios allegat.*

Cæterùm cum à decisione quæstionis seu du-

131 bii, An *vero* fœmina semel per masculum exclusa perpetuò excluſa censeatur? omnis præsentis controversiæ nervus dependeat, Quemadmodum pro affirmativa opinione infinitum Dd. more avium ac ovium sese ordine insequêtium cumulum saltem relativè comportavimus: Ita & eorum, qui in negativam, uti veriorem, humaniorem & æquiorem propendent, & numero & authoritate valentium seriem recensere ac ponderare operæ precium duximus.

132 Existentiam itaque masculi exclusionem fœminarum saltem temporalem & suspensivam, non extinctivam operari docuerunt gl. *in d. §. quin etiam*, internè ponderata, dum inquit, non esse locum fœminæ in successione feudi, donec masculus supereſt, allegando text. *in c. 1. de eo qui sibi vel hæred.* Nam ex verbis gl. colligi videtur, filiæ exclusionem non esse perpetuam, sed temporalem. Jacob. de Belviso, Martin. Laudens. *in d. §. quin etiam.* Clarus § *feudum. q.* 80. *num.* 2. & multi alii, quorum catalogum retulit Henric. à Rosenthal. *c.* 4. *concl.* 44. *n.* 3. *in lit. A.* Quibus accedunt ab eo non adducti Petrus Loriottus *de his, qui feud. dar. poss. §. Et quia vers. sed dubium.* Hanneton. *de feud. lib.* 2. *c.* 9. Duar. *in eod. tract. c.* 10. *num.* 12. Guerrin. Pison *in prælud. feud. c.* 40. *n.* 27. Francisc. Hotoman. *consil.* 28. *num.* 1. *& seq.* Marc. Ant. Peregrin. sibi contrarius. *consil.* 17. *nu.* 1. *&* 2. Camillus Borellus *consil.* 49. *nu.* 13. *& seq.* Fabius de Anna *cons.* 55. *n.* 38. *& seq.*

133 Quam etiam è nostris Germanis amplexantur Franc. Sonsbec. *de feud. part.* 9. *numer.* 130. Hartm. Pistor. *lib.* 2. *quæst. jur. q.* 36. *num.* 11. Valentin. Forsterus *de succes. lib.* 3. *c.* 14. *in fin.* Mynsing. *obs.* 74. *cent.* 5. Wesemb. *de feud. c.* 6. *nu.* 23. Johann. Fichardus *consil.* 6. *numer.* 6. *& consil.* 14. *num.* 4. *& seqq. p.* 1. Hermann. Vultejus *tract. de feud. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 51. Petrus Heigius *lib.* 1. *quæst. jur. q.* 26. ubi secundum hanc Wittembergensium Jurisconsultorum collegium respondisse scribit Johann. Schoner. *disput. feudal.* 7. *axiom.* 33. *lib.* 6. Quibus in locis & plures authoritates congesserunt.

Quam negativam opinionem uti mitiorem æquitatisq; ac humanitatis plenam ab æquo & bono Judice attentam iri vix ambigo, cum quâ-

134 do sumus in dubio ob contrarias opiniones, tũc illa sequenda sit, quæ habet pro se glossam Roland. à Valle *consil.* 34. *num.* 9. *& seq lib.* 4. Joseph. Mascard. *de probat. concl.* 842. *num.* 10. Matthæ. de Afflict. *decis.* 384. *num.* 3. Johan. Vincent. Hondedæus *consil.* 34. *num.* 40. *& cons.* 70. *nu.* 37. *vol.* 1.

Insuper posito, quod opinio contraria favens Domino Reo esset magis communis, cum tamen eadem in rigore, altera verò in æquitate

135 fundata sit, ea, quæ est æquior, in iudicando omnino attendenda est Roland. *consil.* 64. *num.* 15. *& seqq. vol.* 3. Joh. Vinc. Honded. *consil.* 29. *num.* 92. *& consil.* 59. *num.* 66. *& cons.* 65. *num.* 27. *vol.* 1. Cephal. *consil.* 93. *num.* 6. *lib.* 1. *& consil.* 166. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 2. Tib. Decian. *cons.* 54. *num.* 35. *lib.* 1.

Semper enim sententia, pro quâ concurrit æquitas, præferenda est contrariæ fundato in ri-

136 gore, eâ ratione, quia, quando de aliquo casus reperitur rigor scriptus & æquitas scripta, tunc æquitas scripta præferatur rigori, *l. placuit ubi* Dd. *C. de judic.* Covarr. *in c.* 2. *num.* 7. *in fin. de testam.*

Inprimis verò non est, quod de bono jure, de religione & conscientiâ judicantis dubitẽt Domini Consulentes, cum non cum agnatis, quorum causa favorabilior, sed cum Domino contendant, cuius causa odiosa & nullo favore mu-

137 nita est, per allegatos suprà Dd. quibus addo Aug. Beroum *consil.* 67. *num.* 44. *& seqq.* Alciat. *consil.* 10. *num.* 42. *vol.* 2. Bursat. *consil.* 131. *num.* 7. *vol.* 2. Alios adduxit advocatus actorum in exceptionibus suis contra prætensam confutationem &c. §. Solte aber je über Zuversicht &c. Anno 1601. 5. Septembris productis.

Cumque feudum controversum ex allodio à primo acquirente recognitum sit, vel sola naturalis ratio in consilium adhibita exactiore judicii trutinâ pensiculanti facilè suggerit, Feu-

138 dum pro filiis & filiabus acceptum defuncto filio ad filiam potius quam ad Dominum primum vasallum pertinere voluisse, quod firmat Garzon, *d. num.* 165 *& seq.*

Imò plus videtur dictum & minus scriptum 139 suadente æquitate, ne videatur quis alienas successiones suis prętulisse *l. cum avus.* 102. *ff. de condic. & demonstr. l. cum acutissimi.* 30. *C. de fideicom. l. generaliter.* 6. *§. Cum autem. C. de instit. & substit.* Alciat. *præsumpt.* 1. 2. 8. *& 9. lib.* 1.

Quam naturam Ducem adminiculantibus tot urgentibus coniecturis & præsumptionibus 140 (inter quas nec levissima est, quod ipse concedens virtute huius concessionis, quâ in defe-

ctum maſculorum fœminis per ſubſtitutũ nobilem & gentilitium ſervitia feudalia expediendi tribuitur licentia eaſdem in infinitum vocaſſe cenſendus ſit, per ſup. dd.) quam vanas & incertas interpretum ſubtilitates duco rigoris callo obductas, ſequi ſatius & tutius fuerit.

Interim vero apparente in hoc paſſu tam pũctuali Dd. diſſenſione non diſſuaderemus concordiam, ſi eadem à Dominis actoribus tolerabilibus poſſet obtineri conditionibus, imitati in eo Paul. Caſtrenſ. *conſil. 58. viſo. & vol. 1.* qui
141 propter diverſitatem opinionum quę ſolùm inter Bartolum & Johannem Andr. in quodam puncto fuit, reveritus auctoritatem utriuſque decidere noluit, ſed partibus, ut ultro ſeſe concordarent, conſuluit. Tanti viri modeſtiam in converſo articulo commendat & ſequitur Johan. Fichar. *conſ. 72. num. 12. vol. 1.* Idque eo ma-
142 gis quod & alias dubius ac anceps ſoleat eſſe litis eventus, *l. quod debetur ff. de pecul.* Ludolph. Schrader. *tract. feud. part. 10. ſect. 1. num. 176.* qui ibidem ex Cynone *Auth. Generaliter. nu. 4. C. de Epiſc. & Cleric.* refert, multos etiam ſub juſtiſſimo clypeo perire. Petr. Heigius *lib. 2. quæſt. Jur. c. 9. num. 10.*

143 Unde Advocati admonentur, ne clientibus ſuis victoriam temerè promittant Cæſar Uffill. in addit. ad Afflict. deciſ. 392. num. 21. Franciſcus Vivius deciſ. 13. num. 6. Menoch. lib. 2. de Arb. Jud. quæſt. caſ. 344. num. 1. Quo loci ſumè vanitates eos appellat, qui expectatum litis eventum conſilentibus ſuis policentur. Caſar Borgalius de dolo lib. 3. c. 9. n. 105.

144

Et ita ſentio, ſalvâ tamen quæ melioris cenſurâ. Actum Spiræ 26. Januarii Anno 1607. Reviſum 2. Februarii anno eodem.

CASPARIS KLOCKI.

SENTENTIA IN CAMERA Imperiali ſecundum hoc Conſilium publicata 13. Aprilis Anno 1614.

IN Sachen Landenberg Klägers // contra Fürſtenberg // jetzo deſſen Erben in actis benandt / Beklagten / // ſimplicis querelæ, iſt allem Vorbringen nach zu Recht erklärt / daß gedachtem Beklagtem ermelten Klägern der poſſeſſion vel quaſi dero in actis angezogenen Lehengütern vnd Zugehör / gleichter maſſen zu ſpoliren vnd zu entſetzen nicht gezimet // ſondern daran zuviel vnnd vnrecht gethan haben / derowegen beſagtem Klägern ſolche poſſeſſion zu reintegriren, auch ermelte Gütere ſampt allen Nutzungen / ſodarvon vffgehebt / vnnd vffgehoben werden mögen / von Zeit der Entſetzung zu reſtituiren vnd einzuräumen / darzu in die Gerichtskoſten derwegen vffgeloffen / ihnen den Klägern / nach rechtlicher Ermeſſigung zu erſtatten vnd zu bezahlen ſchuldig / auch darzu zu condemniren vnd zu verdammen ſeyen / als wir ſie darzu condemniren vnnd verdammen. Doch ſeynd gedachten Beklagten ihre Spruch vnd Forderung in petitorio, da ſie einig Recht darzu zu haben vermeinen / an gehörenden Orten vorzubringen / ohnbenommen / ſondern vorbehalten.

CONSILIVM TERTIVM, ſive Relatio Actis judicialibus accommodata.

In Sachen

Deß Hochwürdigſten Fürſten vnd Herrn Herrn Johann Schweickharten Ertzbiſchoffen zu Mäyntz / Churfürſten / ꝛc.

Contra

Der Gräfflichen Naſſaw-Wißbadiſchen Fräwlein Herrn Vormündere.

Compromiſſi, das Hauß Adolffeck ſampt deſſen pertinentien betreffendt.

QUÆSTIO PRINCIPALIS

An fœmina ſemel per maſculum exclusa perpetuò excluſa maneat?

SUMMARIA.

1 FAcultas compromiſſa *in Camera Imp. acceptandi ad eam dumtaxat extenditur, maximè reſtrictiva eſt.*

2 Juriſdictio Camerę ex compromiſſo hac ex parte *fundata.*

3 *An controverſia materia quæ quæſtionem continentium ordinaria pro poſſeſſorio requirantur.*

4 *Quæ actio intentata? Ab electa?*

5 Conditio ex moribus *ſeu actio beneficiaria ceteris actionibus utilior. Ratio* num. 6. & 7.

8 Rei vindicatio *hîc danda eſt, quæ etiam in caſu feudi ob generationem limit. Domino tribuitur* num. 9. *Licet nonnulli Dd. pro feudo dignitatis officium judicis implorandum ſentiant* num. 10.

11 Requiſita *actionis in rei vindicationis* (1.) *Dominium Actoris* (2.) *Poſſeſſio Rei.*

12 Dominii *utilis cum directo* conſolidatio.

13 Fœmina *ſemel per exiſtentiam maſculi excluſa perpetuò manet excluſa: Sed pro negativa inducuntur rationes ſub* num. 14. 16. 18. *& ſeqq. &* num. 29.

15 *Diſtinctio, donec, cum natura eſt, ut actum, cui adjungitur, non penitus removeat, ſed tantum ſuſpendat.*

17 Contrahentes *in dubio cenſentur ſe accommodaſſe legibus, de illo actu quem gerunt, loquentibus, &* num. 98.

19 *Verbum, ulterius, non tempore, ſed numero ſive ordine eſt ſtimandum eſt.*

20 Qualitas *adjecta verbo ſecundum tempus verbo adjunctum intelligenda eſt. Fallit ſi limitatum* num. 53. & 54.

21 *Omnis* diſpoſitio *de præſenti tempore intelligitur.*

22 *Ex*

22 *Ex* textu *varios intellectus recipiente certa vix depromi potest decisio.*

23 Exclusio *non potest dici facta, nisi præcedat inclusio.*

24 Fœmina *à successione patris exclusa, non censetur exclusa à successione fratris: Contrarium frequentiori calculo receptum est* num. 60.

25 Verbum Ewiglich geliehen/ *quid importet: Vide tamen* num. 63. 64. 65. 66. 67.

26 Doctores *Negativæ opinioni patrocinantes recensentur; quorum sententia à VVitebergensium & Marpurgensium collegiis adprobata, & Camerali præjudicio suffulta est* nu. 27. 28. *Vide tamen* num. 75. 76. & 77.

30 Fœminarum exclusio *in feudo hæreditario locum non habet: Quod an hoc casu, & quando verum sit, vide* num. 83. 84. 85.

31 *In* feudo hæreditario *exigitur, ut succedens etiam hæres sit defuncti vasalli.*

32 Feudum *quæstionis ex allodio primi acquirentis fuit in feudum recognitum: quo casu fœminæ succedunt* num. 33. *à qua tamen opinione receditur* num. 91. 92. 93.

34 Dominus *an fœminam exclusam hæredem vasalli de novo investire teneatur? Affirm. hoc. num. Contrarium stabilitur* num. 99. *& seqq.*

35 *Pro affirmativa sententia consignantur fundamenta & rationes, hoc* & num. quàm plurimis seqq.

36 Textus in c. 1. §. Quin etiam. Episcop. vel Abbat. *vera & genuina explicatio: &* num. *seqq. & num.* 52.

37 Exclusio *simpliciter facta in dubio perpetua præsumitur: &* num. 38. 39.

40 Jus semel exstinctum *non revivisci: Quod pluribus exemplis declaratur ibidem.*

41 Feudum *concessum pro masculis & fœminis, prius debetur masculis.*

42 Qualitas descendentiæ *perpetuò debet durare.*

43 Fœminæ *non generaliter vocantur, sed cum qualitate descendentiæ ex corpore ultimò decedentis.*

44 *In* concessione facta descendentibus *ad laterales semel exclusos non rectè arguitur.*

45 *In* investitura *nullum verbum sine virtute operandi esse debet.*

46 *Nominatis* Vasalli *ultimo defuncti liberis, & quidem in primo gradu,* Söhne vnd Töchter *transversales à successione arcentur.*

47 Favor consolidationis *dominii utilis cum directo; &* num. 48.

49 Textus c. 1. de eo qui sibi vel hæredib. *de temporali vel suspensiva exclusione exaudiendus est.*

50 *Ad* fœminas, *si temporaliter, donec vel quamdiu masculi exstiterunt, sint suspensa, exstinctâ lineâ masculinâ transit successio.*

51 Privilegium pro fœminis *ad feuda recipiendis strictè est intelligendum.*

55 Jus succedendi in feudum *competit fœminæ sub condicione, qua defuiente ab hoc condicionali jure excluditur.*

56 *Sub una* condicione *datum, sub contraria intelligitur ademptum.*

57 Feudum, *quod ad descendentes defertur, non devolvitur ad collaterales.*

58 Linea transversalis *est separata à linea descendentium; nec transversalis generat transversalem* num. 59.

61 A successione *in allodialibus ad successionem feudalem non rectè infertur.*

62 Feudalis successio *non transit ad fœminas.*

68 *In* condicionibus *attenditur principium primæ existentiæ, nec curatur posteà ipsius condicionis successus.*

69 Verbum, *perpetuò, non purificatâ præcedente condicione nihil operatur.*

70 Natura rei & æquitas, *ex omnibus personis, quæ negocio isto continguntur, impletur, & ista justitia probatur, quæ suum cuique tribuit.*

71 Invidia *vasalli in Dominum.*

72 Æquitas imaginaria & cerebrina, *quam homines absque præscripto legum sibi comminiscuntur, æquitatis nomen haudquaquam meretur.*

73 *Dd.* perpetuam exclusionem fœminarum *sustinentes recensentur, quorum numerus contrariæ opinionis longo intervallo post se relinquit; &* num. 74.

78 Decisio *supremi senatus vim legis habet, & jus facit* num. 79.

80 *In* conflictu opinionum *illa sequenda est, quam usus comprobavit.*

81 Cessante causa *non cessat effectus in esse productus, & actualiter consummatus* num. 82.

86 *In* feudo hæreditario mixto (*quale est* pro hæredibus *concessum*) *fœmina semel exclusa, perpetuò à successione arcetur.*

87 Fœminæ *in feudis hæreditariis non aliter admittuntur, quàm si speciali pacto vocentur vel habilitentur.*

88 Condicionalis fœminarum vocatio *non efficit feudum absolutè improprium: &* num. 89.

90 *In* feudo *etiam* impropriо *perpetua fœminarum exclusio sustinetur.*

94 Episcopi & Prælati Ecclesiastici *ditare solent suos consanguineos, & cæci sunt circa nepotes.*

95 A verosimili *arguens dicitur arguere à ratione naturali, & allegare textum legis.*

96 Nobiles *& imbecilliores olim, & præsertim ante erectam constitutionem de pace publica allodialia sua bona, ob majorem clientelam & defensionem feudi jugo submiserunt; quæ recti & proprii feudi naturam adsumpserunt,* num. 97.

99 Dominus feudi *deficiente linea masculina Vasalli non obstringitur ejus hæredem de novo investire; Et contraria opinio eo duntaxat casu locum habet, si Dominus rem feudalem sibi apertam rursum infeudare, non etiam sibi retinere vellet* num. 100. 101. *Præterea nonnulli etiam qualitatem masculinitatis necessariam esse contendunt* num. 102. *quem hic deesse dubio caret.*

103 *Quam*

103 *Quando* controverſæ *ſunt* Dd. opiniones, *expenſæ compenſantur; Niſi liquido conſtiterit de communi ſententia* num. 104.

A DOMINO CONSILIUM.

De Iurisdictione Cameræ.

1 AUguſtiſſimo Imperiali Cameræ Judicio & olim liberam fuiſſe facultatem compromiſſa acceptandi oſtendit text. in §. **Nachdem ſich nun ꝛc.** ibi compromiſs **vnd Bewilligungs Sachen an das Käyſerliche Cammergericht** tit. 30. part. 1. Ordin. Quæ per Receſſum Imperii de Anno 1594. in §. **Als auch der** compromiſs &c. ad duos duntaxat caſus, & primo quidem ad ſtatus Imperii habentes **Außträg ꝛc.** Secundo illas perſonas **welche jhrer Eygenſchafft nach in erſter Inſtantz ans Cammergericht gehörig/** noviſſimè fuit reſtricta. Cæterum cum in primo caſu
2 verſemur, neutiquam dubitandum eſt Cameræ Juriſdictionem ex compromiſſo in præſenti hypotheſi eſſe fundatam.

De Proceſſu.

IN Proceſſu coram Directoribus huius cauſæ ventilato eiuſq; ſolemnitatib. nihil eſt, quod deſiderari queat; eoque minus in hunc ſcrupuloſè anxieq; inquirendum, quod præſens con-
3 troverſia meram juris quæſtionem contineat, in qua ordinarium proceſſum vel relam judiciariam (quæ ad facti ſolum informationem fuit inventa) non requiri, prodidit Innocent. *in c. cum inter. de conſuet. ubi etiam* Felin. *& alii.* Joan. Bapt. Ferret. *conſil.* 45: *num.* 2. Marc. Anton. Cucchus *in tract. de legitim. ſub rubric. quo tit. relinquenda ſit legitima num. 6.*

Itaque ad cauſam principalem deſcendendo,
4 in ea 1. De actione eiuſque probatione. 2. An eliſa ſit? quam breviſſimè fieri poterit, videbimus. Unde & Tertiò ſua ſponte emerget, quid tandem pronunciandum ſit?

De Actione.

PRonunciari in libello ſummario petitur, **daß das Lehen Adolffseck/ als eröffnet/ dem Herrn Churfürſten zu Mäyntz lediglich heimbgefallen/ dahero Beklagte / als** Detentatores, **daſſelbe ſampt allen** pertinentien, cum fructibus perceptis & percipiendis à morte vaſalli, **abzutretten vnnd einzuräumen ſchuldig ſeyn ꝛc.** Unde huic
5 negotio condictio ex moribus ſeu actio beneficiaria accommodari poſſet, quæ & cæteris actionibus utilior cẽſetur Schrader. *de feud. part.*
6 *2. p. 9. ſect. 9. nu. 34. in fin.* Cum ex contractu competat, quæ præfertur actioni in rem. §. *Caterum Inſtitut. quod cum eo, qui in alien. pot.*

7 Et non minus, uti reales actiones, contra tertium poſſeſſorem non ad rem ſuam condicendam (nemo enim rem ſuam præterquam à fure condicit:) ſed poſſeſſionem avocandam competit Schrader. *d. loc. num.* 35. Henric. Roſenth. *de feud. c.* 12. *concl.* 12. *num.* 14. Verum cum de ea dubitari poſſit juxta ea quæ notat Herman. Vultej. *de feud. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 18. *& ſeq.*

Non quis aberraverit ſi putet rei vindicatio- 8
nem hîc dandam, quam & Domino feudi tribuit Guid. Pap. *deciſ.* 454. *nu.* 6. Natta *conſil.* 564. *num.* 2. & alii à Schrad. *d. loc. num.* 34. & Henric. Roſenthal. *c.* 9. *concl.* 100. *num.* 1. *lit. A.* citati etiam in caſu feudi ob generationem extinctam 9
finiti Roſenthal. *d. c.* 12. *concluſ.* 13. *num.* 34.

Sunt etiam, qui pro feudo dignitatis non rei 10
vindicationem intentandam, ſed Judicis officium implorandum arbitrentur Innocent. *in c. cum venerabilis. de relig. dom.* Matth. de Afflict. *deciſ.* 265. *num.* 21. Nicol. Intrigliol. *de feud. centur.* 1. *q.* 46. *num.* 73. Sed cum hi in aliis terminis videantur loqui illud latius diſcutere non eſt huius loci.

An probata?

REquiſita vindicationis, & quidem primò 11
dominium videlicet Actoris ex Reverſalibus in originali editis, poſſeſſio verò Dominarum Rearum pro ſecundo ex earundem in *artic.* 7. & concluſione libelli articulati (quem non malè reconventionalem quis dixerit) 8. Januar. in vim Eliſivorum & peremptorialium repetiti nec non in der Probation-Schrifft §. **Darauß die Warheit ꝛc.** rotundis Confeſſionibus, quatenus ſe in litigioſi feudi apprehenſa poſſeſſione manutenendas contendunt, in propatulo ſunt.

Tertiò & amplius hîc docendum venit, feu- 12
dum reſolutum & apertum utileque dominium cum directo eſſe conſolidatum. Cuius probatio eo ipſo præſtita videtur, quod in facto negari nequeat, Illuſtrem quendam Dominum Joannem Comitem in feudo litigioſo excluſis ſororibus ſolum ſucceſſivè, & poſtmodum 19. Junii Anno 1605. abſque deſcendentibus mortuum. Unde ſorores ad hanc feudalem ſucceſſionem adſpirare non poſſe Dominus Actor contendit ob vulgatiſſimam iſtam regulam, quod
13 fœmina ſemel per exiſtentiam maſculorum excluſa perpetuo maneat excluſa c. Epiſc. vel Abbat. &c. §. Quin etiam (inquit ibid. text.) ſi quis eo tenore feudum acceperit, ut eius deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint, relicto maſculo ulterius fœminæ non admittuntur.

An eliſa?

FUndamentum eliſionis potiſſimum occupatur in adſtruenda contraria opinione, quod videlicet fœminæ non perpetuo excluſæ, ſed earum jus ſuccedendi in ſuſpenſo, ideoque remotis maſculis ad ſucceſſionem feudalem rurſum admittendæ ſint.

Quam in rem Patronus Dominarum Rea- 14
rum primò advocat *c.* 1. *de eo, qui ſibi vel hæred. ubi* generaliter rationis loco ſcribitur, non patere locum fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de feudo fuit inveſtitus. Hanc rationem ipſa deciſione generaliorem eſſe oportet, & regulam proinde non tantum in facti ſpecie ibi propoſita, ſed &

in omni

in omni quoque alio casu obtinere, maximè
15 cum dictionis Donec ea sit natura ut actum cui adjungitur non penitus removeat, sed tantum suspendat ita post Laudens. & alios Hartman. Pistor. *lib.* 2. *q.* 36. *num.* 17. Herman. Vultej. *lib.* 1. *de feud. c.* 9. *num.* 53. Petr. Heig. *lib.* 1. *quæst.* 26. *nu.*
16 13. *item c.* 1. *§. Filia. de succes. feud. & c.* 1. *de feud. fœm. ubi* filia filiis non extantibus succedit, & sic exclusio suspensiva non perpetuo locum obtinet, quos textus adducit Heig. *d. loc. n.* 18.

17 Omnesque investituræ clausulam illam Donec tacitè inclusam habere videri debent, cum in dubio contrahentes videantur se conformare legibus de illo actu, quem gerunt, loquentibus, verbaque omnia secundum ius commune potissimum sint capienda Heig. *p.* 1. *q.* 26. *numer.* 17.

18 Secundò, Illa quoque opinio tantum abest ut infringatur per *d. c.* 1. §. *Quin etiam. Episc. vel Abbat.* ut potius eandem confirmet Vult. *d c.* 9. *num.* 53. *fol.* 452. *in pr.* Verba enim illa præsentis temporis *Fœminæ ulterius non admittuntur* hunc habent intellectum, quod licet feudum ab aliquo acceptum sit, ut eius descendentes masculi & fœminæ illud simul habere non possint. Sed si acquirens mortuus sit relicto masculo, is solus feudum habeat, & ultra eum masculum fœminæ non admittantur, id est, præter masculum in feudo nemo, ac ne fœmina quidem, ut maximè coniunctionis copulativæ natura id requirere
19 videatur, succedant; atque ita vocabulum Ulterius non tempore, sed numero sive ordine æstimandum Vultej. *d. loc. num.* 53. *in fin. fol.* 459.

Itaque secundum tempus verbi atque adeò de præsenti, non autem de futura successione
20 intelligendum erit, nam regulariter qualitas adjecta verbo secundum tempus verbo adjunctum accipiendum Hartm. Pistor. d. q 36. num. 25. & seq.

21 Quemadmodum etiam omnis dispositio de præsenti tempore intelligitur Heig. *d. quæst.* 26. *num.* 44.

22 Insuper negari nequit dictum *§. Quin etiam* varios habere intellectus, itaque ex eo decisio certa vix potest depromi Hartman. *d. quæst.* 36. *num.* 21. Vultej. *d. num.* 53 *fol.* 458. Heig. *d. quæst.* 26. *num.* 45.

Tertio absurdum est, fœminam per masculum primo loco succedentem exclusam existi-
23 mare, quæ adhuc non fuerit vocata; Exclusio enim dici non potest facta, nisi ubi præcessit inclusio, quæ & fiat eo tempore, quo hæreditas defertur Heig. *d. quæst.* 26. *num.* 18. *&* 19. post Michaël. ab Anguierre *in Responso pro Rege Hispaniæ Apologetico p.* 3. *num.* 37.

24 Quartò, utcunque verò à successione patris fœmina exclusa statueretur, non tamen à successione fratris Hartman. Pistoris *d. quæst.* 36. *nu.* 29. Vultej. *d. c.* 9. *numer* 54. *vers. Secundo dicant* Fulgos. *consil.* 8. Cephal. *consil.* 30. *numer.* 53. *vers. Tertiò respondetur.* Sequitur Franc. Becc. *consil.* 129. *num.* 67. *lib.* 2. ubi etiam citat Cacheran. *dec. is.* 23. *num.* 51. Item Parisium *consil.* 22. *num.* 17. *libr.* 1. ubi communem ait, *& consil.* 3. *num.* 50. *& seq. libr. eod.* Bursat. *consil.* 80. *numer.* 10. Ludov. Schrad. *consil.* 21. *num.* 126. *lib.* 2. Tob. Non. *consil.* 1. *n.* 42.

Quintò. In causa præsenti & verba **Ewiglich geliehen** / investituræ inserta diligenter ponderanda, quæ utique omnes ex primo adquirente descendentes tàm filias quam masculos nullo unquam tempore excludi debere importat post Fichard. *ad commun. opin. Villalol. vers. filia exclusa* Francisc. Mantica Card. *de tacit. conventionib. libr.* 23. *tit.* 35. *numer.* 30. *ubi dicit*, tunc temporis commemorationem habere vim quandam repetitionis. 25

Sextò dicant, hanc sententiam non modò alterâ æquiorem & benigniorem (quod etiam contrariæ opinionis patroni non dissimulent) esse sequendam, sed etiam plurimos habere defensores & cum primis Laudēs. Belvizo. Ardizo. Cujac. Clar. Forster. Guerin. Piso. Loriott. Sonsbec. Wesembec. Fichard. Mynsing. Hartman. Pistor. Vultej. Heig. quam & consulendo teneant Raphael. Fulgos. Socin. Jun. Ferret. Berous. Gozad. Alciat. Bursat. Cephal. in locis à Vultej. *d. c.* 9. *num.* 52. *&* Henric. Rosenthal *c.* 7. *concluſ.* 44. *lit. a.* indicatis, & novissimè Francisc. Mantica Cardinal. *de tacit. convent. lib.* 23. *tit.* 35. *num.* 9. *& seqq.* 26

Secundum quam etiam à Jurisconsultorum Wittenbergensium & Marpurgensium collegiis aliquoties responsum meminit Vultej. *d. loc. numer.* 52. *in fin.* Petr. Heig. *d. quæst.* 26. *numer.* 9. *in fin.* 27

Quin imò & rei judicatæ authoritate in Camera hanc fuisse confirmatam inculcat Dominarum Rearum patronus. Etsi verò nullum hîc in specie alleget præjudicium, videtur tamen forsan innuere ad causam compromissi Eberhardi à Reischachs filiarum contra Carolum **von Schwenden** / quod attigit Henric. Rosenthal. *d. concluſ.* 44. *num.* 15. & votum huius causæ extat *in Symphorem &c. sub conficto nomine Adr. Gilmanni edito tom.* 4. *part.* 1. *voto* 9. *fol.* 58. *& seq.* ubi Dn. Referens *num.* 165. nonnullos supra citatorum Doctorum recenset, & ex enumeratione horum perspicuum quodammodo fieri infert, si communem opinionem secundū ætates constituere velimus, vel saltem inter Germanos hoc tempore communem d. regulæ exclusionis perpetuæ adversari, additque, eam videri Dominos amplexos in causa **Baden** contra **Cronberg**. Sententia autem fuit pro filiabus **Reischach** lata 18. Augusti Anno 1584. contra Carolum à **Schwendi** / qui feudum à Cæsarea Majestate sub obtentu caducitatis ob defectum masculinæ generationis impetraverat. 28

Septimo ait Dominarum Rearum Advocatus, cessare causam exclusionis, favorem nimirum agnationis, qui temporalem exclusionem operatur, siquidem causam ob aliam potior masculorum quàm fœminarum conditio non habetur, nisi ut agnationis decus conservetur Cravetta *consil.* 130 *num* 9 *consil.* 155. *num.* 7. *& consil.* 856. *num.* 8. Unde cessante causa, & effectus cessare debet. 29

Octavò, sed & concessio contra fœminas ex communi opinione esse judicandum, constat 30

tamen

tamen eam in feudo hereditario non habere locum Burſat. *conſil.* 80. *num.* 19. Surd. *conſil.* 384. *n.* 33. Menoch *conſil.* 331. *nu.* 55. Ludolph. Schrader. *conſ.* 21. *nu.* 127. *verſ. Similiter* Vultej. *d. c.* 9. *nu.* 54. *verſ. Quarò dicunt cum ibid. alleg.* Fab. de Anna *conſ.* 53. *n.* 45. Henric. Roſenthal. *de feud. c.* 12. *concluſ.* 14. *n.* 2. *in fin. & ſeqq.*

Noſtrum autem feudum eſſe hæreditarium, inveſtituræ luculenter demonſtrant, quatenus dicitur, **daß beſagtes Lehen jhm vnnd ſeinen rechten Erben/ Söhnen vnd Töchtern geliehen/ ꝛc. Item daß** in inveſtitura de Anno 1430. & omnibus ſequentibus nominetur **ein Erblehen ꝛc.** Et 31 cum in feudo hereditario exigatur ut ſuccedens etiam hæres ſit defuncti vaſalli Nicol. Intrigliol. *de feud. centur.* 1. *q.* 48. *num.* 66. *& ſeqq.* vel etiam mediatè vel immediatè primi inveſtiti Intrigliol. *q.* 49. *n.* 187. ubi plures.

Planè in facto deducitur ſorores ad hæreditarem fratris allodialem admiſſas fuiſſe, **alſo/ daß ſie darauß/ laut der** probation **Schrifft/ vff zwo Tonnen Schatz geerbet haben.**

Nono, idque eò magis hic obtinet, quod & 32 planè feudum ſit improprium, cum ex allodio primi adquirentis fuerit in feudum recognitum, & ita neutiquam gratuitum, quale tamen eſſe debet, ſi eidem definitio feudi cõpetere debeat *in c. 1. in fin. de feud. dato in vic. leg. commiſſ.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. pract.* 159. *n.* 3. *in fin.*

33 Eoque in caſu, quando vaſallus rem ſuam propriam in feudum recognoſcit, fœminas à ſucceſſione non arcendas, innuit Alciat. *conſ.* 4. *n.* 46. *in fin. lib.* 4. & magis expreſsè Hieron. Garzõ. *de fœmin. ad feud. recipiend. nu.* 165. *& ſeq.* A qua opinione quoque non abhorret Joan. Petr. Surdus *conſ.* 407. *n.* 5. *verſ. confirmatur. & n.* 17. Cum eo caſu vaſalli magis in Dominum contulerint beneficium, quam ab eo receperint Surd. *ibid. num.* 5.

Denique & Decimò, ut ea omnia non ita for- 34 titer ſtringerent, attamen Dominum, teneri etiam fœminam excluſam hæredẽ vaſalli vel emphyteutæ de novo inveſtire, ita ut à recuſante, tanquam gravamen inferente, appellari vel officium judicis implorari poſſe, multi & quidem magni nominis Juriſconſulti teneant Pariſ. *conſil.* 23. *in pr. vol.* 1. Berous *conſ.* 67. *num* 51. *conſ.* 98. *& conſil.* 99. *vol.* 1. Burſat. *conſil.* 127. *num.* 78. Decian. *conſil.* 58. *num.* 52. *vol.* 2. Guid. Pancirol. *conſil.* 104. *num.* 4. Mandoſ. *in addit. ad Roman. conſ.* 22. *num.* 5. *verb. Communis.* Hippolit. Riminald. *conſil.* 138. *num.* 6. Barthol. Bertazzol. *conſil. civil.* 81. *num.* 11. Hieron. Pappon. *conſil.* 25. ubi communem & receptiſſimam vocat. Tiraquel. *de retract. in præfat. num.* 41. Mynſing. *centur.* 5. *obſ.* 16. *& centur.* 6. *obſerv.* 79. Anthon. Teſſaur. *deciſ.* 146. *num.* 11. Franciſc. Vivius *deciſ.* 229. *num.* 1. Vultej. *d. c.* 9. *num.* 54 *verſ.* Nonò dicunt Guerin. Piſon. Soac. *in prælud. feud. c.* 31. *n.* 12. Anthon. Gabriel. *lib.* 3. *comm. opin. concluſ.* 1. ubi regulam magis communem cum ampliationibus & limitationibus tradit. Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. q.* 38. *n.* 17. Alexand. Trentacinq. *lib.* 3. *variar. reſolut. tit. de jure emphyt. reſolut.* 5. *num.* 1. *& ſeq.* ubi plures allegat, vid. etiam Borga. Cavalcan. *deciſ.* 36. *nu.* 64. *& ſeqq. part.* 2. Joan. Patlador. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 16. *num.* 6.

Etſi autem prima fronte hæc ſpecioſa appareant, vix tamen tanti ſunt momenti, ut opinionem receptam convellant multò minus evincant, in favorem Dominarum Rearum contra Dominum Archiepiſcopum Principem Electorem eſſe pronunciandum.

Primò enim manifeſtè pugnat pro Domino Actore text. *in d.* §. *Quin etiam*, quem ita exau- 35 diendum, ut fœmina in perpetuum ſit excluſa, non ſolum emphaticè appoſita dictio Ulterius & adverbium perpetui temporis oſtendit juxta *c. cum acceſſiſſent de conſtitut. l.* 3. *in fin. C. de præſcript.* 30. *vel* 40 *annor.* Tiraquell. *in l. ſi unquam verb. Revertatur. num.* 129. *C. de revoc. donat.* noviſſimè Henric. Bocer. *de Inveſtit. c.* 5. *n.* 63. *& ſeq.* quò loci etiam Hartmanni Piſtoris ſententiam pluribus confutat.

Sed etiam perpetuam excluſionem *§. final. d.* 36 *c.* 1. *Epiſcopum vel Abbat.* Satis evincit, quatenus his (videlicet in eodem c. præmiſſis) caſibus feudum ad Dominum reverti diſponitur Colleg. Ingolſtad. *in conſil.* (quod in ſymphor. tom. 2. *p.* 1. *voto* 21. *fol.* 126. *inveniturr & in* cauſa **Habern** contra **Churpfaltz** redditum eſt) *num.* 40. *in fin.* Andr. Knichen. *in privileg. Saxon. verb. Ducum Saxoniæ c.* 8. *fol.* 184. *& p.* 1. *de veſtitur. paction. c.* 3. *num.* 26. *in fin.* Borgnin. Cavalcan. *deciſ.* 36. *num.* 258. *p.* 2.

Secundò, in dubio excluſio ſimpliciter facta 37 perpetua præſumitur poſt Felin. Rainald. Rudolphus *in ſubſcript.* ad Joan. Vincent. Hondæd. *conſ.* 70. *n.* 35. *vol.* 2. Fulv. Pacian. *conſ.* 49. *num.* 56. Cravetta *conſ.* 800. *n.* 10.

Et excluſionem ſecundum naturam ſuam 38 cenſeri perpetuam poſt Corn. *conſil.* 12. *in fin. vol.* 1. *dixit* Alciat. *conſil.* 10. *nu.* 3. *lib.* 3. Marc. Anton. Peregrin. *conſil.* 78. *num.* 13. *in fin. & ſeq. lib.* 1. *ubi ait*, privationis naturam eſſe perpetuam, quia ſecundum naturam de privatione ad habitum 39 impoſſibilis vel perdifficilis eſt regreſſus.

Et perpetuam, non etiam temporariam vel ſuſpenſivam, excluſionem cenſeri, pluribus confirmat Andr. Knichen. *d. c.* 8. *fol.* 184. *& ſeq. & part.* 1. *de veſtitur. pact. c.* 3. *n.* 34. *& ſeqq.*

Tertiò, facit huc vulgatum illud, quod jus ſemel extinctum non reviviſcat, item quod in 40 ſubſtitutione ſine liberis facta, ſi ſubſtituens filio relicto decedat, idemque aditâ hæreditate poſt intervallum etiam moriatur, juſtamẽ ſubſtituti etſi condicio ſubſtitutionis non duraverit *l.* 10. *in fin. pr. l.* 21. *ff. de fideicommiſſ. libert. exiperet. l. poſt aditam C. de impub. & al. ſubſtitut.*

Adeò quidem, ut licet filius etiam patri ſuccedere nolit, ſubſtitutus nihilominus jus ſuum prætendens propter exiſtentiam maſculi excludatur *l. filiusfamilias* 114. *§. cum erit.* 13. *ff. de legat.* 1. Joan. Vincent. Hondedæ. *conſil.* 60. *num.* 40. *& ſeq. volum.* 1.

Quod argumentum etiam in feudali ſucceſſione procedit, cum fœminæ vocatio ſit conditionalis, quæ finitur & extinguitur per exiſtentiam conditionis in caſu exiſtentium maſculorum, quemadmodum fuſius illuſtrat Colleg. Ingol-

ſtad.

stad. *in supradict. consil. num. 26. & seqq.* Andr. Knichen. *d. c. 8. fol. 185 & seq. & d. c. 3. num. 34. & seqq.* Henric. Bocer. *de investit. d. c. 5. n. 68.*

Quartò, idq; eò magis in præsenti specie ob-
41 tinet quod ultimò defunctus vasallus jam tertia vice vor sich vnd dessen Erben/Söhne vnd Töchter investituram acceperit, eoq; sorores excluserit, cum hæ non sint descendentes defuncti vasalli, sed in collaterali linea constitutæ, & ita in casu, qui evenit, neutiquam vocatæ Ludolph. de Casanate *cons. 4. n. 121.*

Siquidem qualitas descendentiæ ex suo cor-
42 pore non solum debet concurrere prima vice & in morte illius cui facta est concessio, sed etiam perpetuò durare Andr. de Isern. *in d. §. Quin etiam n. 2. ubi*, Nard. Liparulus *in apostill. lib. 1.* Alciat. *cons. 10. n. 4. in fin. lib. 3.*

Sunt enim in hac specie successionis feudalis
43 tot vocationes fœminarum, quot successiones, & quidem non generaliter vocantur, sed cum qualitate descendentiæ ex corpore ultimo decedentis Andr. Knichen. *d. c. 3. nu. 107. & nu. 122.* Cavalcan. *decis. 36. n. 271. p. 1.*

44 Ea propter à concessione facta descendentibus ad transversales semel exclusas non rectè infertur Alexand. Raudens. *libr. de analogis c. 15. n. 311. in fin. & seq.*

Absurdum verò est, quod à Patrono Dominarum Rearum hîc regeritur, verba illa, Söhn vnd Töchter / exempli loco posita, ideoque non
45 restringere regulam, Cum sint hæc dispositiva verba & alioqui in investitura nullum verbum sine virtute operandi esse debeat Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. feudal. 1. num. 7.* Hippolit. Riminald. *cons. 513. num. 98. in terminis non ita dissimilibus.*

46 Proinde nominatis vasalli ultimo defuncti liberis & quidem in primo gradu Söhn vnnd Töchter collaterales à successione arcere voluisse Dominus existimatur juxta notata Nicol. Reusner. *cons. 24. n. 17. lib. 1.*

47 Quintò favor quoque consolidationis directi & utilis dominii hanc sententiam suadet, tale enim pactum favorabile existimatur *l. Mævius 56. §. fundo. ff. de legat. 2. §. Sicuti instit. de legat.* Idque etiam in feudo procedere Dd. autumant Decian. *cons. 4 n. 34. vol. 1. & cons. 64. volu. 5.* Molinæ. *in consuet. Paris. §. 13. vel in nova editione §. 20. gl. 10. nu. 5.* Andr. Knichen. *de vestit. pact. d. c. 3. n. 54. & seq.*

48 Unde & pro fœminarum exclusione perpetuò esse fundatam regulam, ne perpetuò etiam abscedente usufructu proprietas Domini inutilis permaneat, tradidit Marc. Anton. Peregrin. *consil. 22. num. 20. lib. 1. argum. §. 1. vers. Ne tamen instit. de usufr.*

Sane in præsenti hypothesi, ex quo feudum fuit constitutum Anno 1356. utili dominio ad 250. annos circiter (tam longævo temporis interstitio illud in illustri Nassavia Wisbadensi familia resedit) Dominum directum caruisse, supputatio calculi facilè evincit, ut eò magis eidem vel potius Ecclesiæ quoad consolidationem favendum sit *argum. c. 1. §. Mediolanenses de alien. feud.* Reliqua juris fundamenta, quibus hæc stabilitur opinio cum passim ex Doctoribus præsertim verò supradicto consilio Ingolstadiensi Andr. Knichen *d. c. 8. & c. 3.* Item Henrico Bocero *d. c. 5.* quorum scripta publicè edita sunt, facili negotio peti possint, superfluum ne dicam lædiosum foret ea omnia huc transscribere.

Sed & magis illustrior huius conclusionis veritas nostro in casu ex dilutione eorum, quæ supra attigimus & in actis ferè obiecta sunt, apparebit, ad quam nunc accingimur.

Itaque non obest text. *in d. c. 1. de eo qui sibi vel* 49
hæred. Loquitur enim de temporali vel suspensiva exclusione, in qua & nos non inviti largimur, quod ad successionem deficientibus masculis fœminæ sint redintegrandæ Cavalcan. *decis. 36. num. 261. p. 2.* Andr. Knichen. *d. c. 3. num. 100. & seqq.* Ingolstadiensis Juridica facultas *in d. consil. num. 46 & seq.* Aliter accipit hunc textum Bocer. *d. c. 5. n. 81. & seq.*

Et ita passim ad fœminas si temporaliter, do- 50
nec vel quamdiu masculi extiterint, sint suspensæ, extinctâ lineâ masculinâ transire successionem, tralatitium est juxta Bart. & Dd. *in l. fin. ff. ad SC. Tertyl.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. pract. 148. n. 3. vers. Secundò limita.* Cacheran. *decis. 23. n. 51.* Borgnin. Cavalcan. *decis. 1. n. 2. & seqq. p. 4.* Franciscus Vivius *decis. 541. per tot.* Menoch. *cons. 359. num. 9.* Bursat. *consil. 132. nu. 46.* Nicol. Eberhardi Junior *cons. 65.* Mynsing. *cons. 97. nu. 10.* Fulv. Pacian. *cons. 49. n. 57.* Joan. Vincent. Hondedæ. *cons. 29. n. 4. vol. 1. & cons. 70. n. 36. vol. 2.* alios sciens prætereo.

At nostro in casu nulla syllaba, apex vel ver- 51
bum in Reversalibus extat, quod suspensivam conditionem & temporalem exclusionem denotet. Ideoq; regulæ & communi opinioni perpetuam exclusionem inducenti inhæremus, præsertim cum alias concessionem vel privilegium pro fœminis ad feuda strictè esse intelligendum, monuerit Alexand. Raudens. *decis. Pisan. 49. num. 56.* Andr. Knichen. *d. c. 3. num. 141.* Aliis textibus satisfaciunt Ingolstad. Juridica Facult. Andr. Knichen & Bocer. ad quos brevitatis gratiâ fit remissio.

Eadem ratione secundo non obest *d. §. Quin* 52
etiam &c. Imò magis confirmat nostram sententiam, prout apparet ex iis, quæ in prima ratione decidendi adduximus, simulq; negamus textum hunc esse ambiguum, cum Garzon. *de fœm. ad feud. recipiend. n. 48.* Alciat. *d. cons. 10. n. 5. in fin. & 6. lib. 3.* Parum quoque stringit vulgatum, quod qualitas adjuncta verbo secundum tempus verba intelligenda sit.

Quoties enim qualitas verbo adjuncta non 53
patitur, ut secundum tempus verbi illius intelligatur, toties fallit illa regula per text. *in l. in substitutione 31. ff. de vulg. & pupill substit. c. Rainutius. extr. de testam.* Petr. Duenna *in fallent. reg. 556. vers. Secundo fallit & vers. Fallit quintò.* Menoch. *cons. 225. nu. 16. & cons. 227. nu. 26. & 60.* Henric. Bocer. *de Investit. d. c. 5. n. 65.*

Quocirca adverbium Ulterius cum sit futuri 54
temporis propriâ ejus naturâ inspectâ juxta eius genuinam proprietatem censendum quoq; verbum illud admittuntur, ut proinde rectè di-

xerit Facult. Jurid. Ingolſtad. *d. conſil. nu.* 42. Verbum cum ſubnexa negatione, puta Ulterius non admitti, ad quodcunque tempus referri.

Tertia dubitandi ratio, quam Dominarum Rearum Patronus ex Petro Heigio urget, non
55 vehementer officit, ex quo fœmina conditionaliter vocata fuerit, ſiquidem ius ſuccedēdi (prout & ſupra in quarta ratione decidendi monuimus) in feudum competit, hoc caſu fœminæ ſub conditione, ſi ſcilicet tempore delatæ ſucceſſionis non exſtet maſculus ex primo adquirente, cum ergo deficit iſthęc conditio non ineptè ſuo conditionali hoc jure fœmina dicitur excludi Henric. Bocer. *d. c.* 5. *n.* 92.

56 Nam quod ſub una conditione datur, ſub contraria ademptam intelligitur *l. ſi legatum purè ff. de alim. legat. l. aliquando ff. de condit. & demonſtrat* Joan. Petr. Surd. *conſ.* 129. *n.* 36. Henric. Bocer. *d. loc. n.* 70.

Non obſtat ſimiliter quartum fundamentum cum paulo ante demonſtratum ſit, Dominos Reos ob defectum qualitatis deſcendentiæ ex ultimo poſſeſſore in literis inveſtiturarum expreſſæ, ibi: Deſſen Erben/Söhn vnnd Töchter/ non poſſe ſuccedere fratri, utpote in collaterali
57 linea poſitas. Feudum enim quod ad deſcendentes defertur, non devolvitur ad tranſverſales Hippolit. Riminald. *conſ* 410. *nu.* 35. *& in terminis.* Menoch. *conſ.* 1. *n.* 459.

58 Cum linea tranſverſalis ſit ſeparata à linea deſcendentium *l in pr. ff. de gradib.* Alciat. *conſil.* 87.
59 *nu.* 4. *lib.* 9. Nec tranſverſalis generet tranſverſalem Cavalcan. *deciſ.* 36. *n.* 316. *p.* 2.

60 Deinde contraria opinio à majori Dd. parte impugnatur, quibus frequentius placuit fœminam excluſam à feudo paterno, etiam excluſam eſſe à fraterno Menoch. *conſ.* 1. *num* 459. & 461. Burſat. *conſ.* 131. *n.* 87. *& ſeq.* Fulv. Pacian. *conſ.* 49. *n.* 58. *& ſeq.*

Quod etſi in allodialibus controverti poſſet,
61 tamen in feudis utpote fœminarum ſucceſſionem reſpuentibus dubio vacare videtur, ut proinde à ſucceſſione in allodialibus ad feudalia vix tutò argumentum ducatur, cum ſeparata ſint Joan. Bolognet. *conſ.* 9 *n.* 21. Simon de Proëtis *conſ.* 88. *n.* 17. *centur.* 1. Marc. Anton. Peregrin. *conſil.* 9. *nu.* 11. *lib.* 1. ubi dicit in eo differre etiam
62 ſucceſſionem feudalem ab allodiali, quod illa non tranſeat ad fœminas, ſecus in hac Menoch. *conſ.* 1. *n.* 461.

Quintum fundamentum, quod ex verbo **ewiglich** extruitur, facilè profligari poteſt, eo e-
63 nim ipſo conceſſio in perpetuum verificatur, ſi conceditur illud ſecundum naturam feudi ſine præfinitione temporis, & ſic duraturum, donec durant hæredes maſculi ſanguinis, ut loquitur Corn. *conſ.* 239. *n.* 32. *vol.* 1.

64 Vulgatum enim eſt, dictiones perpetuo, ſemper &c. ſecundum naturam actus & materiam ſubjectam reſtringenda Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1 *gl.* 10. *n.* 34. Decian. *conſ.* 52. *n.* 24. *& 26. vol.* 1. *& conſ.* 13. *n.* 53. *vol.* 2.

Sed & largiamur verba iſta **Ewiglich geliehen**
65 tempus ſequens futurum & quidem perpetuum denotare, attamen eo caſu is eſt intellectus inveſtituræ quod ſicut feudum tale primo conceſſum eſt maſculis & in caſu eorum non extantium filiabus, ita in perpetuum & in infinitum ſequenti tempore ſic ſubordinatè debeat pro maſculis & fœminis conceſſum videri. Ex quo tamen non ſequitur ſorores per fratres excluſas tàm per expreſſum inveſtituræ pactum, quàm juris feudalis diſpoſitionem maſculis deficientibus ad ſucceſſionem eſſe redintegrandas, ſi
66 non adſit verbus ſuſpenſivum Donec, quamdiu &c. Nec enim dictio Perpetuò utcunque infinitatem denotet continuo etiam ſuſpenſionem operatur, ſed eo ipſo verificatur, quod non tantum in primo ſed & ulterioribus gradibus feudum hoc manſerit promiſcuæ ſucceſſionis ſi cōtigiſſet ultimò inveſtitum duntaxat filiam relinquere, quod & innuit Borgnin. Cavalcan. *d. deciſ.* 36. *n.* 271. *p.* 1. Roland. à Valle *conſil.* 58. *n.* 68.
67 *lib.* 3. ubi dicit, quod fœmina ſuccedit in feudo quando nunquam fuit maſculus deſcendens illius, de cujus ſucceſſione agitur, Cum alioqui feudum ſimpliciter pro maſculis & fœminis receptum ſemel exiſtente & ſuccedente maſculo ſtatim deſineret eſſe fœmininū & mortuo maſculo fieret caducum revertendo ad Dominum, quemadmodum & rectè conſiderat Colleg. Jurid. Ingolſtad. in ſupradict. conſil. num. 56. & 57.
68 In conditionibus enim attenditur principium primæ exiſtentiæ & non curatur poſtea ipſius conditionis ſucceſſus Nicol. Intrigliol. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 56. *n.* 4.

Ideoque & verbum *perpetuo* non purificatâ
69 præcedente conditione nihil operatur Alexand. Raudenſ. *deciſ. Piſan. n.* 76.

Plauſibilius videtur, quod ab æquitate & benignitate contrariæ opinionis ſexto loco proponitur argumentum, cuius tamen nebula nobis non ita perſtringunt oculos, ut hoc neceſſarium vel concludens exiſtimemus, cum potius natura feudorum & æquitas (quæ, ut loquitur Tryphonin. *in l. Bona fides* 32. *ff. Depoſiti*, ex omni-
70 bus perſonis quæ negotio iſto cōtinguntur, impletur, & ea juſtitia probatur, quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione) pro Domino militet, &
71 ſane quæ invidia eſt vaſalli (ut rectè Facult. Juridic. Ingolſtad. in ſupradict. conſil. num. 34. infert) in Dominum ſi feudum ejuſdem liberalitate ipſi conceſſum modificatè & limitatè juxta feudalis conceſſionis naturam, & conſuetudinem vulgatam, eveniente caſu in quem ſibi Dominus reverſionem feudi reſervaſſe intelligitur, ad Dominum tanquam ad fontem à quod derivatum eſt, non reverti, ſed ſub obtentu æquitatis cujuſdam in infinitum & promiſcuè ad omnes fœminas porrigi cupiat? Æquitas ſanè illa imaginaria vel cerebrina juri feudali ſcripto repugnans non debet nobis faceſ-
72 ſere negotium Menoch. 1. *recuperand. num.* 214. Cacheran. *deciſ.* 79. *num.* 46. Jacob. Thoming. *deciſ.* 16. *num.* 16. *& ſeq.* Andr. Knichen. *d. c.* 3. *nu.* 137. *& ſeq.*

Præſertim quod ſub ſomniatæ huius æquitatis colore favor, qui conſideratur in Domino retorqueretur in ejus odium: Satim enim liberalitatis

tatis exercuit, dum fœminam alioqui incapacem eventualiter vocavit eo fine ut deficiente vocatione feudum ad ſe reverteretur, quo favore defrauderetur ſi excluſam & non vocatam nolens volens cogeretur recipere, ut ad ipſum tanquam Dominum res ſua reverti nequiret, contra quod traditur *in l.* 28. §. *Quod in ſpecie ff. de pact.* Andr. Knichen. *d. c.* 3. *num.* 142. *poſt* Hieron. Garzon. *de fœmin. ad feud. recipiend. nu.* 47. qui & *num.* 54. humanius eſſe & rationabilius, ut res ſua Domino reddatur &c. & alia plura in hanc rem appoſitè ſubjicit.

Si authoritatibus Dd. certandum ſit, non modo antiquos ſed & modernos magno numero in ſcenam producere & paucis illis ſuprà memoratis opponere poſſumus.

73 Ita perpetuam excluſionem ſuſtinent Iſernia, Bald. Alvarot. Præpoſit. Raven. Schenck. Paulus Picus. Balzarinus. Odofred. Ardizon. Curtius. Capic. Thom. Marin. Hanneton. Ferrar. Mõtan. Duaren. Garzon. Mozz. Borcholt. Schrader. Schneidewin. Roman. Mandoſ. Calderin. Caſtrenſ. Alexand. Brunus. Bartholom. Socinus. Marian. Socinus. Ruinus. Pariſ. Corn. Celſ. Hugo. Mantua. Alciat. Rubeus. Decian. Gozadin. Menoch. Burſat. Zaſius. Henningus. Goëden. Natta. Cacheran. Matth. de Afflict. Gail. Anton. Gabriel. Michaël. Graſs. ab Hermanno Vultejo *d. c.* 9. *nu.* 51. & Henric. à Roſenthal. *concluſ.* 44. *lit. I.* relati, qui fatetur *num.* 14. *in fin.* verba textus in *d.* 5. *Quin etiam &c.* vehementer ſtringere. Alciat. *in l.* 1. *num.* 28. *de bon. poſſeſſ. contr. tabul.* Quorum induſtriam ut non nihil adjuvemus, his accedunt ab illis non commemorati Bart. *in l. fin.* §. *fin. num.* 2. *in fin. ff. ad SC. Tertullian.* Sainſon *in conſuet. Turen. tit.* 25. §. 27. *gl.* 8. Ludovic. Molina *de Hiſpan. primogen. libr.* 1. *c.* 6. *numer.* 22. Franciſc. Caldas *de Emphyt. lib.* 2. *q.* 16. *num.* 3. & 9. Marc. Anton. Peregrin. *deciſ.* 7. *num.* 7. Blaſius Flores Diaz. *in addit. ad Gammæ deciſ.* 27. *num.* 1. *in fin.* Andr. Fachinæ. lib. 5 controverſ. c. 45. Hëric. Bocer. *de Inveſtit. d. c.* 5. *num.* 61. & *ſeq.* Andr. Knichen *ſupra d. c.* 8. *num.* 3. Conrad. Rittershuſ. *in parat. it feud. c.* 14. *num.* 3. *p.* 1. Jacob. Marchiſell. *recollectarum libro q.* 77. *num.* 2. Borgnin. Cavalcan. *deciſ.* 36. *num.* 258. & *ſeqq. p.* 2. Et ultra conſulentes ſupra nominatos ita reſpondetunt Tiber. Decian. *conſil.* 98. *num.* 21. *libr.* 3. & *conſil.* 1. *num.* 186. *lib.* 2. & *conſil* 57. *num.* 1. *vol.* 4. Flamin. de Rubeis *conſil.* 77. *num.* 132. *vol* 2. ubi crebriorem & veriorem nominat & *conſil.* 22. *num.* 44. *vol.* 1. Petr. Anton. Anguſola *conſil.* 3. *num.* 56. *lib.* 7. Marc. Anton. Peregrin. *conſil.* 25. *num.* 18. *vol.* 1. Simon de Proetis *conſil.* 176. *numer.* 8. *centur.* 2. Fulv. Pacian. *conſil.* 49. *numer.* 54. Joan. Sichard. *conſil. feudal.* 1. *num.* 95. Nicol. Everhardi Junior *conſil* 20. *num.* 12. & *ſeqq. vol.* 2. Nicol. Reuſner. *conſil.* 12. *num.* 88. *libr.* 3. Ludovic. de Callanate *conſil.* 4. *numer.* 110. & *ſeqq.* Joan. Vincent. de Hondedæ. *conſil.* 54. *num.* 56. *lib.* 1. Hippolit. Riminald. *conſil.* 138. *num.* 20. Cæſar Manut. *conſ.* 19. *n.* 5. Carol. Bardellon. *conſ.* 46. *n.* 23. 54. Petr. Enriquez. *conſ.* 34. *n.* 2.

Ex quo luce meridiana clarius eſt, horum numerum in quo 17. Juriſconſulti Germani deprehenduntur multis paraſangis contrariæ opinionis aſſeclas præponderare, inter quos non pauci exiſtunt ſibimet contrarii, uti Alciatus Berous, Weſembecius, Fichard. Burſat. Menochius & alii, in quorum authoritates prolixius inquirit Andr. Knichen. *d. c.* 3. *per tot. de veſtit. pact. p.* 1.

Quin & hoc meminiſſe oportet Alciat. Berum & alios pro Duciſſa Mantuæ quoad ſtatum 74
Montisferrati conſuluiſſe, & principale ſuæ deciſionis fundamentum nõ tam in contrariaadſertione, Quod fœmina ſemel excluſa non maneat perpetuò excluſa, quod duntaxat obiter attigerunt, quam ex profeſſo in aliis iſtius caſus incurrentibus circumſtantiis poſuiſſe, videlicet quod nunquam Duciſſa ſe excluſam affirmabat, novo jure veniebat, à Cæſare habilitata reperiebatur, item conſuetudo aderat admittendi fœminas etiam excluſas. Item datum erat feudum cum facultate alienandi, prout animadvertit Burſat. *conſil.* 131. *num.* 87. & Ingolſtad. Juridica facultas *d. conſil. numer.* 23. & *ſeqq.* Andr. Knichen. *d. c.* 3. *numer.* 185. & facilè colligi poteſt ex Roland. à Valle. *conſil.* 1. *num.* 2. & 3. *vol.* 1.

Academiarum Wittenbergenſium & Mar- 75
purgenſium authoritatem nõ moramur, quam & aliæ celeberrimæ Univerſitates Ingolſtad. Heidelbergenſis & tot antiqui & novi Juriſconſulti eruditione & dignitate non inferiores ſolidiſſimis juris feudalis rationibus elevant.

Præjudicium in cauſa **Reiſchach** contra 76
Schwendi verſatur longè in diverſis terminis. Etſi verò Dominus Referens in illius cauſæ relatione obiter attigerit hanc controverſam opinionem de perpetua excluſione fœminarum, non tamen in ea collocat præcipuam ſuæ deciſionis baſin, ſed potius, quemadmodum ex publicato voto innoteſcit, ea de cauſa pro **Reiſchachs** filiabus pronunciandum putavit, quod feudum illud aliquot vicibus ſine Domini conſenſu alienatum, & ita inſtar rei allodialis fuerit, cum feuda ſemel alienabilia talia maneant, ſintque ad hæredes quoſcunque & conſequenter quoque fœminas tranſitoria juxta Roland. à Valle *conſil.* 1. *num.* 70. & *conſil.* 3. *nu.* 63. & *ſeqq. vol.* 1.

Ita & addit Dominus Referens in cauſa **Baden** contra **Cronberg** ideò in favorem fœminarum ſententiam latam, quod fœminæ in caſum deficientium maſculorum etant duntaxat ſuſpenſivè vocatæ, in quibus terminis ſuprà & nos temporalem excluſionem admiſimus.

Rectius pro Domino Actore quaſi in terminis & quidem magis dubitabilibus, eò, quod 77
feudum illud atteſtantibus judicialibus actis partim emptitium & quidem ab ipſo Domino partim ob merita conceſſum eſſet ſententia in cauſa **Habern** contra **Churf. Pfalz** in laudatiſſimo Cameræ Imperialis judicio 22. Januarii Anno 1590. pronunciata in actis adducta fuit, cuius facti ſpeciem propoſuit Henric. Roſenth. *d. c.* 44. *n.* 15. Andr. Knichen. *d. c.* 8. & 3.

Sanè hujus rei judicatæ non levis authoritas
78 etiam in noſtra hypotheſi cenſeri debet, cum & deciſio ſupremi tribunalis vim legis habeat & ſic jus faciat, ut loquitur Matth. de Afflict. de Curia Neapolitana deciſ. 168. num. 9.

79 Et de authoritate ſententiarum ſupremi ſenatus vide Menoch. *lib. 1. de præſumpt. q. 1. nu. 27.*

80 aliàsque in conflictu opinionum illa tenenda ſit, quam uſus & praxis comprobavit Craveta *conſil. 118. num. 2.* Hippolit. Riminald. *conſil. 275. num. 48.*

Nihil moramur quod ſeptimo loco de ceſſante cauſa excluſionis, puta agnationis favore objicitur, cum hic non tam favor agnationis quam natura feudorum à fœminino ſexu (qui & ob alias cauſas feudorum incapax eſt) abhorrentium in conſiderationem veniat.

81 Præterea ceſſante cauſa non ceſſat effectus, quando is eſſet conſummatus & perfectus atque in eſſe productus, ut loquitur in terminis excluſionis fœminarum Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa. part. 1. num. 98. & limitat. 12. num. 1. & num. 14.* Unde & Tiber. Decian. *conſil. 54. num. 30. lib. 2.* reſpondit, poſt actum conſum-

82 matum, id eſt, excluſionem perfectè actam, etſi deficiat cauſa, non propterea ceſſat effectus excluſionis, Quod enim addit Decian. *ibid. num. 39.* uni collatum eſt, alteri dicitur ablatum & perpetuo *l. quod in rerum §. ſi quis. ff. de legat. 1.* Idemq; voluit Ingolſtad. Colleg. Juridicum *dict. conſ. n. 40.*

83 Non obſtat, quod octavò de feudo hæreditario exceptum eſt, quaſi in eo non obtineat perpetua excluſio, ſiquidem ex prima. Inveſtitura, quam Dominæ Reæ produxerunt, liquet, **daß diß Lehen zum rechten Lehen geliehen worden** / ut ita rectum feudum cenſendum, quantumvis pactione fœminæ conditionaliter ad id

84 vocatæ fuerint. Deinde poſito nos, verſari in feudo hæreditario, contraria tamen ſententia in feudo abſolutè & merè hæreditario & improprio ad quoſcunque hæredes tranſitorio duntaxat admitti poteſt, quod in reſtitutionem fideicommiſſi venire Pariſ. *conſil. 23. numer.*

85 173. *vol. 1.* Natta *conſil. 159. num. 19.* & inſtar allodii reputari ſolet Marc. Anton. Peregrin. *conſ. 5. n. 14. lib. 3.*

In quibus etiam terminis Dd. in contrarium allegati plerunque videntur loqui. Non etiam

86 in feudo hæreditario mixto (quale eſt, quod pro hæredibus conceſſum) in quo fœminam ſemel excluſam perpetuò à ſucceſſione arceri authoritate Decii *in conſil. 390. num. 4. verſ. Quia in caſu & num. 5.* Bruni *conſil. 78. num. 2.* Pariſii *conſil. 22. num. 18. & 25. & conſil. 23. num. 60. lib. 1.* comprobat Cacheran. *deciſ. 23. num. 52.* Schrader. *de feud. part. 7. c. 4. num. 87.* Burſat. *conſil 131. num. 29. & ſeq.* Menoch. *conſil. 400. num. 26.* ubi etiam adduxit Bald. *conſil. 267. num. 3. lib. 5.* Nicol. Reuſner. *d. conſil. 12. numer. 89. lib. 3.* Henric. Roſenthal. *de feud. c. 7. concl. 44. numer. 27. lit. U.* ubi tamen malè citat Riminald. *conſil. 16. vol. 1.*

Quæ & ſupra commemorato præjudicio in d. cauſa **Habern** contra **Churpfalz** firmata fuit.

87 Conſtat enim in feudis hæreditariis fœminas non aliter admitti, quàm ſi ſpeciali pacto vocentur vel habilitentur Joan. Fichard. *conſil. 6. num. 8. & conſil. 9. num. 5. vol. 1. & conſil. 10. num. 4. in fin. & ſeq. conſil. 18. num. 7. & 8. vol. 2.* Nicol. Everhardi Junior *conſil. 20. num. 18. & ſeqq. vol. 2.* Andr. Knichen *de veſtitur. pact. p. 1. c. 5. num. 11. & 12.* Henric. Roſenthal. *c. 2. concluſ. 7. ſibi quodammodo contrarius.*

Inſuper etſi ad feudum noſtrum etiam fœ- 88
minæ conditionaliter vocatæ ſint, illud tamen non efficit feudum improprium Marc. Anton. Peregrin. *conſil. 9. num. 30. lib. 1.* vel certè in eo duntaxat improprium exiſtimandum, quatenus 89
contra naturam feudi regularem ad eius ſucceſſionem fœminæ ſint conditionaliter habilitatæ, ita ut in aliis propriam naturam retineat Menoch. *conſ. 400. n. 6. & conſ. 690. num. 17 & lib. 3. præſumpt. 5. n. 6.*

Sed & in feudo improprio excluſionem per- 90
petuam fœminarum ſuſtinet Garzon. *de fœmin. ad feud. recip. n. 48. & n. 137.*

Minus officit nona dubitandi ratio, quod feudum hoc ea de cauſa exiſtimandum ſit improprium, quia primus vaſallus rem allodialem recognoverit in feudum, ſiquidem ex primæ- 91
va de dato 1356. & reliquis inveſtituris liquet, **Daß / ob wol Graff Adolff dem Stifft Mäyntz ſolchen Berg / der da liegt auff der Arde / auff der Seiten / da Schwalbach das Dorff gelegen iſt / darauff ein Bürgerlichen Baw begriffen hat / mit dem Baw wiederumb zum rechten Lehen von vorgemeldeten Stifft empfangen / ſo wird doch dabenebens vermeldet / daß der Stifft den Herrn Graffen zu Naſſaw der Berg vnnd Burg mit den andern Bergen / die zwiſchen Adolffseck vnd Schwalbach vnnd Rheinsfelden den Dörffern gelegen ſeyn / mit allen Rechten / Freyheiten vnnd Gewonheiten / die wir oder vnſer Stifft bißhero daran gehabt oder noch daran gehaben möchten / zu rechten Lehen ewiglich geliehen / ꝛc.**

Hæc utique expreſſio aliorum montium pro- 92
cul dubio ante infeudationem quoad utile & directum dominium ad Dominum Archiepiſcopum pertinentium, nec non omnium jurium & privilegiorum & conſuetudinum itidem ad Archiepiſcopatum Mogunt. ſpectantium ſufficienter teſtatum facit Dominum Archiepiſcopum Principem Electorem non pauca de ſuo contuliſſe. Quæ generalis quoque omnium 93
jurium appellatio, Patroni Dominarum Rearum reſtrictionem, qua illa jura in der Probation **Schrifft** ſub fin. duntaxat **auff die bloſſe Obrigkeit** coarctare vult, repudiat.

Quis etiam credat primum adquirentem rem propriam gratis & ſine emolumento in feudum à Domino Archiepiſcopo præſertim fratre recognoviſſe, cum ab iis, qui ad huiuſmo- 94
di dignitatem Eccleſiaſticam evecti ſunt, plerunque ad conſanguineos magnæ ſoleant redundare utilitates juxta notata Jaſonis *in c. 1. numer. 14. Qui feud. dar. poſſ. ubi* ex gl. *in c. pervenit 1. quæſt. 3.* formaliter dixit, quod Epiſcopi ſunt cæci circa nepotes & alios conſanguineos ſuos, quos quærunt divites reddere ex facultatibus Eccleſiaſticis, quod & retulit Menoch.

3. præ-

3. *præsumpt.* 54. *num.* 4. & 5. Fulv. Pacian. *consil.* 52. *num.* 38.

95 Ut vel verisimilitudo Domino Actori de insigni ad Comites Nassovios devoluto compendio in hac investitura plurimum patrocinetur, quæ vel eò magis attendenda est, quod etiam aliàs à verosimili arguens dicatur à ratione naturali arguere & allegare textum legis Cacheran. *decis.* 170. *num.* 9. Mascard. *conclus.* 1402. *num.* 6. de quo amplissime tractat Tiraquell. *in l. si unquam C. de revoc. donat. in præfat. numer.* 37. & *seqq.*

Citra verò veritatis læsionem posito adquirentem primum allodialia sua feudi jugo absque omni recompensa submisisse, uti hoc olim præsertim in Germania frequenter factum testis est Molinæus in consuetud. Paris. §. 1. gl. in num. 21. Knichen *de jure territ. c.* 1. *n.* 226.

96 Et nobiles consuevisse facere melioris causa patrocinii (quo sanè imbecilliores ante erectum constitutionem de pace publica opus habuerunt) non obscurè indicat Gail 2. *observ.* 158.

97 *num.* 1. nihilominus tamen hujusmodi allodialia veri feudi naturam adsumserunt, ut rectè monuit Henric. Rosenthal. *de feud. c.* 2. *concluf.* 24. *num.* 1. *c.* 6. *concluf.* 68. *num.* 28. & *c.* 7. *concluf.* 34. *num.* 8.

Idque nostro in casu eò magis existimandum quod primus vasallus recognoscens, uti Domini Archiepiscopi frater facili negotio legem cõtractui apertius dicere & fœminas in quemcun-

98 que eventum deficientium masculorum ad successionem vocare potuerit, quod cum non fecerit, utique ipse vasallus & Dominus directus contrahentes genuinæ naturæ feudorum se accommodasse censentur juxta notata Menochii *remed.* 4. *adipiscend. num.* 135. Hartman. Pistor. *lib.* 2. *quæst. feud. q.* 1. *num.* 78. Ludov. Schrader. *de feud. p.* 10. *sect.* 1. *num.* 44. Joseph. Ludov. *concluf.* 38. *n.* 50. *in fin.* videatur etiam Garzon. *de fœmin. ad feud recip. n.* 47.

Alioquin sanè si rei propriæ in feudum recognitio feudi naturam alteraret illud reddendo degenerans vel improprium, cum olim in Germania frequentissimè ita feuda constituta sint, prout paulò antè attigimus. Efficeretur utique pleraque feuda impropria & rarissimè vel nunquam casum consolidationis eventurum, quod uti absurdum nemo facilè dixerit.

Ultimò quod pro decima dubitandi ratione

99 adfertur Dominum etiam deficiente lineâ vasalli ejus hæredem de novo investire teneri ut erroneum in jure passim à Dd. reprobatur & contrariam opinionem veriorem ait Andr. Gail. 2. *observ.* 148. *num.* 3. *versic. Sed verior.* Menoch. *consil.* 400. *numer.* 31. Nicol. Everhardi Junior *consil.* 41. *numer.* 209. *vol.* 1. Henric. Rosenthal. *de feud. c.* 7. *concluf.* 24. *num.* 21. *in lit. Z. ubi plures allegat* Joan. Castillo *de usufruct. c.* 74. *nu.* 45. ubi citat Franc. Sarmient. *lib.* 3. *selectar. interpretat. c.* 7. *n.* 2.

Et hanc opinionem etiam uti falsam impugnat Blas. Diaz. de Menez. *in addit. ad Anton. Gammæ decis.* 41. *num.* 1.

Et sententiam in rationibus dubitandi propositam hodie in practica non servari, scribit Clar. §. *feudum. q.* 87. Sequitur Menoch. *d. consil.* 400. *n.* 31. *verf. Respondetur primò.*

Præterea contraria opinio non absolutè, sed eo duntaxat casu adstruitur, si Dominus directus rem feudalem vel emphyteuticam sibi apertam rursum infeudare, non etiam sibi retinere vellet ita Mynsinger. *d. centur.* 5. *observ.* 16. *& centur.* 6. *observ.* 79. (quem Dominarum Rearum patronus allegavit) Roman. *consil.* 22. *numer.* 5. *ubi* Mandol. *in lit. K. versic. Quintò.* Zas. *consil.* 13. *numer.* 30 *& seqq. libr.* 1. Boër. *decis.* 107. *num.* 4. *in fin.* Fichard. *consil.* 17. *numer.* 8. *p.* 1. Alexand. Trentacinq. *de resolut.* 5. *numer.* 7. ubi etiam rectè citat Petr. Benitendum *decis.* 19. qui asserit ita fuisse decisum in Rota Bononiensi, nec non Paulum Æmil. Verallum *decis.* 303. *& seq. p.* 1. testantem, ita fuisse decisum in Rota Roman. Alex. Raudens. *decis. Pisan.* 42. *num.* 53. *p.* 3. Hippol. Riminald. *consil.* 712. *num.* 3. Nicol. Reusner. *d. consil.* 12. *num.* 19. *libr.* 3. Ita coram 101 Mantica, cum esset sacri palatii Apostolici auditor 20. Novembr. Anno 1587. fuisse decisum, idem Mantica Cardinalis testatur *libr.* 23. *de tacit. & ambig. convent. tit.* 38. *num.* 48. *in fin.* Marc. Anton. Genuensis *in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapol. c.* 99. *ubi dicit*, æquitatem huic sententiæ, si Dominus velit pro se retinere, suffragari, cum prima charitas incipiat à se ipso, & nemo de proprio teneatur alicui facere beneficium.

Nullibi verò ex parte Dominarum Rearum allegatum, minus probatum fuit, quod Dominus actor alios de feudo aperto rursus investire intendat, imò verisimile potius est illud mensæ Archiepiscopali incorporatum iri.

Tertiò nonnulli concludunt, etiam qualitatem masculinitatis in revestiendo esse necessa- 102 riam juxta Borgnin. Cavalcan. *d. decis.* 36. *num.* 420. *& seqq. p.* 2. quum & hîc deesse planè dubio caret.

Quid pronunciandum?

EX quibus omnibus cum eluceſcat Domini Actricis (qui agit de damno vitando Garzon. *d. loc. num.* 56. Martin. Monter. *decis.* 29. *nu.* 46.) intentionem in facto & jure fundatam & per elisivos & peremptoriales Dominarum Rearum neutiquam elisam vel enervatam esse, cõsequenter quoque Dominas Reas ad restituendum feudum occupatum cum pertinentiis & fructibus perceptis percipiendisque condemnandas esse.

Compensationem expensarum quidem ef- 103 flagitare videtur, quod hinc inde controversæ sint Dd. opiniones juxta Castrens. *consil.* 398. *dies dati num.* 3. *vol.* 1. Verum ex quo Joan. Baptist. Asin. *in praxi judic. p.* 1. §. 32. *c.* 2. *in limitat.* 4. post Jason. *in l. properandum.* §. *Sin autem num.* 8. *verf. Tertia Concluſio. C. de judic.* rectè citatum, id ad eum casum coarctat, si non manifestò constite- 104 rit de communi opinione.

Et verò hîc pro Domino Actore communis & quidem tàm approbata & canonizata per

ſcribentes, ut non ſit de ea dubitandum, maximè in judicio ſicut Alciat. d. conſil. 10. num. 31. lib. 3. de noſtra concluſione formaliter loquitur, ſtet ſententia, de eo poſſet probabiliter hæſitari, niſi ſuper hoc Reis patrocinetur, quod controverſia noſtra ſit juris planè dubii & intricati juxta notata Arii Pinelli *in l. 2. C. de reſcindend. vendit. part. 2. c. 4. num. 4.* Maſcard. *concluſ. 639. num. 19.* Covarruv. *in c. poſſeſſor p. 2. §. 7. nu. 12. de reg. jur. 6.*

Quos in aliis terminis fructuum loquentes materiæ compenſationis expenſarum non adeò extra rhombum accommodat Petr. Gilken. *in d. l. properandum §. Sin autem alterutra num. 42. in fin.*

Et ita ſecundum ea, quæ in facto hinc inde proponuntur juris eſſe exiſtimo, ſalvo tamen cujuſcunq; maximè verò ſummi tribunalis ampliſſimorum Dominorum Adſeſſorum rectiori judicio. Actum 29. Julii Anno 1610.

THOMÆ MECKELBACHI.

SECVNDVM HOC CONSILium in Camera Imperiali 22. Ianuarii Anno 1612. pronunciatum.

IN Compromiſs Sachen Herrn Johann Schweickhardten Ertzbiſchoffen zu Mäyntz Churfürſten ꝛc. Klägern eins / wider Herrn Wolffgang Ernſten Graffen zu Yſenburg vnnd Frawen Marien Gräffin zu Naſſaw Wißbaden Wittiben / als weylandt Herrn Johann Ludwig Graffen zu Naſſaw nachgelaſſener minderjährigen Fräwlein Vormünder / Beklagte andern Theils / das Hauß Adolffseck vnnd deſſen pertinentien betreffende / iſt allem Vorbringen nach zu Recht erkandt / daß berürtes Hauß ſampt deſſen Zubehörungen gedachten Kläger / als apert heimbgefallen / vnnd derohalben Beklagte ſolches abzutretten / auch ſampt denen vom Jahr 1606. hero auffgehobenen Nutzungen ermeldtem Kläger einzuräumen vnd zuzuſtellen ſchuldig / vnnd darzu zu condemniren vnd zu verdammen ſeyn / als wir ſie auch darzu hiemit condemniren vnd verdammen / expenſis compenſatis.

CONSILIVM QVARTVM,

Sive

Relatio actis judicialibus accommodata,

In qua principaliter diſquiritur, an ſucceſſor in prælatura expectativam à prædeceſſore ſuo cum conſenſu Capituli datam tunc adimplere teneatur, quando feudum jam mortuo Prælato promittente ipſi ſucceſſori apertum fuit.

SUMMARIA.

1 DE proceſſu *& fatalibus*; *& an jurisdictio Cameræ fundata?* num. 2.

3 Tres *ſunt* ſubmiſſiones (1) *in puncto attentatorum* (2) *inhibitionis*, *&* (3) *cauſa principali.*

4 *Poſt* concluſionem in cauſa *nullæ probationes, nullæ producta ulterius admittuntur.*

5 Attentatorum *à cauſa principali dependentium revocatio rectè ad deciſionem cauſæ principalis reſervatur & ſuſpenditur.*

6 Actus, *qui lite pendente per modum continuationis fiunt, attentatorum nomen non merentur, nec revocationi ſunt obnoxii.*

7 Alienatio *lite pendente facta nulla eſt.*

8 Poſſeſſio *lite pendente nec acquiri, nec in alium abſque vitio attentati transferri poteſt.*

9 *Per* abuſivam inveſtituram *neque dominium, neque poſſeſſio transfertur; maximè, quando in præſentia prædii in feudum conceſſi facta non exſtitit* num. 10.

11 Condictio ex moribus *perſonalis actio eſt: Declaratur* num. 13. 14.

12 Actione perſonali *intentatâ non ipſa res, ſed ſola actio, etiam poſt litem conteſtatam, litigioſa fit.*

15 Inhibitio Cæſaria, *etiam injuſta, extimeſcenda; & attentata revocanda* num. 16. *quantumvis de non jure petentis conſtaret n.* 17.

18 Sententia *à qua appellatum nullitatis & iniquitatis cumulativè inſimulari poteſt.*

19 Ex proceſſu l. diffamari *duplex oritur judicium; diffamationis & cauſa principalis.*

20 Diffamationis *probatio citationem ex hac l. præcedere debet: Limitatur nu.* 21. 23. 24. 26. 27.

22 Notorium *probatione non indiget.*

25 Confeſſio *omnium probationum regina eſt.*

28 Citatio *ab incompetente emiſſa nulla eſt; &* num. 29. 30. 31.

32 Punctus diffamationis *ad ordinarium judicem diffamati pertinet; non ad judices ordinationis n.* 34.

33 *Si* diffamatus *Imperio immediatè ſubſit, ſed prima inſtantia non ad Cameram, ſed ad judices ordinationes pertineat, tum fundata eſt jurisdictio Cameræ tantùm quoad judicium diffamationis; & n.* 36.

37 Conſtitutio Imperii de l. diffamari *locum duntaxat habet* in Friedbrüchichen / Schmach- vnd dergleichen Sachen.

38 Beneficium l. diffamari *jure communi indultum in omni genere cauſarum, in quo quis diffamatus eſt, indiſtinctè datur.*

39 Diffamatus Epiſcopus *in hoc judicio actor fuit: Contrarium verius, diffamatum ſcilicet pro Reo haberi, cauſamq; diffamationis coram ejusdem judice ordinario ventilandam eſſe* num. 40. *Eaq; opinio in Camera approbata n.* 41. *& quomodò dictum Gailii exaudiendum n.* 42.

43 Nemo *id, quod ſemel approbavit, poſteà improbare poteſt, &* num. 44. 45. 120.

46 Actor *libellum uni ex pluribus judicibus offerens, ab illo reſilire, & ad alium variando tranſire nequit, & n.* 47.

48 Exceptio *contra judicis perſonam ante libelli exhibitionem proponi debet.*

49 Nul-

49 Nullitas ex defectu juriſdictionis *etiam poſt tres conformes ſententias opponi poteſt: Limitatur n.*50.51.52.53.

54 Sententia *abſq; probatione lata nulla eſt: Vide tamen* num.55.

56 Probatio *non exiſtimatur de ſubſtantia ſententiæ.*

57 Außträge *in cauſis feudalibus locum non habent;& n.*58.

59. *Quando quis aſſerit ſe* vaſallum *ac petat inveſtituram, Dominus verò neget, parum cognitio eſt.*

60 Pares Curiæ *de conſtituto, non conſtituendo, feudo cognoſcunt:& n.*61.62.63.64.

65 Ad fundandam juriſdictionem *judicis non qualitas defenſionis & exceptionum, ſed petitionis & narratorum actoris attendenda eſt.*

66 In cauſa principali *non attentis nullitatibus pronunciari poteſt, quando de meritis ſufficienter conſtat.*

67 Appellans *appellatione pendente attentans appellationem deſeruiſſe, eoq; beneficio ſe indignum reddidiſſe cenſetur.*

70 Paria *ſunt, non allegare, vel allegatum non probare.*

71 *Quæ* actio *inſtituta?*

72 In condictione ex moribus *quænam requiſita probanda?*

73 *An* ſucceſſor *expectativam adimplere teneatur, quando feudum jam defuncto Prælato promittente ipſi ſucceſſori apertum fuit? Rationes pro affirmativa numer.*74.75.76.77.78.79.80.81.82.83.84.86.87.88.89.90.91.92.93.94.95.96.97.98.99.100.111.112.113.114.116.117.118.119.121. *Fundamenta pro negativa num.*131.132.133.134.135.136.137. *Quæ refutantur & diluuntur num.*138.139.140.141.142.143.144.145.146.147.148.149.150.151.152.153.154.155.156.157.158.159.160.161.162.163.164.165.166.173.

101 Taciturnitas *partis præſentis in judicio habetur pro conſenſu;& n* 102.103.

104 Merita *eo ipſo probantur, quod quis malè meritus non probatur.*

105 Merita *correſpondere debent remunerationi: Quod an verum? expenditur num.*106.107.108.

109 Remuneratio *quando tantum de mobilibus, & non immobilibus rebus Eccleſiæ fieri debeat? hoc & n.*110.

122 Litteras *ſine contradictione recipiens contenta in illis approbare cenſetur,& n.*123.

124 Reverſales *non redditas Capitulum præſumitur etiamnum habere.*

125 Epiſtola *pro eo, ad quem mittatur, contra eum, qui mittit, probat: Ampliatur* nu.126.127.

128 *Litteræ Epiſcopi ſigillatæ probant ſine ſubſcriptione.*

129 Actus Officialium *habentur perinde, ac ſi ab ipſis Principibus, quorum Officiales ſunt, geſti eſſent.*

130 Succeſſor *gratiam, quam non revocavit, cenſetur approbaſſe.*

167 Ex contractu *non poteſt quis agere, niſi prius ſua ex parte id, quod debebat, impleverit.*

168 Conceſſio condicionalis *effectum non ſortitur, niſi condicione impleta;& n.*171.

169 Actus *in dubio potius purus; quàm condicionalis intelligitur.*

174 Vaſallus *intra annum & diem non petens inveſtituram feudum amittit: Ampliatur num.*175. *Limitatur num.*176.178.179.181.

177 Confeſſio *ad articulos facta plenè probat.*

180 Doctori *de conſuetudine atteſtanti credendum eſt, & num.*181. *Limitatur num.*183.184.

185 Conſuetudo *debet probari in terminis illius caſus, qui venit in controverſiam, & concurrentibus iiſdem qualitatibus de quibus in facto controverſo agitur n.*186.

187 Vaſallus *ſi ſit Advocatus contra Dominum, feudum perdit: Vide tamen num.*191.192.193.

188 Vaſallus *Domino grandem patrimonii jacturam inferens, feudo privatur.*

189 Ad probandam Feloniam *& ingratitudinem privatione dignam conjecturales & præſumptivæ probationes non ſufficiunt, ſed requiruntur quinque teſtes integræ opinionis* num.190.

190 Vaſallus *privatur, ſi ſervitium, propter quod datum eſt beneficium, præſtare recuſaverit: Reſtringitur & declaratur num.*195.196.

197 Abuſiva inveſtitura *an parium præſentiam deſideret? & n.*204.

198 Vaſallus *abuſivè inveſtitus an Dominum ad vacuam poſſeſſionem tradendam adſtringere poſſit? Aff. & n.*201.

199 *Aliud eſt* inveſtitura, *aliud* promiſſio de inveſtiendo.

200 *Aliud eſt* venditio, *aliud* promiſſio de vendendo.

202 Promiſſio de inveſtiendo *Dominum ad traditionem rei præciſè non arctat, ſed præſtando intereſſe liberatur.*

203 Inveſtitura abuſiva *dicitur, quæ ſit verbis interveniente aliquo actu corporeo, puta per traditionem annuli, enſis, baculi &c.*

205 Interpretatio *facienda eſt, ut actus valeat.*

206 Propria inveſtitura *non aliter fit, quàm per realem poſſeſſionis traditionem.*

207 Dominus *quando feudum promiſſum amplius non poſſidet, vel ejus tradendi facultatem non habet, à præſtando intereſſe liberatur.*

208 Sententia alternativa *non improbatur in caſibus, ubi quid ab electione condemnati dependet.*

209 Fructus *nulli debentur, niſi qui vel dominium vel jus percipiendi in re habet.*

210 Traditionibus, *non pactis* dominia *transferuntur.*

211 Promiſſio de infeudando *nullum jus in re, ſed ſolum ad rem tribuit.*

212 Dominus, *qui vaſallum in poſſeſſionem inducere differt, tenetur ad intereſſe, omnemque utilitatem vaſallo præſtare debet.*

213 Sententiam *vel* probabilem litigandi cauſam *pro ſe habens excuſatur ab expenſis, & n.*214.

215 Regulam *pro ſe habens non dicitur calumniari, ſed juſtam litigandi cauſam fovere.*

216 *Duobus de eodem feudo inveſtitis* diſpoſitio l. quoties. *C. de R. V. locum habet, ita ut ſi Dominus poſteriori ex duobus de eodem feudo abuſivè inveſtitis poſſeſſionem tradat, is, cui tradita eſt poſſeſſio, potior ſit, Dominusque priori præſtando intereſſe vel æquivalens liberetur: & num.*217. *Limitatur num.* 218. *Quæ limitatio tamen reprobatur num.* 219.

220 Prima Principis conceſſio *poſteriori prævalet, in tantum, ut poſterior conceſſio nulla ſit* num. 221. *Ratio n.* 222.

223 *Quando* primo inveſtito *promiſſum eſt, quod de eadem re nullus alius inveſtiri debeat, tunc præfertur primus, etiamſi poſterior poſſeſſionem nactus ſit.*

224 L. Quoties. C. de R. V. *non habet locum, quando poſterior* ſcivit, *rem alteri venditam vel promiſſam eſſe.*

225 *Quod fit contra* legem *vel* inhibitionem, *nullum eſt.*

226 Alienatio rei litigioſæ *ipſo jure prohibita & nulla: & n.*227.

228 Ex contractu nullo *nulla transfertur poſſeſſio.*

230 *An* Executio *abſque novo proceſſu contra tertium poſſeſſorem fieri poſſit? Pro negativa inducuntur rationes* num. 231. 232. 235. *Pro affirmativa proponuntur quoad præſentem hypotheſin argumenta num.* 234. 236. *Reſpondetur ad contraria num.* 237. 238. *& tandem deciditur, ſententiam contra Reum poſſeſſorem abſque novo proceſſu executioni mandari poſſe* num. 239. 240.

SVFFRAGANTE Iehova.

IN cauſa inter quondam Nobiliſſimum & conſultiſſimum virum, Dn. Joachimum Mynſingerum à Frundeck, Juriſconſultum Auguſtiſſimæ Imperialis Cameræ exaſſeſſorem, nunc ejus filium ex una, & Reverendiſſimum & Sereniſſimum Principem, Dominum Erneſtum, Archiepiſcopum Colonienſem Electorem, uti Epiſcopum Hildesheimienſem, & nunc ejuſdem Celſitudinis ſucceſſorem, nec nõ Dominum Decanum & Capitulum ibidem, ex altera partibus, primum coram novem conſiliariis vigore ordinationis cœpta, poſt ad inclytum hoc tribunal per viam appellationis devoluta, nullum ratione fatalium interponendæ, introducendæq; appellationis ſubeſt dubium, cum à ſententia definitiva 21. Martii Anno 1580. lata non ſolum in continenti viva voce, ſed etiam 21. Martii in ſcriptis ad ſummum hoc tribunal appellatum, proceſſus maturè impetrati, & 21. Junii Anno eodem legitimè ſint reproducti. Similiter & Juriſdictio Cameræ, tam ratione 2
qualitatis cauſæ, quam ordinationis liquido fundata deprehenditur, cum à judicibus ordinationis directò ad Cameram appellari plus quam notorium ſit *per text. p. 2. ord. tit.* 28. *in princ.*

Quoad procuratoria nihil aliud deſidero, quam ut D. Kremer per præambulam moneatur, ut non tantum nomine moderni Domini Epiſcopi, ſed etiam Domini Decani, & Capituli ſe ad hanc cauſam legitimet. Etſi enim 7. Julii Anno 1582. in habito receſſu tum temporis Capituli nomine exhibiti procuratorii fiat mentio, videtur tamen illud non produxiſſe, cum ejus veſtigium in actis non extet.

Deveniendo autem ad rem ipſam, tres potiſſimum apparent ſubmiſſiones. Et primum qui- 3
dem circa p.m attentatorum. Secunda in p.o arctioris inhibitionis. Tertia in ipſa cauſa principali occupatur, niſi quis & illam, utrum ſcilicet concluſiones finales num. 30. ſignatæ (quas Dn. **Kremer** poſteaquam jam ante 3. Julii Anno 84. per **Schrifft. an ſtatt Mündtlichen Receß** concluſiſſet, in ſequenti 25. Auguſti eod. anno exhibuit) admittendæ vel rejiciendæ ſint, quarto loco addendam eſſe exiſtimet. Verum cum vulgatiſſima juris regula ſit, poſt concluſionem 4
in cauſa nullas probationes, nullaque producta ulterius admitti debere, *per text. in c. cum dilectus. ubi* Felin. *per tot. de fid. inſtr.* Andr. Gail. *1. obſ.* 107. *num.* 4. Mynſing. 6. *obſerv.* 56. *num.* 2. pluribus huic inhærere ſupervacaneum duxi, quamvis interim ſi quis & has, uti quandoque de ſtylo Imperialis Cameræ fieri conſuevit, admittendus putet, non multum refragarer.

In p.o Attentatorum.

HIc diſcutiendum venit, an tale quid pendente appellatione à defuncto Domino Reo attentatum ſit, quod officio Judicis revocari debeat, vel poſſit: Dominus Mynſingerus de duobus attentatis, **in der** attentaten **Klag** Num. 12. conqueritur, quorum utpote à cauſa principali dependentium, & in vim continu- 5
ationis factorum revocatio rectè uſque ad deciſionem cauſæ principalis reſervata & ſuſpenſa fuit. Capic. *deciſ.* 72. *per tot.* Robert. Lancell. *de attent. p. 3. c. 24. q. 15. n. 1. & 2.*

Primum eſt **daß Ihre F. G. ein offentlich Edict angeſchlagen/vnd dadurch den affter Lehenleuten inhibiren vñ gebieten laſſen/ſich nach niemandes anders zu richten/oder die Lehen zu empfahen/als allein/daran S. F. G. ſie verweiſen werden**/ in d. n. 12. art. 5. Verum hic actus publicationis edicti & mandati, ne ſubvaſalli alium cognoſcant, quam quem Dn. Reus ipſis indicaverit, vix pro

atten-

attentato haberi poterit, cum ejusdem Reverend. Cels.do hunc defendendi & continuandi sui juris & possessionis causa, contra molitiones actoris, ad se dictos subvasallos trahere volentis, feciſſe videatur.

6 Actus autem, qui lite pendente per modum continuationis fiunt, attentatorum nomen non mœrentur, nec revocationi sunt obnoxii. Capic.d.decis.72.n.2. Robert. Lancell. d.tr.p.2.c.4. limit.1.n.1.& lim.26 c.12.per tot. Natt. cons.606. n.13. Menoch.17.recuper.n.49.

Secundum verò attentatum à Mynsingero d. n.12 & seqq. propositum in eo vertitur, quod Dn. Reus post insinuatam inhibitionem litigiosa feudalia bona Dn. Nuntzio Cancellario Hildesh. in feudum concesserit, eiq; possessionem tradiderit. Proindeque hanc concessionem, & insecutam possessionis traditionem, tanquam attentata cassanda, & revocanda esse.

De hac autem revocationis petitione, quamvis quis probabiliter hæsitare posset, attamen negotium altius expendendo videtur hæc petitio in jure, & primò quidem inde fundata, quod
7 indubium sit alienationem rei litigiosæ pendente lite, ut fieri non potest, ita nec factam tenere; sed omninò judicis officio cassandam & revocandam esse, tot.tit.ff.C.& Novell.de litig. Alexand.cons.45.n.5.lib.3. Afflict.decis.396.num.10. Lancell.d.tract.de attent.p.2.c.4.in præfat.n.451. Mynsi.resp.52.n.34.

Deinde posito Dn. Nuntzium de litigioso feudo ante cœptam litem verbaliter investitum fuisse, tamen vel saltem lite pendente, & quidem post inhibitionem ipsa possessio illi tradita & in eum alienata fuit, sicq; nihilominus, quantum ad illam possessionis traditionem, post inhibitionem innovatum, attentatumque erit. Ex
8 quo juris non incogniti, possessionem lite pendente nec acquiri, nec in alium absque vitio attentatorum transferri posse, uti tradit Alex. consil.106.n.8.lib.2. Franc. Marc. decis.172.nu.3.p.1. quibus alios addit Lancell.d.tract.p.2.c.4.in præfat.n.449. Per illam enim lite nondum inchoa-
9 ta factam abusivam investituram neque dominium, neque possessio rei in feudum Nuntzio promissæ in ipsum translata fuit. per l.traditionib.C.de pact. Hartm. Hartm. in pract.observ.t.de feud.obs.6.n.4 Herm. Vultej.de feud.c.10.nu.10. lib.1. & post ferè innumeros Lud. Schrad.de feud. p.5 c.2.n.15. Adde Borgn. Cavalc. decis.35.n.29.p. 2. & Fichard.cons.9.n.8.vol.2. Ex quo investitu-
10 ra in præsentia prædii in feudum concessi facta non extitit per l.clavibus.79.ff.de contrab.empt.l. 1.§.si jusserim.ff.de acquir.possess. Schrad. d.lo.nu. 15. Borch.de feud.c.7.memb.1.n.7. Vultej. d.c.11. n.14. Rosenth.de feud.c.6.concl.11.lit.d.n.3. Gail. 2.obs.15.n.14. prout hoc ex dato & subscriptione loci, quæ in Episcopatu Frisingensi facta fuit, luculenter evincitur.

Nec quicquam impedit, si quis regere velit,
11 nostro in casu condictionem ex moribus (quæ personalis est Schrad.de feud.p.2.c.5.n.26.) fuisse intentatam, secundum ea, quæ paulo inferius
12 subjecturi sumus. Actione autem personali instituta non ipsam rem, sed solam actionem, etiã post litem contestatam litigiosam fieri, secundum communem, de qua perhibet Alex.in addit. ad Bart.in l.fin.verb.juxta C. de litig. Augult. Berous.cons.177.n.18 lib.1. Crav.cons.279.n.1.ubi plures adducit. adde Hartm. Pist quæst.40.n.6. p.1. Lancell. de attent.p.2.c.4.in præfat.nu.482.& seq. ubi ex Romano hanc communem testatur. Surd.cons.405.n.2.

Siquidem hujusmodi opinio eo in casu obti- 13
net, quo actione personali in effectu dominiũ, vel utile, vel directum petitur, uti docet Covar. pract.quæst.c.15.nu.6. hanc opinionem veriorem esse & utiliorem, ac conducibiliorem in praxi & judiciorum authoritate existimans. Lancell. de attent.d.p.2.c.4.in præfat.nu.484. Sequi videtur Gail.1.obs.118.num.3.in fin. Jason.consil.43.lib.1. qui putat temerarium esse, ab hac opinione in judicando recedere, nec discrepat ab hac sententia Ceph.consil.195.num.13.& seq. ubi etiam
ob solam actionem personalem per creditorem 14
intentatam bona ea, super quibus deberet satisfieri, non posse alienari, tradidit ex Anchorano quæst.fam.74.num.20.& seqq.lib.1. Burs.consil. 100.num.23. Per hanc autem condictionem, & hîc institutam actionem prædii in feudum promissi dominium utile petitur. Ideoque hic ipsa res & ipsum feudum litigiosum factum fuit; consequenterque alienatio lite pendente facta per viam attentatorum revocanda erit, maximè cum hæc possessionis traditio & alienatio post Cæsaream inhibitionem in haud exiguum Augustissimi hujus judicii contemptum & vilipendium processerit. Inhibitio enim Cæsa- 15
rea, etiam injusta fuit timenda. Lancell. de attent.p.2.c.20.in præfat.num.231. Mandos. de inhibit.q.29.numer.7. ejusque contempta majestas & dignitas vel ob exemplum gravissimè vindicanda venit, & attentata post inhibiti- 16
onem facta odio spretus Judicum supremorum ad quos appellatum fuit revocanda esse respondit. Joan. Philipp. Monspel. consil. 89. numer.9. post Rebuff. in constitut. Regn. de app. art. 10. gl. 1. num. 10. quantumvis de non jure petentis 17
constaret. Steph. Gratian. decis.91.num.10.& 11. Cæs. Ursil. in addit. ad Matt. de Afflict. decis.98. num.3.

Proximum quidem esset, ut secundam submissionem in p°. arctioris inhibitionis examinaremus. Verum cum hic punctus causa principali definitivè decisa per se corruat, eo utpote supervacaneo prætermisso, statim ipsam causam principalem aggrediẽdo, primo constat Dominum appellantem sentẽtiam à qua cumulativè, 18
& nullitatis & iniquitatis insimulate, quod & simul fieri posse, docuit Gail.1.obs.27.n.8.& obs.25. Mynsi.4.obs.63. Videamus itaque initio de nullitate, postmodum in iniquitatem inquisituri.

Pervulgatum quidem est, ex l.diffamari.C.de ing. man. elevatis processibus duplex oriri judi- 19
ciũ, diffamationis videlicet, & causæ principalis. Gail.1.obs.11.n.2. In diffamationis judicio Dn. Actor in eo nullitatem commissam esse asserit, ꝙ nulla ꝑvia causæ cognitione, nec diffamationis probatione, citatio ex l. diffamari contra ipsum decreta sit, cum tamen de jure literalis vel 20

instru-

inſtrumentalis prætenſę diffamationis probatio citationem ex hac lege præcedere debeat, prout text. eſt expreſſus *p.2.ordin.tit.25.* Et ita in ſpecie docuerunt Blarer. *in repet d l. diffamari. c.1.n.9.* Gail.1.*obſ.*10.*n.*7.*&* 10. Mynſing. 4.*obſ.*81.*nu.*5. Nicol.Boer.*deciſ.*255.*n.*7.Cæſ.de Graſſ.*deciſ.*24. *n.*7.Menoch.*conſ.*366.*n.*1. Fichard.*conſ.*142.*n.* 2.*vol.*2.Ant.Gabriel.*lib.*2.*com. opin. tit. de judic. concl.*6.*n.*24.Joſeph.Ludov. *comm.concluſ.*14.*n.* 224.*verſ.infertur.* in tantum ut citatio nulla præcedente diffamationis probatione emanata ſit ipſo jure nulla,dd,loc.

Verum citationem ab huiuſmodi nullitate
21 primum ex eo defendi poſſe puto, quod conſiliariis ut judicibus eam decernentibus notoriè de hac diffamatione cõſtiterit. Ex quo Dn. Mynſingerus ſæpius apud ipſos ſolicitaverat, ut ſe de hoc tũc noviter aperto,& nunc litigioſo Crammii feudo, quod vigore expectativæ ſibi debeatur, inveſtire velint, quemadmodum ipſe Dn. Mynſingerus paſſim in actis apertè fatetur. Non igitur opus fuit, per alia documenta judicibus hîc diffamationis veritatem ulterius probare, utpote quod ipſis de illa notoriè cõſtiterit, cum
22 notorium nulla probatione indigeat, ſed ab omni onere probandi relevet. *l. ea quidem. ubi Dd. C. de accuſat. c. veſtra. ubi CCta. de cohab.* Ipſe Dn.Mynſing.*6.obſ.*3. & Gail. 1.*obſ.*31.*numer.* 6.

23 Accedit ſecundò, quod ipſe Dn. Myſingerus prætenſam diffamationem in receſſu ſuo orali in primo termino primæ inſtantiæ habito, haud obſcurè hiſce verbis fatetur. **Wiſſe ſich nicht zu erinnern / daß er ſeinen gnädigen Fürſten vnnd Herrn den Biſchoff** diffamirt **haben ſolte / ſondern er habe nicht mehr geſucht / als was er vermög Siegel vnd Brieff hette.** Et paulò inferius. **Daß er bey dem Herrn Biſchoff / auch Statthalter vnnd Räthen / Jngleichen bey einem Ehrwürdigen Thumb Capitul geſucht hätte / daß ſie ſeines Erachtens mit gutem Fug / vermög klarer**
24 **Siegel vnd Brieff geſchehen.** Hæ enim poſtulationes & prætenſiones ſunt illæ ipſæ prætenſæ diffamationes, ut vel ex hiſce propriis confeſſionibus diffamatio ſatis probata videatur, cum
25 nulla firmior ſit probatio, quàm propria & quidem judicialiter ab ipſa parte adverſa facta confeſſio. *l.un.C.de confeſſ.*

26 Denique quamvis in præſenti caſu nulla diffamationis probatio interveniſſet, tamen proceſſus vel ſola hac de cauſa nullitatis amplius incuſari non poſſet, quod ipſe Dn. Mynſingerus ſponte judicibus à quibus libellum porrigendo actoris partes in ſe ſuſceperit. Nam diffamationis probatio tantum ea de cauſa requiritur, ne diffamans invitus contra *tit. C. ut nemo invit. ager.* ſub comminatione perpetui ſilentii ad agẽdum compellatur. Quod ſi igitur ultrò actionem ſuam proponat, nulla ratio eſt, quare ob non præcedentem diffamationis probationem proceſſus annullari debeat, cum omni dubio
27 careat etiam illum, qui nec diffamavit, nec diffamationis convictus fuit, volentem abſque nullitatis vitio actionem ſuam intẽtare poſſe,& ita in ſpecie limitat præfatam regulam ipſe Dn. Mynſ.*3.obſ.*78.*n.*4. Interdum tamen, inquit, hoc judicium tractatur omiſſa hac diffamationis cognitione, ex eo quod citatus actionem, quam habet in judicium deducit, & ideo tum nihil ad rẽ attinet ſummaria de diffamatione cognitio.

Secunda nullitas prima fronte majorem ap- 28
parentiam habet, videlicet citationem hanc ab incompetente judice emiſſam, ideoque nullam eſſe. *l. 2. ff. ſi quis in jus voc.* Vant. *in tr. de nullit. ex def. citat. n.*27.Gail.1.*obſ.*48.*n.*7. Fulv. Pacian. *de probat. lib.*2.*c.*428.*n.*43. Nam citantes **die verord.** 29
nete Statthalter vñ Räth zu Hildeßheim / & poſt deputati conſiliarii, neq; tanquam ordinarii, neque etiam tanquam judices ordinationis tunc temporis judicii diffamationis ullo modo competentes judices fuerunt. Non ordinarii, nec 30
Dn. Mynſingeri utpote ſubditi Brunſuicenſis, nec Dn. Epiſcopi utpote ipſorum domini. Non judices ordinationis, cum necdum Dn. Epiſcopus à Dn. Mynſingero ad nominandum judices 31
ordinationis requiſitus fuiſſet, prout tamen *p.2. ord. tit.* exigitur. Judices autem ordinationis primum juriſdictionem & citandi poteſtatem habere incipiunt, poſtquam ad præcedentem requiſitionem actoris à reo nominati ſunt.

Quod ſi igitur Dn. Reus Dn. Mynſingerum ob prætenſam diffamationem legitimè cõvenire voluiſſet, non à ſuis conſiliariis, ſed ab Auguſtiſſimo Imp. Cameræ judicio citationem ex *l. diffamari* impetrare debuiſſet. Pũctus enim diffamationis ad ordinarium judicem ipſius diffa- 32
mati pertinet, prout poſt complures à ſe congeſtos docet Ant. Gabriel. *lib.*2. *com. opin. tit. de action. concl.*6.*n.* 41.*& ſeq.* qualis in pſenti eſt Camera, non novem illi conſiliarii, quos non eſſe, vel fuiſſe diffamati Dn. Epiſcopi ordinarios judices omnibus liquet, judicesque ordinationis 33
der Außtrag / non ſunt ordinarii, ſed delegati, prout docent D. Mynſ. 2.*obſ.*52. & Gail.1.*obſ.*33. *n.*3. Ideoque nec ad hos judicium diffamationis 34
pertinuit, prout in ſpecie tradit Gail.1.*obſ.*12.*n.*1. *ubi aut*: Si diffamatus Imperio quidem immedi- 35
atè ſubſit (uti hîc Dn. Epiſcopus) ſed prima inſtantia non ad Cameram, ſed ad judices ordinationis pertineat, (quemadmodum & hoc noſtro in caſu,) tunc fundata eſt juriſdictio Cameræ tantum quoad judicium diffamationis &c. Idem verbis ferè iiſdem ante eum docuit. Blarer. *in repet. l. diffamari. c.*4.*n.*30. Eamq; in rem extat 36
textus *in ord. p.*2.*tit.*25.*verſ.* **Daß wofern der Diffamirte ohne Mittel ꝛc.** Et noſtro in caſu proceſſus non ſuper cõſtitutione Imperii *d.l. diffamari* (utpote quæ locum non habet, niſi in **Friedbrü-** 37
chichen / Schmach / vnd andern dergleichen Sachen *d.tit.*25.*p.*2.*ordin.* Gail.1.*obſ.*10.*n.*1. Blarer. *d. tr. c.*1.*n.*8. qualis non eſt prætens diffamatio) ſed ex beneficio juris communis, quo utiq; hoc re- 38
medium in omni genere cauſarum, in quo quis diffamatus, eſt, indiſtinctè datur Dn. Mynſ. 5. *obſerv.*81.*n.*2. Nicol. Boer. *d. deciſ.*255.*nu.*7. Matth. Weſemb. *conſ.*96.*n.*22. A. Gail.1.*obſ.*9.*n.* 2. Ant. Gabr. *lib.*2.*com. opin. d. tit. de act. concl.*6.*nu.*2. petendi & poſtulandi fuiſſent.

Sed nec hęc objectio ex eo diluitur, ſi dicatur liberæ actoris electioni, qua via **der Außtrag**

uti

uti velit, relictum esse *p.2.ordin.tit.4.§. Item es* soll zu deß Klagenden ꝛc. Diffamatum autem Dn.
39 Episcopum in hoc judicio diffamationis actorē fuisse secundum Gail.*1.obs.11.n.2.& 5.obs.12.n.2.* & Ord *p.2.tit.25.in princ. ibi* : Die ansuchende Parthey Afflict.*decis.*268. Marant. *p.4. dist.21.n.* 19. & alios, quos refert Matth. Wesemb. *cons.96. nu.1.& seqq.* Et sic unam ex viis ordinationis eligere, novemq; consiliarios suos deputare potuisse. Verius enim & receptius est diffamatum
40 hic pro reo haberi, causamq; diffamationis coram ejusdem judice ordinario ventilandam esse. Cacher. *decis.*151.*n.3.& seqq.* Caval. *decis.*17.*n.* 14.*p.1.* Cæs. Ursill. *in addit.* ad Afflict. *decis.*268.*n.* 3. Ant. Capic. *decis.* 18. *per tot.* Matth. Wesemb. *cons.*96.*n.*1.2.*&seq.* Jo. Fichard. *cons.*147.*n.*1.*vol.*
41 1. hanc q; opinionem in Camera approbatam esse, ultra notorium stylum testantur Gail. 1. *obs.*9. *n.*7. & ipse Dn. Mynl. *6.observ.*90.*n.*3.& 8. Consequenterq; electio der Außtrāg non ad Dn. Episcopum, sed ad Dn. Mynsingerum, utpote actorem, spectare debuisset. Dn. Gail. autem in
42 contrarium citatis locis quoad illum tantum effectum diffamatū in judicio diffamationis pro actore habet, ut is diffamationem probare teneatur, non etiam quoad hunc, ut is in omnibus & per omnia pro actore censeatur. Præterea si in judicio diffamationis Dn. Episcopus actor, & Dn. Mynsingerus reus fuit, certè conveniendus erat d. reus corā Duce Brunswicensi, utpote suo ordinario, non corā den Außtragen. Nam quando Princeps reum privatum cōvenit, tunc inter illos die Außtrag nullum locum habent. Utcunque verbo hæc si in principio opposita essent, ad elidendam horum novem consiliariorum jurisdictionem fortè non parū momenti habuissent, ex quo tamen Dn. Mynsingerus, & quidē absq; omni protestatione de nō consentiendo, comparuit, eorumq; Jurisdictionem tàm tacitè quā expressè consentiendo, & libellum exhibendo prorogavit, necessariò consequitur, eum in reiterata sua peritione postea nimis serò hanc exceptionem incompetentiæ & fori declinatori-
43 am opposuisse, cum nemo consensum, quem semel cum primis ipso facto accommodavit, revocare. *l. per fundum. ff. de serv. urb. prædior. l. in*
44 *diem. ff. de aq. pluv. arc.* nec contra id quod semel sua voce approbavit, venire. *l. sicut. C. de obl. & act. l. cum profitearis. c. de rev. donat.* nec judicem
45 semel approbatum postea improbare possit, put in specie docent Seb. Vant. *de nullitat. tit. de nullit. ex defect jurisd n.*23.*& tit. ult. n.*36. Joseph. Mascard. *de probat. concl.*945.*in fin.* Lud. Schrad. *de feud. p.*10.*sect.*10.*n.*67.*& seqq.* Herm. Vult. *p.*2. *consil. Marp. cons.*19.*nu.* 29. *ubi* allegat etiam Jacob. Menoch. *cons.*2.*n.*39.*per l. sed etsi.*52.*ff de judic.* Mynsingerus autem novem illos consiliarios semel approbavit, uti videre licet in recessu oretenus in primo termino prioris instantiæ habitis, ubi postquam Cancellarius Hildesh. interrogasset, Ob die Partheyen auch wider die niedergesetzte Räth Einred hätten ? Responsum est à Mynsingero, er wisse an den Personen keinen Mangel. Et paulò inferius, posteaquam alii illi unà cum eo citati prędictam incompetentiæ exceptionem contra consiliarios opposuissent, Mynsingerus iteratò proponi fecit, so viel die Bestellung deß Gerichts anlangen thet / wüste er keinen Mangel an den Personen / liesse auch solche Bestallung auff ihr selbsten beruhen / daß er aber auff die außgangene citation erschienen / were willig vnd gern geschehen.

Annon autem hisce verbis manifestè in eos consensit? annon hoc ipso jurisdictionem satis prorogavit? Cui accedit, secundò, quod Mynsingerus suum libellum articulatum etiam absque omni protestatione de non consentiendo illis exhibuit, quo ipso non solum ad judicium principale transitum fecit, sed etiam uiteriorem electionem, quam alias uti actor in eligendo unum ex pluribus judicibus rei fortè habuisset, a- 46
misit; cum actor qui semel libellum uni ex pluribus judicibus rei exhibuit, amplius ab illo resilire & ad alium variando transire nequeat, per text. *in auth. qui semel. C. quom. & quand. jud. sent. prof. deb. l. ubi captum* 20. *ff. de jud.* Alex. *cons.*205. *n.*4. *lib.*7. & post Bald. & Tiraq. Lud. Schrad. *de feud. p.*10. *sect.*10. *n.*66.

Et sanè non sine ratione quis præsentem casum admirari posset, ubi quasi contra naturam non reus, sed actor exceptionem declinatoriam & incompetentiæ adversus personam judicis opponit, cum tamen eo modo reus, non actor excipere debuisset, quippe qui satis in personam illius judicis consensisse, eamque iam ante 47
approbasse videatur, dum reum coram illo convenit, eique libellum obtulit, prout pluribus ostendit Lud. Schrad. *de feud. p.*10. *sect.* 8. *nn.* 99. *& seqq* Quod si verò aliquam exceptionem contra istius Judicis personam habuisset, eam ante omnia præsertim verò libelli exhibitionem 48
merito proponere debuisset. per *l.*14. *C. de sent. & interl. omn. jud. l. fin. C. de except. c. insinuante. extr. de off. deleg. l si convenerit.*18. *ubi* Bart. *n.*3. & Jas. *n.*33 *ff. de jurisd. om. jud. post infinitos à se allegatos* Schrader. *de feud p.*10. *in præamb. n.*41.

Nec relevat, quod nullitas ex defectu jurisdi- 49
ctionis resultans (qualis hæc nostra esse prætenditur) etiam post tres conformes opponi possit, sicut post multos à se congestos firmat Ant. Gabr. *com. concl. lib.6. tit. de statut. concl.*3. *num.*9. Nam primò hoc verum est de reo non actore, 50
qui sciens & volens in illum judicem consensit. Deinde, quando judex vel tacitè vel expressè se 51
competentem pronunciavit, nec ab illa sententia aptatum fuit, tunc ulterius incompetentiæ exceptio non admittitur. gl. *in l.2. verbo, sciatur & ibid.* Jason *num.*38. *ff. si quis in jus voc. non.* Seb. Vant. *de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar.* Alex. *consil.*153. *in pr. lib.*2. etiamsi ipso jure judex ille nullam jurisdictionem habeat ex Abb. Dec. Domin. Lud. Schrad. *de feud. p.*10. *sect.*1. *num.*144. Jam autem judices nostri se tacitè competentes pronunciarunt, dum in prima interlocutoria partibus certum locum judicii, & reo terminum ad producendum exceptiones assignarunt.

Nam hoc facere non potuissent, nisi prius se competentes esse præsupposuissent, sicq; ad ulteriora progrediēdo se tacitè competentes pronuncia-

nunciarunt Ant.Gabr.*com.concl.lib.2.tit. de excep.concl.1 per tot.*

52 Tertiò ita demum nullitas ex defectu juriſdictionis reſultans poſt tres conformes opponi poteſt, ſi judex nullo modo inter illas perſonas judex eſſe poſſet, aliâs enim ſi juriſdictio ejus quem litigantes aliqua exceptione declinare poterant, tacitè vel expreſsè prorogetur, tunc proceſſus valet. gl. *in l.2. §.1.verb. conſenſus.ff.de judic.l.ſi procuratorem,ubi* Jaſon *n.9.ff.de jur.om.jud.* Sed novem iſti conſiliarii non fuerunt omninò incompetentes judices ordinationis, ſed fuerunt unus ex pluribus competentibus vigore legis & conſtitutionis *p.2.ord.tit.4.* Ideoque cum eorum juriſdictio prorogata ſit, nullus juriſdictionis defectus opponi potuit. Quo etiam facit hoc, quod aliâs dici ſolet, eam juriſdictionem quæ alicui potentia competit, indiſtinctè prorogari poſſe, uti poſt Bald. Caſtr. Curt.Felin.& Barbat.docet Schrad. *de feud. p. 10.ſect.3.nu.*112. Hiſce conſiliariis autem potentia hæc juriſdictio competebat, ideoque facilè prorogari potuit.

53 Denique quamvis fortè ex defectu juriſdictionis prior ſententia nulla foret, tamen cum hîc de meritis cauſę principalis conſtet, eadem à ſuperiore juriſdictionem habente (ſicque hîc ab Auguſtiſſimo Imperialis Cameræ judicio) vel cõfirmari vel reformari poſſet, Seb. Vant. *d.nullit. tit. quib. mod. ſent. null. def poſſ.n* 132.*ex* Alex. *conſil.*111.*lib.5 qui de communi teſtatur*; Idq; aliis authoritatibus illuſtrat Ant. Gabriel *lib. 6. com. concl.tit.de ſtatut.concl.*3.*n.*25.

Tertio Dn. Mynſingerus priorem ſententiam ex eo nullitatis arguit, quod præpropere, immatu-
54 rè, & abſque omni probatione lata ſit: Sententiam autem abſque probatione latam nullam eſſe allegatur ad hoc Felin. *in c. inter cæteras. de re jud.* Calcan. *conſil.*306.*col.*8.*verſic. non poteſt ferri ſententia.*& Marc. Socin. Jun. *conſ.*308.*n.*27. *lib.* 2.

55 Sed nec hinc nullitas concludenter eruitur, tum quod in facto non ſatis probatum ſit, hanc ſententiam abſq; omni probatione latam eſſe, quinimò contrarium ex actis prioribus & quidem inde appareat, quod Dn. Mynſingerus ſuas expectativas judicialiter ad probandam ſuam actionem exhibuit, tum quod præſens controverſia mera juris quæſtio ſit, & ſic nulla probatione indigeat, tum deniq; quod ſententia abſq; probationibus lata, non tam nulla, quam iniqua dici reputarique ſoleat. Vant. *de nullit. ex defect. proc.n.*38. Pacian. *de probat.lib.1.c.3.n.*24. Afflict. *deciſ.*47.*n.*1. Joh. Petr. Surd. *conſ.*223.*nu.*25. *Cum*
56 probatio non exiſtimentur de ſubſtantia ſententiæ. Felin. *in c. venerabilis.n.*42.*verſ. ſecũdo. de except.& in c. Eccleſia S. Mariæ.n.*24.*de conſtit.* Zaſ. *in l. ait prætor* §. *ſi judex. nu.*10. *ff. de re jud.* Franc. Caldas *in l. ſi curatorem verb. læſis. nu.*165. *C. de in int. reſt. min.* Menoch. *lib.*1.*de arb. jud. quæſt.*13.

Ultra hæc ambigi poterat, anne hæc cauſa, utpote feudalis, potius coram paribus curię, quam
57 coram judicibus der Außtrag ventilari debuiſſet, ex quo juris in cauſis feudalib. Außtrag locũ non habent uti ex *conſ.*24.*nu.*8.& 9.*tom.*3.*conſ. Germ.* probat cõpil. ſymph. *tom.*3.*verb.* Außtrag *pag.* (*mihi*) 52.& innuit And. Gail. 1. *obſ.*29.*n.*5.*in fin.* ſed eas per pares curię terminandas eſſe, text. 58 *in c.c.1.§.præterea.de prob.feud.alien.per Frid. c.1. de contr.ap.par.term.* prout & in ſpecie, quod de eo caſu, ſi quis (uti hic Dn. Mynſingerus) agat contra Dominum, dicens ſe eſſe vaſallum ipſius, 59 ac perat ſe de certo fundo inveſtiri, Dominus verò id negat, pares cognoſcant poſt Bald. docet Hart. Hartm. *pract.obſerv.li.2.tit.*54.*de feud.obſ.* 21.*n.*10. adde Mar. Soc. Sen. *conſ.*12.*n.*22.*vol* 1.*ubi dicit*, quando agitur de inveſtitura fienda, vel facta tunc cauſa ad pares pertinet, prout hunc refert Schrad. *de feud.p.*10.*ſect.*6.*num.*179. Ex his igitur primo intuitu dicendum videbatur, cauſam hanc in prima inſtantia non ad judices ordinationis, ſed ad pares curiæ pertinuiſſe.

Quibus tamen non obſtantibus, exiſtimo eam rectè non coram paribus curiæ, ſed judicib. ordinationis ceptam & peractam eſſe, cum juris ſit non incogniti, pares non niſi ſuper feudo jam 60 antè conſtituto, ita expreſsè docet Panorm. *in c. cæterum.n.*13 *ff. de judic.* Franc. Curt. *de feud.p.*7. *n.*37. Mozz. *de feud.tit.de nat.feud.num.*113.*verſ. Tertiò limitatur*, non etiam de conſtituendo co- 61 gnoſcere, ita ex Matth. de Afflict. *in c.1.§.præterea num.*19.*de prob.feud.alien.per Frid.& aliis tradit* Hartm. Piſt. *q.*15.*n.*33.*& ſeqq.p.*2.*lib.*2. Mozz. *d.n.* 113. Schrad. *de feud.d.p.*10.*ſect.*6.*n.*167.*& ſeq. ubi ait*, Si agatur inter dominum & vaſallum de feu- 62 do conſtituendo, putà ut Dominus certam vel incertam rem in feudum concedere velit, quam Titio promiſit (qui caſus eſt noſter) & ille Titius contra Dominũ agat actione perſonali ad hunc finem, ut Dominus promiſſioni ſuæ ſatisfaciat, hæc controverſia non ad parium curiæ, ſed ad judicis ordinarii forum & cognitionẽ pertinet. *Hæc Schrader.* Sequitur Herm. Vult. *de feud.c.*12. *n.*32.*lib.*2.& Henr. Roſenth. *de feud.c.*12,*concl.*4. *n.*1.& 8.

Nec diſſentit mea opinione Dn. Mynſ. 1. *obſ.* 99.*n.*3.& 5.*obſ.*75.*n.*3. quamvis Roſenth. eum p 63 diſſentiẽte alleget: priori enim loco expreſsè dicit quod ſi contentio ſit inter dominum & aſſertum vaſallum, qui nullum aliud feudum habeat, niſi controverſum ad ordinarium judicem recurrendum eſſe. Nec impedit, quod Dn. Myn- 64 ſingerus in reiterata ſua petitione in prima inſtantia objecit, pleraſq; ſibi ex adverſo oppoſitas exceptiones, poſſeſſionem & amiſſionem feudi concernere, ſicq; cũ hanc ad pares, utpote ad quorum cognitionem quæſtio de amiſſione feudi pertinet Mozz. *de nat.feud.n.*113.*verſ. ampliatur.* remittendam fuiſſe, cum ad fundandam juriſdictionem judicis reſpectu cauſæ in litem 65 deductæ, non qualitas defenſionis & exceptionum, ſed petitionis & narratorum actoris inſpicienda ſit, uti docent ipſe Dn. Mynſ. *obſ.*99.& Zaſ. *conſ.*13.*lib.*1.& *conſ.*8.*lib.*2. & Alex. *conſil.*79. *lib.*1. Barth. Cæpoll. *conſil.*24.*n.*45.*vol.*2.

Præterea hoc in caſu, ubi agitur de amiſſione feudi non jam conſtituti, ſed adhuc cõſtituendi, fortè prædicta regula nõ procederet, ſed vigore modò firmatæ diſtinctionis cognitio ad ordinarium ſpectaret, de quo latius nunc non inquiro,

cum

cum etiam eo concesso nihilominus Imperialis Camera iuxta superius deducta jure definitivè causam hanc decidere possit.

66 Ex his itaq; sequitur, aut nullam relevantem & considerabilem nullitatem priori sententiæ obiectã, aut si qua opposita sit, eâ tamen nõ attentâ Augustissimum hoc tribunal definitivè in causa principali pronũciare ex eo posse, quod de eiusdem meritis sufficienter constet per tex. in Ord. *p.3.t.24.§.1.* Gail. 1. *obs.52.* & ipse Dn. Mynsi. *ob. 27.& 5.obs.93.* Et hæc de prætensis nullitatibus.

Antequãtamen punctũ Iniquitatis aggrediar, paucis hic prius Dn. Appellãti in fine exceptionũ **gegen die Attentaten Klag** n. 16. obiecta exceptio desertæ Appellationis venit removenda. Eã a Dn. Appellati ex hoc inferre conantur, quod asserunt Dn. Mynsi. post à se interpositam Appellationem sæpius à senatu Hildesheimẽsi petendo, ut omnes eorum cives Cramensia subfeuda habentes ad se pro Investitura recipienda remittere velint, attentasse cõsequenterq; Appellatio-
67 nẽ deseruisse, cum appellans pendente appellatione quidq; attendans appellationẽ deseruisse, eoq; beneficio se indignũ reddidisse cẽseatur. Ipse Dn. Mynsi. 2. *obs.50.* & And. Gail. 1. *obs.146.n.12.*

Sed cum Dn. Mynsing. in suis Replicis in pũcto attentatorũ Num. 19. & conclusionib. n. 28. non procul à fine hanc ex adverso adsertã sollicitationẽ & petitionem expressam iteratò negaverit, nec eam vel minima literula Dn. Appellati probaverit, succedet vulgaris illa regula, quâ dici solet patia esse, non allegare, vel allegatum
70 non probare *c. dilecti. de except.*

Deinde posito, Dn. Mynsing. asserto modò hoc à senatu Hildesheimensi petijsse, tamen Dn Appellati apertè fatentur, rem in nudis terminis conatus permansisse, nec quidquam mutationis vel innovationis inde in effectu secutum esse. Unde cum causa in suo antiquo statu permanserit, nihil præsertim quoad hunc desertæ appellationis effectum attentatũ dici poterit per not. Rob. Lancell. *d. tract. de atten. in præfat. nu. 14. & seqq.* cui consequens prætensam desertæ appellationis exceptionem nullius esse momenti.

Expeditis igitur formalibus reliquum est, ut ad ipsa materialia, & causam principalem accedamus, ubi solito & consueto more primo indagandum erit, quænam actio instituta? 2. An ea probata? 3. An rursum elisa? 4. Et denique, quid pronunciandum sit?

De Actione.

71 AD feudum duntaxat promissum (quibus in terminis nos versamur) à Dn. petendũ datur vasallo vel actio ex stipulatu, si promissio stipulatione firmata fuerit post Curt. Iun. *de feud. p. 1. q. 10. vers. secunda est conclusio* Mozz. *de feud. tit. quæ or. act. ex feud. n. 4.* uti etiã Clarus §. *feudũ. q. 89.* & Herm. Vult. *de feud lib. 2. c. 1. n. 11.* Vel condictio ex morib. si illud simpliciter promissum sit, post alios cõmunem dicit Fran. Curt. Iun. *d. q. 10. v. 3. sit cõclus.* Mozz. *d. t. quæ act. or. ex feud. n. 5.* Clar. *d. q. 89.* Vult. *d. c. 1. n. 11.* Schneidvv. *de feud. p. 1. n. 27. vers. Aut vero vasall.* Lud. Schrad. *de feud. p. 2. p. 9. prin. sect. 9. n. 34.* Henr. Ros. *de feud. c. 12. concl. 11, n. 9. gl. in lit. h.*

Cũ verò ex **Anwartung** non appareat interrogationẽ Mynsing. præcessisse, & Dn. Episcopi Capituli; responsionem in cõtinenti secutã esse, quod tamen ad essentiã stipulationis requireretur *per tex. in l. obligamur. 52. ff. de obl. & act. & l. 5. §. stipulatio. ff. de verb. obl.* ac dici soleat, quod in instrumento non legitur, nec à partibus interpositũ censeri. tex *in l. ad probationem. lat. 1. C. de proba.* Crav. *cons. 630. n. 2.* ferè proclivior sum ad dandã hoc casu condictionem ex morib. In qua 72 potissimũ probandum erit, feudum petitũ sibi à Dn. Reo vel eius prędecessore ita promissum esse, ut & ipse ad hanc promissionem implendam teneatur, & conditionem promissionis extitisse & purificatam esse.

An probata.

IN facto inter partes convenit Mynsi. à defuncto Episcopo Burchardo cũ consensu & ratificatione Capituli expectationem in casum caducitatis (ut appellant Dd. feudi. Cramij datã eũq; casum Anno 1579. evenisse. Sed cum ante illud tempus promittens Episcopus diem suum obijsset, & proximè defunctus Dn. Episcopus in locũ eius suffectus esset, is promissionem à suo in prælatura prædecessore factã implere noluit. Unde præsentis controversiæ cardo potissimum in illa quæstione iuris hæret. An successor in prælatura expectativam à prædecessore suo cum consensu 73 Capituli datam tunc adimplere teneatur, quando feudum iam mortuo Prælato promittente ipsi successori apertum fuit.

Fundamentum intentionis Actoris principaliter in affirmativa consistit, quęprobatur primũ 74 ex eo, quod licet contractus cũ prælato celebratus personalis esse, & una cum persona prælati extingui soleat *c. ult. 12. q. 2.* Si tamen consensus capituli accesserit, fit realis, & successorem etiam obligat, uti docent Ant. de Butrig. Abb. & Io. de Anan. & Dd. communiter. *in c. fin. ne vic. suas sub ann. cens. conc.* ubi Io. de Anan. *formaliter ita ait*; Si Prælatus de rebus, Ecclesię accedente cõsensu Capituli contraxit, successor ipsius huic contractui stare omninò necesse habet, addens ita de facto consultũ respõdisse D. Florianũ &c. prout hæc refert & sequitur Collegiũ Lipsense in consilio quodam ab Hartm Pist. *ad calcem quæst. 27. lib. 2. p. 2. subiectio n. 15.* & ipse Hartm. Pist. *in d. q. 27. n. 16.* Et consensum Capituli intervenientem 75 in actu Prælati perpetuare obligationem docuit Bald. *in l. fin. in fin. C. sine cens. vel reliq. fund. comp. non pos.* & Card. Zabarel, *cons. 95. n. 5. gl.* & Dd. *in c. si gratiose. de rescr. in 6.* textusq; in hanc rem est expressius *in c. cum venissent. extr. de Instit. vers. inter alia &c.* Ex quo apparet, concessionem factã ab Episcopo cum consensu Capituli esse perpetuam, & successori præiudicare, uti etiam tradidit ibidem Panorm. *in 3. not ab.* Capitulum enim nunquam moritur *c. liberti. 12. q. 2. c. si gratiosè. de rescr. in 6.* Franc. Burs. *cons. 30. n. 9.* ubi post Rot. Rom. Alc. Socin. & Mand. *respõdet*, successorem in prælatura ex gratia reali per ptædecessorẽ con- 76 cessa ligari, & notandũ, quòd loquatur in gratia futura, quæ vivo Prælato concedente non est in actũ deducta, ubi *n. seqq.* plura appositè ad propositum facientia congessit. Pari modo, quando 77

conceſſio eſt facta cum conſenſu Conſilij regij, regnum ipſum videtur contrahere, & ſucceſſor non poteſt illam conceſſionem revocare Carol. Tapian *in l. fin. p. 2 c. 9. n. 16 ff. de conſt. prin.* Et ex
78 eo Regn. Sixt. *de regal. lib. 1. c. 6. n. 10.* Cui accedit, quod Epiſcopus beneficio Capituli ad honores aſcendit, & rerũ Eccleſiaſticarum emolumento fruitur. Idcoq; nõ iñerito adſtrictus eſt ad præſtandum id, quod geſtum eſt per Capitulũ, tanquã factum illius perſonæ, cuius beneficio lucrũ cõſecutus eſt. *l. ex qua perſona. ff. de R. I.* Et in terminis hoc applicat Hartm. Piſt. *lib. 2. p. 2. q. 27. n. 16. & ſeq.* Et Herm. Vult. *de feud. lib. 1 c. 10. nu. 16.* Iac. Thoming. *conſ. 11. n 28. & 41. ubi ait*, omninò neceſſe habet Prælatus factum Capituli tanquã perſonæ repræſentatæ, ex qua lucrum & emolumenta redituum Eccleſiæ conſecutus eſt, comprobare, & confirmare tenetur, allegans ad hoc Iñoc. Bal. Io. Andr. & Matth. de Afflict. Ita & aliàs dici ſolet, eum qui authoritatem rei accomodat, ipſam rem facere videri *per tex. in l. 1. C. de vet. iur. enucl.* Et ne amplius more pauperum Dd. (ut inquit Fr. Viv. *deciſ. 135. n. 4 & ſeq.* & Matth. Weſ. *conſ. 24. n. 13.* (per generalia eamus, ita in terminis terminantib. huius quæſtionis, quod ſucceſſor feudũ viventis alteri in caſum mortis à Prælato cum conſenſu Capituli promiſſum nihilominus dare & promiſſa adimplere teneatur, expreſſim tradidere Matth. de Afflict. *in c. 1. n. 6. &*
79 *14. qui ſucc. dar. ten.* Quæro (inquit) Si Prælatus cũ conſenſu Capituli inveſtivit Titium in diem de feudo vivẽtis abſq; eius conſenſu, & moritur deinde prælatus ante diem, utrum eveniente die teneatur ſucceſſor cõfirmare inveſtituram? Reſpondeo text. ille non diſtinguit in hoc, ſed certè per alia iura fit diſtinctio prædicta. Sic ſucceſſor eſt obligatus cõfirmare inveſtituram, allegat Zabar. Bald. & Ioa. de Anan. &c. Cum Afflicto tranſit *ibid. in d. c. 1. qui ſucc. feud. dar. ten.* Petr. Paul. Baltzar. *in fin.* eandemq; opinionem comprobat Io. Borch. *de feud. c. 7. mẽbr. 1. n. 20. in fin.*
80 Similiter (*ait*) ſucceſſor Clerici inveſtituram à defuncto factam confirmare tenetur, quamvis Sempronius poſt mortem Domini inveſtientis deceſſerit, quia Clericus eum quẽ in mortẽ Sempronij inveſtivit, cum conſenſu capituli inveſtierit. Hoc n. caſu Eccleſia contrahere videtur, *& n. 21 addit*, circumſpectus igitur ſit, qui in tempus mortis alterius à Clerico inveſtitur, petatq; ſe cum conſenſu Capituli inveſtiri. Conſenſus namq; capituli facit, ut feudo etiam poſt mortẽ Dn. aperto, ſucceſſor Domini inveſtituram cõfirmare compellatur. His quoq; ſuum calculum
81 addunt Lud. Schrad. *de feud. p. 2. c. 2. nu. 36. & 37. ubi dicit*, ſibi quoq; hanc opinionẽ placere. Her. Vult. *de feud. l. 1. c. 10. n. 16.* Quod ſi verò Inveſtituræ abuſivæ à Clerico factæ, ſive eius promiſſioni accedat conſenſus Capituli, ſucceſſor eius non minus tenetur atq; ſucceſſor laici Io. Schõner. *in diſp. feud. lib. 1. diſp. 8. theſ. 13.* & Henr. Ro-
82 ſenth. *de feud. c. 6. concl. 16. n. 7.* Omnium autem latiſſimè & exactiſſimè hoc examinat & tandem intrepide in noſtram ſentẽtiam deſcendit Hart. Piſt. *lib. 2. p. 2. q. 27. per tot.* addens *n. 24. in fin.* ſe ſcire ſecundum hanc ſæpius & reſponſum & iudicatum eſſe, quemadmodum etiam in terminis de facto conſulti pro hac ſententia reſponderũt Colleg. Iurid. Lipſenſe, prout illud conſilium ab Hart. Piſt. *poſt fin. d. q. 27.* ſubiectum eſt, præſertim *n. 15. & ſeq.* ubi etiam Collegium Iuridicũ Academiæ Francofurtenſis ad Oderam in conſilio quod *ibid. poſt d. q. 27.* invenitur, ubi *n. 11.* ita ſcribunt. Clari namque iuris eſt, ſi Epiſcopus cum conſenſu Capituli promiſit & inveſtivit aliquem de feudo viventis in diem, etiam non cum conſenſu tenentis, etſi Epiſcopus ante poſ- 83
ſeſſorem moritur, & nihilominus eius ſucceſſor promiſſionem vel inveſtituram confirmare, vel intereſſe præſtare tenetur, & pro hac etiam ſententia etiam conſuluit Iacob. Thoming. *conſ. 11. n. 24. & ſeq. uſq; ad fin. & conſ. 9. nu. 21. & ſeqq.* nec alienũs eſt ab hac opinione Nicol. Everh. Iun. *conſ. 1. n. 27 vol. 1* Et Petr. Heig. *p. 1. q. 14. n. 49. &* 84
ſeqq. ubi verſatur in terminis gratiæ & Anteceſſore Archiepiſcopi Magdeburgenſis cum conſenſu capituli factę, de coquendo in ſalinis menſalibus, & decidit, illam conceſſionem à ſucceſſore Archi Epiſcopi revocari non poſſe, ob id, & per conſenſum Capituli ratificata fuerit, citando Covar. & Carocium, noviſſimè Anth. Gothof. *diſp. feud. 4. th. 5. lit. b.* Matth. Steph. *de iurisd. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 35.* Cum igitur in præſenti caſu tot ſummorum Iuriſconſultorũ, Collegiorũq; deciſiones in terminis terminantib. habeamus, nõ per generalia argumẽta, & cõiecturas ire, uti ait Borgn. Cavalcan. *deciſ. 30. n. 38. p. 1.* nec generalibus regulis Matth. V Veſ. *conſ. 24. n. 13.* Franc. Bec. *conſ. 2. n. 11.* Cravett. *conſ. 716. n. 9.* Sed hiſce 85
ſpecialibus deciſionibus præſertim in iudicando inhærere debemus, uti poſt Calcan. ait Alexand. Raud. *reſp. 7. in fin. lib. 1.* & Franc. Viv. *deciſ. 135. n. 6.* V Veſemb. *d. n. 13.* Quinimò cum illæ deciſiones in terminis contradictionem paſſæ non ſint omnem controverſi caſus dubitationẽ ſubmovent, & inſtar legis allegari poſſunt, utiformaliter inquit Bernh. Græv. *in proœ. pract. concluſ. concl. 5. n. 121.* allegans adhoc inter alia Iaco. Menoch. *conſ. 73. n. 17. verſ. revocatur in dubium*, & eũdem Menoch. *lib. 2. præſum. 71. n. 16.* adde Fr. Bec. *conſ. 68. n. 9.* Ex his igitur hactenus liquidò conſtat Actoris intentionem etiam contra modernũ Dn. Epiſcopum Hildes. fundatam eſſe. Huic pro ſecundo non exiguum addit robur, quod hæc expectativa ab Epiſcopo Burchardo cum conſenſu Capituli Mynſingero ob eius benemerita eidẽ 86
Epiſcopo Capitulo & toti Epiſcopatui Hildesh. exhibita ſit conceſſa, uti probatur ſatis expreſsè ex verbis **der Anwarung** / ibi: **Vnd** dann ꝛc. **Joachim Minſinger ꝛc. vns vnd vnſerm Stifft Hildeßheim viel erſprießliche nutzliche vnd angenehme Dienſt gethan / vnnd er auch nach hochbegabter Geſchicklichkeit hinfürter thun kan. Vnd ꝛc. zuthun verſprochen / ꝛc.** & in confirmatione Capituli ibi: **Vnnd dann Joachim Mynſinger / ꝛc. Vns vnnd vnſerm Stifft / auch Ehrwürdigen Thumb-Capitul ein zeit hero viel erſprießliche / nutzliche vnd angenehme Dienſt gethan / Wie er dann auch nach hochbegabter Geſchicklichkeit hinfürter thun kan / vnd vnſerm Stifft vñ Thumb Capitul zu thun verſprochen.** At ſucceſſor in

præla-

prælatura tunc ad implendam de feudo viventis à prædecessore suo factam promissionem tenetur, licet illud vivente promissore apertum non sit, quando illa promissio ob benemerita facta fuit ita in terminis respondit Soc. Iun *cons.* 91. *n.* 18. *&* 19. *lib.* 2. idemq; tenuit Matt. de Afflict. *lib.* 2. *in c.* 1. *n.* 52. *qui succ. feud. dar. ten.* prout hos allegat & expressim cõprobat Lud. Schrad. *de feud.* 87 *p.* 3. *c.* 2. *nu.* 38. *& seq. ubi n.* 39. *sic dicit*, Unde vobis consulo, si contingat vos investiri de feudo vasalli viventis in illum eventum, si hoc feudũ Dn. C. Ecclesiastico P. apertum fuerit, ut semper faciatis investituræ inseri, vos de feudo propter benemerita vestra investitos fuisse quę sententia placuit quoq; Mod. Pistr. *concl.* 63. *n.* 2 *& seq. v.* 1. *ubi respondit*, successorem Episcopi teneri ad cõplendam promissionem de infeudato ab Antecessore benemerito factam *per tex. in c. per tuas de dona.* & notandum, quod ibi Pistoris versetur in casu ubi Episcopus benemeritũ Consiliarium suum remunerauerat. Facit, ꝙ & aliàs Prælatus ob causã remunerationis nõ solũ in præiudiciũ 88 successoris sui bona quædã Ecclesiæ donare vel concedere potest, sed etiam si is ante impletam promissionem de remunerando decesserit, successor ejus ad talem promissionem implendã teneatur *per tex. in c. illud* 16. *q.* 6. Ioa. And. *in addit.* ad Spec. *rubr. de reb. Eccl. non alie.* Alex. *cons.* 55. *n.* 4. *lib.* 1. Dn. Refer. *in cauſ. Epiſ. Leod. contra Annã de la Venne* (extat Symph. *tõ.* 4. *p.* 1. *vol.* 3. *n.* 71. ubi etiam in hoc allegat Ias. *cons.* 10. *n.* 16. *lib.* 3. & Viv. *lib.* 2. *com. opin. c.* 235.) addo Modest. Pist. *d. cõs.* 63. *n.* 6. *v.* 1. ubi in terminis respondit Episcopum in remunerationem consiliorum Episcopatui prę stitorum feuda promittere posse, successoremq; eo casu teneri promissum adimplere *per tex. in c. Ecclesiastic.* 12. *q.* 2. ubi Gregorius consiliario suo Theophilo donauit feudũ Ecclesiæ. Quibus adminiculatur quod Princeps tenetur servare & 89 adimplere cõcessiones & promissiones sui antecessoris, si illa remunerationis causa factæ fuerint, prout hoc multorum authoritatib. probat Ioseph. Ludov. *com. concl.* 16. *n.* 353. *& seq.* & remunerationis causa multa conceduntur, quæ aliàs non permitterentur *l. Attilius Regulus l. si pr. ff. de donat.* Franc. Bec. *consil.* 193 *n.* 18.

90 Sed hîc Domini Rei fortiter excipiẽdo insurgunt hanc generalẽ meritorum mentionem nõ sufficere, sed specialem ipsorum expressionẽ fieri debuisse, cum & aliàs, si in instrumento meritorũ mentio tantum in genere fiat, merita non probẽtur *per tex. in l. Attilius Regul. de don.* & Bal. *in l. illud in* 4. *quæst. C. de sacr. Eccl.* Cui addi potest Ceph. *cons.* 94. *n.* 18. & Masc. *concl.* 184. *n.* 2. qui plures allegat, & quando donator nõ descendit ad speciẽ recepti servitij, quod remunerare voluit, sed stetit in verbis generalib. nudo sermone effusis, tunc videatur magis posita ad colorẽ, nihilq; probat. arg. *l. quod venditor. & ibi not. ff. de dol. l. si quis venditor l. sciendum in pr. ff. de ædit. ed.* Hier. Schurf. *cons.* 11. *n.* 5. *cẽt.* 2. Tiraq. *in l. si unquã verb. donat. largitus. n.* 89. *& seqq.* And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 38. *n.* 4. & C. Mynsi. 4. *obs.* 75. maximè a. quãdo quis non potest liberè actum exercere (prout in nostro casu, ubi Episcopus in præiudiciũ sui successoris nõ potuit de reb. post mortem suam, & sic extincta potestate sua disponere, nec successorẽ in Prælatura ad implendã promissionẽ feudi se vivẽte nõ aperti obligare *per tex. in c.* 1. *qui suc. feud. dar. ten.*) tunc n. per generalẽ ciusmodi meritorũ cõfessionẽ merita nullo modo probãtur, quinimò potiꝰ in fraudẽ talis cõfessio facta præsumitur, prout ultra Bar. & Bal. in actis allegator ulterius probant Tho. Gram. *decis.* 83. *n* 9. Alex. *cons.* 55. *n.* 3 *lib.* 1. *& cons.* 43. *n.* 3. *lib.* 4. Masc. *d. conc.* 184. *n.* 6. *& concl.* 1152 *n.* 5. quò loci plures cumulat. Facit, ꝙ in simili traditur assertionem prælati 91 confitentis pecuniã in utilitatẽ Ecclesiæ versam esse, nihil probare, neq; ei stari, sed aliam probationẽ requiri. Menoch *cons* 39. *n.* 78. Natta *cons.* 352. *n.* 5. Elber. Leõ *cons* 37. *vers. nec j. mover.* & latè Masc. *concl.* 1160 *& seq. per tot.* Et in reb. Ecclesiæ alienare prohibitis oportere de benemeritis aliter constare, q̃ per assertionẽ concedentis dixit Tiber. Decia. *cons.* 25 *n.* 37. *vol.* 1. Et ut ad rem ali- 92 quantò propius accedamus, ita in specie tradit Fran. Burs. *cons* 151. *n.* 110. *l.* 2. *ubi aut*, nõ esse satis generalẽ meritorũ mẽtionem in instrumento alienationis rei Ecclesiasticæ fieri, sed de meritis aliter q̃ ex generali confessione authoris & alienatoris necessario constare debere, etiãsi author ipse Episcopus sit, hocq; cõmunioribus placitis receptum esse. Et ipse Mynsi. 4. *obs.* 88 *n.* 4. quasi 93 in terminis scribit, Dominos Assessores voluisse à Prælato ob benemerita investiẽte in diplomate Investiturę merita speciatim memorari oportere, nec sufficere ꝙ quibusdam verbis generic is benemeritorum mentio fiat *arg. d. l. Attilus. ff. de dona.* ubi nominatim merita recensentur; & *n.* 5. subijcit aliàs facilè umbratico meritorũ respectu Prælatus ius Ecclesiæ fraudare posset. Idq; signare jubet tanquam noratu dignum. Cũ igitur Dn. Mynsing. unà cũ reliquis Dominis in alijs à Prælato factis Investituris specialẽ meritorũ mẽtionẽ exegerit, sanè æquũ est, ut idem ius in propria causa quoq, statuat, & ipse eodẽ jure utatur, *l. ff. quod quisq; jur. in al. stat.* Et imputet sibi, quod illud in propria causa non signauerit, quod alijs signandum comẽdauit. Eandẽ cum Mynsing. opinionẽ quoq; secutus est Mod Pist *cons.* 63 *n.* 9. *& seq. v.* 1. Vtcunq; v. hæc prima cõsideratione 94 speciosa appareant, attamen negotio altius põderato arbitror hanc generalẽ meritorũ confessionem ob varias in hoc casu incidentes circumstantias, & primo quidem propterea sufficere, ꝙ inter personas & in casib. de jure nõ prohibitis generalis meritorũ adsertio sufficiat, nec specialis probatio requiratur, prout ultra Ias. Castr. & Dec. à Mynsi. in actis allegatos pluribus firmarũt Regner. Sixti. *de regal. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 25 *& seq.* Masc. *d. concl.* 184. *n.* 4 *&* 5. ubi post Socin. de cõmuni testatur. & And. Gail. 2. *obs.* 38. *n.* 6. Nos autẽ hîc 95 non aversamur in casu prohibito, sed ex consuetudine & iure feudali planè licito, videlicet in promissione expectativæ & Investituræ de re infeudari solita, quod moribus feudorum peru ísum est *tex. in c.* 1. *§. morib. si de feud. def. cont. sit int. dõ. & agn. c.* 1. *qui succ. feud. dar. ten.* Pet. Heig. *lib* 1. *q* 14. *n.* 49. Burs. *cons.* 29. *num.* 38 *ubi post* Signor. Socin. & Castr. *aut*, id jure fieri posse,

maximè in hoc caſu remunerationis per ea, quæ paulo ſuperius deducta fuerunt : Quibus addi poteſt Fran.Bec.*conſ.*129.*n.*26. ubi docet Prælato permiſſum eſſe remunerationis cauſa res Eccleſiæ etiam immobiles alienare. Menoch.*conſ.* 1003.*n.*52. poſt Tiraq. Pariſ. Nattam &c. quanto magis igitur permiſſum erit eidem res ante infeudari ſolitas de novo in feudum remunerationis cauſa permittere, cum in feudum datio multo minus præjudicet Eccleſiæ quam ſimplex alienatio Schrad.*de feud.p.*4 *c* 2.*num.*10. & non verſari nos in caſu prohibito, ſed de jure & conſuetudine Diocæſeos Hildesh. permiſſo & licito fatetur diſertis verbis ipſe Epiſcopus & totum Capitulum in der Mynſingero gegebener Anwartung. Sufficit igitur hæc generalis meritorum aſſertio.

96 Sed & citra veritatis læſionẽ nudè poſito, nos hîc verſari in caſu de jure prohibito, nihilominus tamen generalis meritorum aſſertio ab Epiſcopo uti Principe Imperij facta, per ſe ſola ſufficeret, nec ulla ulteriori & ſpeciali meritorũ probatione opus eſſet, uti ex Barb. Capi. & alijs probat Sixtin.*de regal.lib.*1.*c.*6,*n.*26. Cam. Borell *in addit.* ad Petri Belluga *Specul.Princ.rubr.* 2.*lit. d.ubi dicit*, conſideranda eſſe meirta concedentis, ut ſi fuerit Imp. Rex vel Princeps, tanta merita non requirantur, Cum Principem major deceat liberalitas, etſi merita pauca ſint. Et alijs authoritatibus illuſtrat Ioſeph. Ludov.*concl.*16. *n.*358. quibus poſt Ruin. & Curt. Iun. accedit Fulv. Pacian.*conſ.*29.*nu.*16. Et in terminis noſtris de Epiſcopo reſpondit Ern. Cothm.*conſ.*30 *nu.* 56.*vol.*1. & aliâs dici ſolet Epiſcopo, uti fide dignæ perſonæ in dubio ſemper credẽdũ eſſe Ceph. *conſ.*684.*n.*79. Et hoc non tantũ procedit, quãdo ejuſmodi Illuſtres perſonæ verſantur in actu, quem aliâs libere exercere poſſunt, ſed etiã tunc, cum aliâs prohibitum actum celebrant, uti poſt Bar. Bal. & præſertim Iaſon. ampliat Maſcard. *d. conſ.*184 *n.*34. Tertiò (inquit) limita, quod ſuprà dixi ſcil. (ut inter perſonas prohibitas nõ ſtetur generali aſſertioni) ut hoc non procedat quando hujuſmodi enunciatio fieret à Principe, aut ab alijs habentibus Iurisdictionem de publico, quia tunc licet faciant illam aſſertionẽ in actu, in quo liberè non poſſunt diſponere, tamen ſtatur eorum adſertioni, & ita in terminis ubi Epiſcopus ſub generali meritorum confeſſione conſiliario ſuo bona Eccleſiæ in feudum conceſſerat reſpondit Ern. Coth.*d.conſ.*30.*n.*59.*& ſeq. vol.*1.

97 Quæ generalis meritorũ confeſſio in præſenti caſu tanto validior & prægnantior pro tertiò, cenſenda, quod non per ſolum Epiſcopũ Burchardum, ſed etiã Decanum, Scholaſticum, Seniorẽ, & totum Capitulum Hildesh. facta ſit. Quãvis enim ſolius Prælati aſſertio, pecuniam in utilitatem Eccleſiæ verſam eſſe, in præjudicium Succeſſoris non probet. Menoch.*conſ.*50. *nu.*55. Maſcar.*concl.*367.*n.*1.*& ſeq.* Si tamen Prælatus hanc confeſſionem unà cum Capitulo faciat, tũ eam plenæ probationis rigorem ſortiri pluribus firmat Appellans in duplicis n.25. Imo generaliter quoties confeſſio Prælati ſimul cum capitulo facta eſt, tunc illa plenè etiã in præjudiciũ Eccleſiæ & Succeſſorum probare ſolet, uti ex Bald. & Decio probat ſimul communem dicendo Maſc. *d.concl.*367.*n.*5. ſequitur Zabar.*conſ.*95.*n.*7.

Et ſi aliquis defectus ex generali hac meritorum aſſeveratione oriretur, is tamen, pro quartò, per Clauſulã, omni meliori modo, inſtrumẽto noſtro inſertam ſuppleretur, perindeq; vigor illius haberetur, ac ſi omnia & ſingula particulariter & expreſsè ſpecificata eſsẽt, Cũ per vulgati juris ſit dictã Clauſulam eam vim & efficaciã habere, ut actus cẽſeatur factus omni meliori modo, quo jure cõfici potuiſſet vel debuiſſet. Crav. 98
*conſ.*347.*n.*2. Quinimo dicta Clauſula iuramẽti vim obtinet, uti tradit Bar.*in l.ſi quis in pr.n.*15.*ff. de leg.*3. quem ſequitur Burſ.*conſ.*307.*n.*144.*l.b.* 3. & noviſſimè Herm. Vult.*p.*3.*conſ.Marpur.conſ.* 18.*n.*203. quoties a contractus iuramento corroboratus eſt, tunc illùd juramentum habet vim ſpecialis Expreſſionis Surd.*deciſ.*225.*nu.*13. poſt Bal. Salic. & Seraph.*in locis ibid. allegatis*, nec requiritur alia meritorum probatio, uti reſpondit Rom.*conſ.*43.*in* 4.*dubio.* & docuit Everh. *in tap. in lo.*56. quos refert & ſequitur Mynſ. 4.*obſ.*75.*n.*5. 99

Ultra hæc & quintò probè expendendũ, quod generalis meritorum adſertio etiam inter perſonas prohibitas tunc ſufficiat, ſi enuntiata merita palam præſtita & notoria ſint, uti ex Iaſon. & Hypp. de Marſil. tradit Maſcar.*d.concl.*184.*n.*35. vel per conjecturas, & aliàs leviores probationes doceri poſſint Maſcar.*d.concl.*184.*n.*37. In præſenti a hypotheſi merita generaliter in inſtrumẽto enunciata, vel notoria eſſe, vel facilè probari poſſe ex cõcluſione Mynſingeri eluceſcit. Num. 28. §. **Vnd fält dem Appellanten/ ꝛc.** ibi: **So iſt doch die offenbare vnd vnwiderſprechliche Warheit/ auch im nothfall zubeweiſen/ dz er Mynſinger als ein Kayſerl.** ſub delegirter Commiſſarius **in vielen anſehnlichen hochwichtigen Sachen vnnd Irrungen/ ſo ſich zwiſchen dem vorigen regirendẽ Herrn Biſchoff vnd dero F. Gn. Capitul vñ dem Rath zu Hildeßheim begeben vnd zugetragen/ ſich beſtes fleiß gebrauchen laſſen/ wider einen Erbarn Rath daſelbſt vielmahl geordenet / auch dem Biſchoff vnd Capitul Beyſtandt geleiſtet / vnnd die Sach vertragen helffen/ wie dann ſolche verübte Händel vnnd vffgerichte Vertrag alles ferner außweiſen.** Et benè notandum, quod Domini Appellati hanc meritorum ſpecificationem in ſuis concluſionibus nullo verbo negare auſi fuerint, proindeque cenſentur hæc tacita confeſſione approbaſſe. Taciturnitas enim partis præſentis in judicialibus habetur pro conſenſu & libi præindicat. Hier. Mangon.*deciſ.Lucenſ.*3.*n.*9. Cæſar. Contard.*in l.un.lim.*13.*C.ſi à mom.poſſ.appel.* & nõ contradicens adſeveratis in judicio per adverſarium fateri videtur Crav.*conſ.*1. *nu.*11. & *conſ.*140.*n.*4.*& conſ.*402.*n.*8. Cæpol.*caut.*86. ubi firmat tacentem in judicio videri conſentire, & ideo cautelam eſſe in judicio verſanti, ut ſemper parti adverſæ in actibus ab ea allegatis contradicat, nec ſufficit generalis, ſed ſpecialis & certa contradictio exigitur. Mynſing. 2.*præſum.* 46.*num.*29. 100 101 102 103

Quod ſi vero neque per hoc merita ſufficienter probata eſſent, tamen pro Sexto, illa eo ipſo

pro

proprobatis haberentur, quod contrarium pro-
104 batum non est, cum benemerita eo ipso probétur, quod quis male meritus non probatur *per text. & gl. in l. si pater* 77. §. *rogo ff. de leg.* 2. Cravet. *cons.* 664. *n.* 10. *vers.* 2. *respondetur.* Ern. Cothma. *cons.* 30. *n.* 336. *vol.* 1. Mynſ. 4. *obſ.* 75. *in fin.* Maſcar. *concl.* 187. *n.* 2. maximè ſi (uti hic) generalis meritorum adſertio in inſtrumento facta præcedat. Maſcar. *concl.* 1052. *nu.* 3. *ubi ex Claro de communi teſtatur.* Deniq; quamvis nulla merita hic ſubeſſent, tamen ex eo ſolo ſucceſſor teneretur, quod in præſenti caſu cum conſenſu Capituli conceſſio facta fuit, ut ſupra in prima ratione decidendi comprobatum fuit.

His igitur ita firmatis omnia quæcunq; à Dominis Reis in contrarium adducta fuerunt, per ſe corruunt. Minus me movet illa à Dominis re-
105 is ulterius data inſtãtia, remunerationem ſcil. ad æquivalentiam meritorum Gail. 2. *obſ.* 38. *n.* 6. Tiraq. *in l. ſi unquam verbo donatione. nu.* 80. *C. de revoc. donat.* Maſcar *concl.* 186. *n.* 1. *& per tot.* Alex. *conſ.* 55. *n.* 2. *& ſeq. lib.* 1. Ceph. *concl.* 94. *n.* 16. *& in terminis.* Modeſt. Piſt. *conſi.* 63. *n.* 8. *vol.* 1. ac Franc. Burſat. *conſ.* 151. *nu.* 109. *vol.* 1. & quidem in bonis Eccleſiæ mobilibus non immobilibus Iaſon *cõſ.* 116. *nu.* 5. *lib.* 4 Dec. *conſi.* 174. *n.* 2. Coth. *conſi.* 30. *n.* 18. Rolan. à Vall. *conſi.* 18. *n.* 67. *vol.* 2. Hippol. Rim. *conſ.* 342. *n.* 74. *& ſeq.* faciendum eſſe, merita autem Mynſing. (poſito quod quædam ſint) tum tantæ remunerationi nullo modo æquivalentia eſſe, vel correſpondere, tum eadem in bonis Eccleſiæ mobilibus remuneranda fuiſſe.

106 Nã omnes illi Dd. qui remunerationis & benemeritorum æqualitatem requirunt, loquũtur in terminis lõgè diſſimilib. videlicet in caſib. donationum de iure prohibitarum, & per quæ rerum alienatarum dominium in totum transfer-
107 tur. Deinde etiam in perſonis alioquin abſque merito donare & alienare prohibitis, Ideoq; ne fraus fiat legi, dum Prælati fortè ob exigua merita immenſas donationes facerent, rectè traditur, donationes meritis tantum æquales eſſe debere. At in noſtro caſu omnes illæ rationes & conſiderationes planè ceſſant, verſamurque in caſu infeudationis nec Eccleſiæ in feudari ſolitæ, & ſic de jure communi licito.

108 Prætera quod de æquivalentia remunerationis & meritorum urgetur, id tantum locum obtinet in donationibus privatorum, non etiam Principum, uti docet Joſeph. Lud. *conſ.* 16. *n.* 362. hiſce verbis: Donationes principum (*inquiens*) non debent commenſurari meritis ſicut donationes privatorum, quia liberalitas Principis ſupplet omnia, & debet eſſe major quam liberalitas privatorum, allegans ad hoc Barbat. *in c. ſedes col.* 2. *de reſcr.* dicentem, ſe ita ſuſtinuiſſe quãdam donationem à Principe ob benemerita factam quæ impugnabatur, quod merita non correſponderent donationi. Tiber. Decina. *conſ.* 25. *n.* 77. *lib.* 1. Menoch. *d. conſ.* 1003. *n.* 63. Fab. de Anna. *conſi.* 62. *num.* 55. Alvar. Valaſc. *deciſ.* 72. *nu.* 6. Tiraq. *in d. l. ſi unquam Verbo donatione largitur nu.* 84. Et in ipſis terminis noſtris ubi conſiliario ab Epiſcopo bona immobilia in remuneratio-
nem conceſſa erant, ita quoque reſpondit Ern. Cothm. *conſi.* 30. *n.* 47. *& ſeq. lib.* 1.

Illud verò quod remuneratio tantum de bo-109
nis Eccleſiæ mobilibus, & non de immobilibus fieri debeat, fallit, ſi ob benemerita fiat, uti latè probat Erneſt. Coth. *d. conſi.* 30. *nu.* 153. *& multis ſeqq. vol.* 1, *ubi reſpondit*, Epiſcopum in Conſiliarium ſuum remunerationis cauſa res Eccleſiæ immobiles licitè alienare potuiſſe *per ibi allegata*, quibus addi poſſunt Modeſt. Piſt. *d. conſil.* 63. *n.* 6. *& ſeq. vol.* 1. & Fr. Bec. 129. *n.* 26.

Vel ſanè de illo caſu tantum exaudiendum 110
eſt, quando res illæ immobiles penes Eccleſiam conſtitutæ, nec antea in feudum dari ſolitæ, in perpetuum alienantur. Quin & bona immobilia feudalia, quæ ad Eccleſiam iam reverſa ſunt reverti ſperantur, & immeritis, præſertim cedente Capituli conſenſu, dari vel promitti poſſint, in iure ita clarum, ut vix quisquam hoc in controverſiam auſit vocare.

Stat itaque permanetque à Dnn. Appellato- 111
rum impugnationibus quoque firmum hoc ſecundum à meritis ductum argumentum, videlicet præſentem conceſſionem ob benemerita factam, conſequenterque etiam ſucceſſorem in Prælatura ad implendum eam obligatum & obſtrictum eſſe. Cum igitur vel ob ſolum conſenſum Capituli, vel ob ſola benemerita Succeſſor Prælati ad implendam Expectativam, quamvis demum poſt mortem concedentis purificatam teneatur, quantò magis idem hoc in noſtro caſu dicendum ſtatuendumq; erit, ubi utrumq; & conſenſus Capituli, & benemerita Vaſalli ſimul concurrunt? Sanè tali in caſu vix quenquam futurum exiſtimo, qui præſertim in conſulendo & judicando ab hac opinione diſcedere audeat.

Præſertim cùm & pro tertio his ſuperaccedat 112
quod contractus & promiſſio Inveſtituræ in præſenti caſu ſub nomine dignitatis Epiſcopalis facta ſit, ut tum ex principio & inſcriptione **Von Gottes Gnaden Wir Biſchoff zu Hildeßheim** / tum ex ipſo contextu & ſubſcriptione, tum ex ſigillo Epiſcopali & confirmatione Capituli evincitur, uti & alias de jure præſumitur poſt Curt. Senior. *conſil.* 34. *per tot.* Franc. Burſat. *concl.* 30. *nu.* 21. ubi dicit, ſemper in dubio præſumi Prælatum nomine dignitatis contractum celebraſſe. Succeſſor autem in Prælatura tene- 113
tur ex contractu prædeceſſoris, ſi contractus nomine dignitatis vel Eccleſiæ initus ſit, taliſque contractus realis cenſetur non perſonalis, tranſitque ad ſucceſſorem iſque eum ſervare tenetur, ſecundum Specul. *in tit. de arbit.* §. *finitur. vers. quod ſi Prælatus, & Abbat. in c. licet. de probat.* Angel. *conſ.* 245. *num.* 6. Marian. Socin. *conſi* 32. *num.* 7. *lib.* 1. Et Covarruv. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 15. *num.* 6. *verſ. Ego vero &c.* quos allegat Appellans in Replicis. Sic in ſimili locatio prædiorum nomine dignitatis facta à ſucceſſore in beneficio obſervanda. Natta. *conſil.* 517. *nume.* 1. ubi allegat Rot. Roman. *deciſ.* 232. *Si Prælat. locav. &c. in nov.* Rationem ſubiungit ex Bald. & 114
Fulgoſ. ibid. Natta *num.* 5. Nam (inquit) illo

caſu contractus dicitur Eccleſiæ, Ideoque ſucceſſor merito tenetur. Et generaliter quod contractus à prædeceſſore nomine dignitatis celebratur, ſucceſſorē in dignitate obliget, tradidere Bald *conſ.*159.*lib.*3. Ant. Capit. *deciſ.*121.*num.*5. Boer. *deciſ.*204.*nu.*42. Sixtin. *de regal.lib.*1.*c.*6. *n.*28. Octav. Cacher. *deciſ.*139.*nu.*11. Franc. Viv. *deciſ.*141.*n.*8.*& ſeq.& deciſ.*146.*n.*6. Hyp. Rimin. *conſ.*715.*n.*20.*& conſ.*355.*n.*19. Menoch. *conſ.*354. *n.*1.*& 2. & conſ.*986.*n.*25. Marc. Anton. Peregr. *conſ* 4.*num* 66.*p.*1. Ant. de Petra *de iure quæſ. per Princip. non tollend. c.*32.*q.*21.*n.*179.*fol.*551. Rod. Suarez. *alleg* 8 *num.*3.*&* 8. quia dignitas ſemper
115 durat & non moritur Bald. *d. conſ.*159.*n.*4. *&* 5. *lib.*3. & Symph. *tom.*4.*p.*1.*vot.*3.*n.*74. ubi loquitur in terminis de Epiſcopo Leodienſi. Natt. *conſi.*122.*n.*3. & in officiis & dignitatibus prædeceſſor & ſucceſſor cenſetur una perſona, *c. quoniam Abbas de offic. deleg. c ſi gratioſè de reſcr. in* 6. Bart. Chaſſan. *conſ.*15.*n.*22. Nec quidquam refert, quod ſucceſſor cauſam à prædeceſſore non habeat, ſed ex novo titulo per electionem ſuccedat *l. lex vectigalis ff. de pignor. l. ſi quis domum. pr. ff. locat.* quia nihilominus ſuccedit in iure dignitatis & afficit contractus dignitatem cuius & adminiſtrator. Ita formaliter reſpõdit D. Reinh. in voto ſuo in cauſa Epiſcopi Leod. contra Anna de la Venne, quod extat Symph. *tom.*4.*p.*1.
116 *vot.*3.*num.*74. allegans Bald. *conſ.*326.*lib.*1. Ergo etiam ex hoc fundamento ad implendum contractum prædeceſſoris reus teneretur, quod nomine dignitatis, in quam ipſe ſucceſſit, celebratus eſt, ut interim nihil dicam Prælatum Univerſalem ſucceſſorem dici ex Zabarell. *conſ.*95. Franc. Marc. *deciſ.*196.*num.*3.*p.*2. Marc. Mantua. *conſ.*135.*n.*3. ubi citat. *gl. in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpoliat.* & Innoc. *in c. cum te de reſcrip.* Nic. Everh. Iun. *conſ.*10.*num.*101.*&* 112.*vol.* 2. præſertim hic
117 ubi Epiſcopus uti Princeps Imperij ſucceſſit in territorio & jurisdictione non ſingularis, ſed univerſalis ſucceſſor exiſtimatur, & ideo in ipſa cum ſua cauſa & qualitatibus ſuccedit, uti formaliter ait Bald. *conſ* 202.*n.*2.*verſ. amplius vol.*2. Ant. Capit. *deciſ.*20.*n.*29. Nicol. Boer. *deciſ.*204. *num.*45. Succeſſor autem univerſalis repreſentat
118 perſonam defuncti. Hyp. Riminal. *conſ.*303. *nu.* 38. Aug. Morla. *in Empor. iur. tit.*10.*q.*2.*numer.*4. Ideoq; ad omnia illa tenetur, ad quæ is, cui ſucceſſit, obligatus erat, Petr. Barboſa *in l. ſi conſtante* 25. *§. fin. n.*8 *ff. ſol. matr.* qui ſine dubio ſi adhuc viveret ad tradendum hoc feudum obligatus eſſet text. expr. *in c.*1. *qui ſucc. feud. dar. ten. cum ſi-*
119 *mil.* Et ita in terminis noſtris tenet Franc. Burſ. *conſ.*30 *num.*50.*& ſeq.* ubi dicit ſucceſſorem in Prælatura cogi ratam habere conceſſionem feudi viventis, ſi conceſſio ſapiat contractum & Eccleſiæ nomine celebrata ſit, allegat Afflict. *in c.*1. *qui ſucc. ten. num.*55. Vide eundem Burſat. *d. conſ. n.*37.*& ſeq. n.*46.*& ſeq.*

His adminiculatur quartò & illud, quod Succeſſor, qui prædeceſſoris expectativam & promiſſionem ſimul approbavit vel ratificavit, omninò eveniente conditione illam adimplere te-
120 neatur. Quod enim ſemel ratihabitum eſt, poſtea improbari. Fulv. Pac. *conſ.*117.*n.*57. Pariſ. *conſ.* 47.*num.*15.*lib.*1.*arg. c. quod ſemel.* 21. *de reg. iur. in* 6. *l. nemo poteſt.* 75. *ff. de reg. iur.* quod ſemel approbatum poſtea reprobari. *l. Pomponius ſcribit ff. de negot. geſt. l. ſi uxor § fin. ff. de adult. l. ſi quis teſtib. C. de teſtib.* poſt Decia. *conſ.*35.*n*10.*&*11.*lib.*2. Franc. Bec *conſ.*129.*n.*53. & quod ſemel ratificatum amplius revocari nequit. Franc. Bec. *conſil.* 223.*num.*41. & ita in terminis docet Burſat. *conſ.* 30.*num.*36.*& conſi.*29.*n.*7.

At proximè mortuus Dn. Epiſcopus duplici modo hanc Mynſingero datã expectativam approbavit ratamque habuit. Primò enim illas re- 121
verſales literas quas Mynſing. d. Epiſcopo Burchardo Capituloque dederat, ſemper penes ſe poſt mortem eiusdem Burchardi retinuit, nec illas in hodiernum uſque diem Mynſingero reddidit, ſicque tacitè Expectativam approbavit, ratamque habuit. Quemadmodum enim reci- 122
piens literas ſine contradictione contenta in illis approbare cenſetur, Bart. *in l. ſi filiusfam ff. ad Maced.* Alex, *conſ.*78.*v.*1. Anton. Gabriel. *com. concl. lib.*1. *tit. de præſumpt. concl.*2.*num.*1. ubi plures in hanc rem congeſſit. Ita etiam ſcripturam 123
penes ſe retinens, & non contradicens illius cõtenta approbaſſe cenſetur. Paul. de Caſtr. *conſil.* 314.*col.*2.*v.*2. Iaſon *in l. quæ dotis ff. ſol. matr. n.*90. quos & alios refert & ſequitur Maſcard. *de probat. concl.*121.*nu.*10.*& ſeqq.* & Cravett. *de antiq. temp.*1.*§. viſo num.*20.*& ſeqq.* per text. *Clem.*1. *de procuratorib.* ubi ſi quis penes ſe retinuit inſtrumentum in quo procurator conſtituitur, videtur ſe tacitè obligare & illud officium non poteſt amplius recuſare.

Hoc igitur inſtrumentum reverſalium penes reos exiſtens ſemper locutum eſt. Petr. Paul. Pariſ. *conſ.*127.*n.*30.*lib.*1. & clamavit. Quamvis autem appellati n.15. in reſpõſione ad 6. articulum gravaminum negare velle videantur, quod defunctus Epiſcopus & Capitulum à Mynſingero Reverſales acceperint, tamen id liquido evincitur ex claris in confirmatione Capituli extantibus verbis, ibi, **Wie er dañ auch nach hochbegabter Geſchicklichkeit hinfüro wohl thun kan / auch vns vnnd vnſerm Stifft vnd Thumbcapitul zu thun verſprochen / vnnd darüber ſeinen** Reverſal **gegeben.** Cum igitur hinc appareat eos ſemel à Mynſingero reverſales accepiſſe, nec ullibi probatum eas ipſi redditas eſſe ſequitur, illas adhuc penes Dn. Epiſcopum Capitulumque extare 124
(nam qui ſemel habuit, præſumitur etiam nunc habere, & ubi res olim fuit, ibi & nunc eſſe præſumitur. *l. ſi quis ex argentariis §. pen. ff. de Edend. l. creditores C. de pign. act.*) & ſic ipſam expectativam ratihabitam eſſe. Debuiſſet enim Dn. Reus illas Mynſingero reddere, ſi prædeceſſoris promiſſionem ſervare & adimplere noluiſſet.

Nec vero ſolum Epiſcopus hoc modo tacitè, ſed etiam expreſsè, hanc promiſſionem eo ipſo ratificavit, quod in quadã Epiſtola mandato ſuo **Von dem Statthalter vnd Biſchofflichen Rãthen zu Hildeßheim** 24 Iulij An. 75. ad Mynſinger. emiſſa ipſe vaſallus Epiſcopatus nominatur, **Wann wir euch dann / als dieſes Stiffts belehnten bey dieſer Handlung gern haben wolten / als begeren an ſtatt hochermeltes vnſers gnädigen F.**

vnd

vnd Herrn gütlich/vnd zweiffeln wir an euch / als einem welcher dieses Stiffts hiernechſt zugenieſſen verhofft / vnd darumb auch von demſelben be-
125 günſtiget iſt worden/gar nicht. Epiſtola autem pro eo ad quem mittitur contra eum, qui mittit, probat Maſcar. *de probat. concl.* 626. *nu.* 8. *& ſeq.* Crav. *de antiq. temp. p.* 1. *§. vidimus n.* 41. etiamſi verba enunciative in Epiſtola prolata eſſent ex
126 Felin. *in c ſcripta num.* 17. *in fin. de fid. Inſtrum.* & Menoch. *de arbitr. c.* 94. *num.* 10. *lib.* 1. Maſcard. *d. concl.* 626. *nu.* 17. etiamſi careat ſubſcriptione,
127 dummodò mittentis nomen contineat. Felin. *in d. c. ſcripta num.* 19. *verſ. quæ omnia.* Per. Paul. Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 108. *lib.* 2. quos inter alios refert &
128 ſequitur Maſcar. *d. concl.* 626. *n.* 20. Imò litera ſigillo Epiſcopi ſigillatæ ſine ſubſcriptione probant. latè Maſcar. *concl.* 990. *per tot. & concl.* 627. *per tot.* Quamuis autem Epiſcopus prætendat, ſuos conſiliarios abſque ſuo mandato Mynſingerum in ea epiſtola vaſallum appellare, tamen id omni repugnat veriſimilitudini, cum & actus
129 officialium, præſertim Cancellariorum & Locotenentium habeantur perinde, ac ſi ab ipſis Principibus, quorum officiales ſunt geſti eſſent per doctrinã Bar. *in l. ſi publican. §. fi. ff de public. CCte. in c. cum dilecti extr. de reſcrip.* Et utut ſit, certè ex hiſce literis manifeſto liquet, daß die Fürſtliche Hildeßheimiſche Statthalter vnd Räth es auch dafür gehalten/hanc Mynſingero datam Expectativam una cum morte Epiſcopi Burchardi nõ expiraſſe, ſed eiuſdẽ ſucceſſorem eveniẽte morte Crammij ad inveſtiendum Mynſingerum ob-
130 ligatum fuiſſe. Quinimò eo ipſo, quod Illuſtriſſimus ſucceſſor dictam gratiam expreſsè non revocavit, cenſetur eam approbaſſe, & confirmaſſe, uti in terminis reſpondit Burſ. *conſil.* 29. *nu.* 37. poſt Dec. & Afflict. *deciſ.* 127. *num.* 8. & ſucceſſor in Epiſcopatu, quamvis ſtricto iure non compellatur eiuſmodi gratiam ratam habere, tamen ex æquitate & pietate illud facere, eamque gratiam prædeceſſoris confirmare & approbare debet uti reſpondit Burſat. *d. conſi.* 29. *num.* 32. *poſt.* Signor. *conſil.* 60. qui ita conſuluit in feudo Epiſcopatus Mantuæ, relatur per Socin. Iun. *conſ.* 79. *n.* 120. *v.* 1. ac tradit Caſtr. *conſ.* 245. *v.* 2. His igitur omnibus in unum iunctis: ſatis Actoris intentionem probatam eſſe exiſtimo.

An Eliſa?

REi primum & potiſſimum ſuæ defenſionis & Eliſionis argumentum in eo collocant, quod acriter contendunt Actori nullam actionem adverſus ſucceſſorem Dn. Burchardi in Epiſcopatu in præſenti caſu ubi feudum non ipſi Prælato Inveſtituram promittenti, ſed eius per electionem ſucceſſori apertum, delatumq; fuit, competere, nec hunc Eccleſiaſticum ſucceſſorẽ
131 ad cõfirmandam à prædeceſſore in caſum mortis ultimi vaſalli promiſſam Expectativam, ullo modo cogi compellique poſſe, cum conſentiente poſſeſſore à prædeceſſore in poſſeſſionem deductus non ſit, per text. expreſſum *in c. 1. qui ſucc. feud. dar. ten.* qui formaliter ita habet: Si verò Archiepiſcopus Epiſcopus erit inveſtiturã eius feudi, quod alius detinebat, eo tenere alicui dederit, ut poſt deceſſum eius qui poſſidet; habeat, & ante deceſſerit Archiepiſcopus, quam ille, qui feudum poſſidebat, Succeſſores eorum non coguntur inveſtituram eam facere vel confirmare, etiamſi pares Curtis adſint teſtes, vel breve teſtatum niſi ille, qui inveſtituram acceperit, nomine eius feudi in poſſeſſionem miſſus
132 ſit eo conſentiente, qui detinet. *Hactenus textus.*
Ad idem eſt textus alius *in c. 1. §. Si Dominus, quibus mod. feud. conſt. poteſt.* Si Dominus, *inquit textus*, qui inveſtivit, fortè Clericus ſit, & contigerit, ut ante moriatur, quam vaſallus feudi poſſeſſionem nanciſceretur, exinanitur feudum
133 text. etiam eſt *in c. 1. de cler. qui Inveſt. fec. ibi*, Si tamen ante deceſſerit Inveſtitor (clericus ſcilicet) antequam feudum ad ſe revertatur, ſucceſſor eam non cogitur ratam habere &c. & ita ipſe Mynſing. *reſp.* 98. *num.* 22. ſcribit, Succeſſorẽ Prælati non tenere ratam habere inveſtituram promiſſam, niſi vaſallus in poſſeſſionem deductus ſit. Ab hiſce igitur, ut clatis textib. iuris non eſt recedendum, etiamſi mille Dd. contrarium teneant, ut ait Sonsbec. *de feud. p.* 2. *numero.* 162. quamvis in alijs terminis. Cujus juris evidenter
134 rationes reddi poſſunt. Et primum quidem illa, quod Epiſcopis Eccleſiarumq; Præſulibus præſentium tantum, non etiam poſt mortem ſuam gerendarum rerum adminiſtratio & diſpoſitio competat per text. *in c. fin.* 12. *q.* 1. *& c.* 2. *de donat.* unde permiſſum ijs non eſt, de rebus futuris diſponere Burſ. *conſi.* 30. *num.* 24. & ſucceſſori veluti falcem in aliam meſſem injciendo in futuris præiudicare, uti poſt Bal. ait Hartm. Piſt. *d. q.* 27. *num.* 2. *p.* 2. *lib.* 2. adeò ut ne, quidem ipſe Pontifex poſſit reditus percipiendos tempore ſucceſſoris donare in ejusdem præjudicium, quia Papæ poteſtas quantumvis ampliſſima, limitatur tamen tempore donec vivat. Ita formaliter Alciat. *conſi.* 2. *n.* 1. *& ſeq. lib.* 4.

Secunda ratio eſt, quod Epiſcopi non ſucceſ- 135
ſionis, ſed electionis jure ad illam dignitatẽ aſcendant. *c. Apoſtolica* 8. *q.* 1. *c.* 1. *de præbend. c. ad decorem, de Inſt.* Ern. Coth. *conſi.* 62. *num.* 37. Succeſſores autem per electionem non tenentur ratum habere vel ſervare contractum ſui prædeceſſoris Io. Petr. Surd. *deciſ.* 326. *num.* 81. ubi inter alios allegat Octav. Cacheran. *deciſ.* 139. *n.* 7. ſequitur Tiraq. *de primogen. q.* 25. *num.* 20. & 25. Lud. Schrad. *de feud. p.* 3. *c.* 2. *num.* 25. *per text. in l.* 1. *C. de contr. Iud. c. niſi de præbend.* nec expectativam Borch. *de feud. c.* 7. *membr.* 1. *numer.* 19. Herm. Vultej. *de feud. c.* 10. *num.* 16. Schrad. *d. n.* 20. Henr. Roſenth. *de feud. c.* 6. *concl.* 17. *nu.* 2. *gl.* 6. maximè autem electus non tenetur ſervare 136
contractum ſui prædeceſſoris, ſi is ipſi ſucceſſorem ſupplicare voluiſſet præveniendo ante tempus, uti poſt Bald. Alvarot. Card. Alex. & Laudens. ait Anton. Gabriel. *com. opin. lib.* 3. *tit. de inr. quæſit. non toll. concl.* 5. *num.* 6. (uti hic) præſertim ſucceſſor in Prælatura poſt laſ. *conſi.* 1. *num.* 5. *in fin. & ſeq. v.* 1. Gabr. *d. concl.* 5. *nu.* 7. Prælatus enim 137
obligatur actione perſonali, quæ unà cum perſona extinguitur Laur. Calcan. *conſ.* 125. *num.* 13. *p.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1121. *nu.* 4. nec contra ſingularem ſucceſſorem, qui non ex defuncti

perſona,ſed ex Capituli electione ſingulari jure ad dignitatem illam evehitur, competit Iaſon. *in l.qui opus.num.4 ff de nov.op.nunc* Laur. Calcan *d.conſi.125.nu.6.8.& 14.p.1.* Ern. Cothm.*d. conſi 62.num.37.*

138 Etſi verò hæc in theſi & ſuis terminis veriſſima ſint,tamen in noſtra facti ſpecie ubi contractus & promiſſio cum conſenſu & ratificatione Capituli facta fuit, manifeſtam limitationem patiuntur.Eo n. in caſu etiã ſucceſſorem in prælatura ad confirmandam expectativam adſtringi, quamvis feudum viro promittente non ſit apertum,nec vaſallus cum conſenſu detinentis in poſſeſſionem inductus,ſuprà tam rationibus quam ſummorum Iuriſconſultorum individuis auctoritatibus ſatis comprobatum eſſe reor, ut ſupervacaneum ſit, eadem denuo hic tædiosè reiterare. Reſtat igitur ut ſupra obiectis textibus & rationibus paucis reſpondeamus, quod facili labore fieri poſſe exiſtimo.

139 Nam iuris feudalis in medium producti textus ad unum omnes de eo caſu loquuntur, quãdo à ſolo prælato conceſſio facta eſt, non etiam de noſtro,ubi ſimul conſenſus Capituli intervenit,ita expreſsè hoc text.intelligunt Afflict.*in d. c.1,num.14.qui ſucc.feud.dar.ten.* Hartm. Piſtor. *d.p.2.lib.2.q.27.num.25.& ſeqq.* Collegium Iuridicum Lipſenſe *in ibidem ſubiecto conſilio nu.24.* uti & Francofurtenſe *ibid.num.21.* & alij pro hac ſententia ſupra adducti Dd.Isque intellectus ſatis ex ipſa litera textus mea opinione eruitur, ibi,ſi Archiepiſcopus,Epiſcopus,Abbas vel Abbatiſſa inveſtituram eius feudi, quod alius detinebat,eo tenore dederit,ut poſt deceſſum eius qui poſſidet habeat &c.& ante deceſſerit Archiepiſcopus,ſucceſſores eorum non coguntur eã inveſtituram confirmare.*c.1,qui ſucceſſ.feud.dar. ten.* Nam text.manifeſtè ad literam de illo caſu agit, quo ſolus Archiepiſcopus vel Epiſcopus
140 inveſtituram fecit,non etiam de noſtro, ubi cõſenſu Epiſcopi & Capituli ſimul Inveſtitura facta eſt : hoc enim caſu realis & perpetuus eſt contractus, ſucceſſoremque obligat, ut ſupra probatum fuit. Nihil itaque ad rhombum faciunt citati textus juris feudalis, quantumvis Rei omne robur defenſionis in ijs collocent.

141 Similiter nec ſtringit prima in medium adducta ratio, quod Epiſcopus non habeat facultatem diſponendi de futuris in præiudicium ſucceſſoris. Siquidem illud tum non obtinet ſi cum conſenſu capituli conceſſio, & diſpoſitio facta ſit, quaſi tunc ipſa Eccleſia videatur contrahere,quę nunquam moritur *c. liberti.* 12.*q.*2. uti formaliter in terminis reſpondet & Afflict. *deciſ.*101.Hart.Piſt.*d.q* 27.*n.*22.

142 Quod etiam obiectum eſt, ſucceſſorem per electionem non teneri ſervare contractum vel expectativam à prædeceſſore datam, præterquam quod multas alias limitationes patitur, certè ad contractum vel expectativam à Prælato cum conſenſu capituli datam neutiquam extenditur, ut expreſsè docet Bald. *in l.fin.in fin.C. ſin.conf* & ex Hartm.Piſt.*d.q.*27.*n.*21. & plurib. ſupra oſtenſum eſt.

143 Pariter quamvis conventio Prælati regulariter ſucceſſorem non obliget, obligat tamen quando conſenſus Capituli intervenit.Ita Caſtr. *conſ.*407.*Satisfaciendo num.*5.*p.*1.Dec.*conſ.*474. *num.*2.Maſcard.*de probat.conſi.*367.*num.*5.Bald. *in l fin.num.ult. C.ſin.cenſ.vel reliq.* &c. ubi hoc, quod dicitur obligationes Prælati non tranſire in ſucceſſorem,declarat, niſi intervenerit conſenſus Capituli,hac additaratione. Nam (inquit) quia Capitulum non moritur obligatio perſeverat, cum etiam ſucceſſorem habere non
144 poſſit, quia mori non poteſt. Et in terminis ita huic obiectioni reſpondent Hartm.Piſt.*d.q.*27. *num.*21.& Iacob.Thoning *d.conſi.*11.*numer.*40. *& ſeq.* Sed & ad diluitionem huius rationis probè ponderandum eſt nos verſari in Expectativa, vel conceſſione ob benemerita & remunerationem indulta,quam & ſuccedens per electionem tenetur ſervare,& adimplere geſta ab anteceſſore. Ita poſt Oldrad. Alber. Spec. Decian. Natt.& Roland. docet Ioſeph.Ludov.*com. concluſ.*16.*n.*365.adde Modeſt.Piſt.*conſil.*63.*nu.*2.*& ſeq.vol.*1.*per text.in c.per tuas.de donat.* Vir.*lib.*2. *com.opin.*235.

Verùm cum in hoc fundamento potiſſima 145
ratio vel condemnationis vel abſolutionis verſetur,Rei multum in eo deſudant, An ſuprà cõfirmatam limitationem de conſenſu Capituli aliquo modo infringere poſſint, variaque argumenta eum in finem coacervant. Ideoque illa ordine paucis perſtringemus. Primò igitur contra ſuperius datam reſponſionem (videlicet tex. illos iuris feudalis *in c.1.qui ſucc.feud.dar.ten.& in c.1.de cler.qui inv.fec.* loqui tantum de eo caſu,quando à ſolo Epiſcopo expectativa data eſt, non etiam cum conſenſus capituli acceſſit) regerunt,verba textus generalia eſſe, ideoque & generaliter accipienda *l.1.§.generaliter.ff. de leg. præſt. l.fin.C.de dot.prom.* cumque lex non diſtinguat,nec non diſtinguere debere *l.de precio.ff.de public.in rem.*

Sed reſpondetur nos etiam intelligere text.il- 146
lum generaliter in ſuis terminis in quib. loquitur,videlicet ſi à ſolo Epiſcopo vel Prælato Inveſtitura promiſſa ſit.Secundò reſpondetur textus quamvis generaliter loquentes tamen eſſe 147
reſtringendos nihilominus ex earum ratione ad terminos rationis. *l.cũ pater.§.dulciſſimis,* & ibi Bart. *ff.de leg.*2. Atq; illorũ capitũ ratio,quod vi- 148
delicet Antiſtes præſentium tantum rerum non etiam futurarum adminiſtrationem habeat,nec in ipſis ſucceſſori præiudicare eumve obligare poſſit,ceſſat,ubi conſenſus Capituli intervenit, quia tunc contractus fit realis,& ad ſucceſſores tranſitorius,obligaturque eo caſu ſucceſſor, ut ſupra dictum. Ceſſat igitur horum textuum ratio in hac hypotheſi,& conſequenter etiam diſpoſitio, & ita ad hanc obiectionem reſpondit Hartm.Piſtor.*d q.*27.*n.*25.*&* 26.

Secundo inſtant Rei ex eo,quod text.*in d.c.*1, 149
qui ſucc.feud.dar.ten. tradit regulam, Succeſſorẽ Prælati non teneri ad inveſtiendũ ob expectativam à prædeceſſore datam de feudo viventis, ſi vivo illo, qui promiſit, feudum apertum non ſit, hac unica addita exceptione, niſi ille qui inveſtituram acceperit, nomine eius feudi in poſſeſſio-

sessionem missus sit, eo consentiente, qui i detinet, &c. quod hic factum non est. Quare hæc exceptio firmat regulam in omnibus casibus nō exceptis. *l. cum Prætor. de iudic. l. maritus. C. de procur. l. quæsitum. 5. denig. & ibi* Bart. *ff. de fund. inst. & instr. leg.* Ioh. Petr. Surd. *decis.* 185. *num.* 8. Iacob. Thoming. *cons.* 42. *num.* 19. *cons.* Marp. *p.* 3. *cons.* 7. *num.* 51. *& consil.* 8. *num.* 6. & regulæ
150 tenaciter inhærendum erit, nisi contrarium specialiter & expressè constitutum inveniamus, uti ex Cels. Hugo. *consi.* 65. *num.* 10. *vers. non obstat.* ait Franc. Viv. *d. decis.* 135. *num.* 7. & secundum illam pronunciandum post Franc. Bec. *consil.* 89. *num.* 8. *vol.* 1. Franc. Viv. *d. decis.* 135. *infin.* Cum igitur nullo in loco specialiter & expressè ille casus, ubi cum consensu capituli talis investitura facta est, ab illa regula in jure excipiatur, merito regulæ statur, secundumque eam judicatur.

151 Quæ instantia itidem facilè tollitur respondendo primum in illis demum exceptionem confirmare regulam, quæ sub regula comprehenduntur, & quæ de regula sunt. *per c. qui ad agendum. de procur. in* 6. Dec. *in l.* 1. *de R. I. numer.* 24. *&* 25. Iacob. Thoming. *cons.* 28. *numer.* 9. & Consil. Marp. *p.* 3. *cons.* 34. *num.* 143. Noster verò casus, ubi ab Episcopo cum consensu Capituli expectativa data est, non est de regula *in d. c.* 1. *qui succ. feud. dar. ten. tradita &c.* regula enim tantum loquitur de eo casu, quando Episcopus concedit, Ergo illa ibi subjecta exceptio non confirmat regulam in casu nostro, utpote qui non est de regula.

152 Deinde utcunque casus noster de regula esset, tamen textus ille indistinctè loquens ex alijs juribus distinguendus esset, quæ in casu adhibiti consensus capituli successorem obligant, ita declarant in terminis Hartman. Pistor. *d. q.* 11. *num.* 28. *p.* 2. *lib.* 2. & Iacob. Thom. *d cons.* 11. *num.* 40. *&* 41. Lex enim generaliter & indistinctè loquens per aliam legem restringenda est *l. non est novum. ff. de legib.* Everhard. *in loc. à ratione legis.* Seb. Med. *de reg. iur. reg.* 1. *numero.* 59. Et pro expresso etiam habetur illud, quod per bonam consequentiam ex lege vel Canone deducitur. *l. tam hoc iure. ff. de vulg. & pup.* Cravet. *cons.* 149. *num.* 11. *& cons.* 257. *num.* 6. *& cons.* 659. *nume.* 2. adeò ut hæc limitatio perinde habenda sit, ac si expressa esset in ipsa lege, quippe quæ ex bona consequentia aliorum jurium deducatur, uti suprà ostensum.

153 Tertiò Rei consensum Capituli esse quid accessorium ad ipsam concessionem Episcopi tanquam principale contendunt. Ergo illo principali per mortem Episcopi extincto & annullato, consensum quoque Capituli tanquam accessorium corruere inferunt *per l. cum principalis* 178. *de R. I. l. nihil.* 139. *§.* 1. *ff. eod. c. accessorium. de R. I. in* 6. Cui addi potest Cravett. *consi.* 506. *num.* 5. *& consi.* 757. *num.* 4. Ioh. Petr. Surd. *decis.* 289. *n.* 2. Mynsing. 3. *obs.* 2. Similiter quod consensus alicui actui adhibitus, illo annullato nihil operatur *l.* 6. *§. fin. quib. mod. pign. vel hyp. solv.* Bald. *in l. si diversa. C. de transf.* & sic etiam quasi in specie docuit Panorm. *in c. fin. de procur.* dumpet illum text. concludit, quod si Prælatus qui generaliter procuratorem constituit mortuus fuerit tunc mandatum procuratoris expirare, sive cum, sive absque Capituli consensu procurator constitutus fuerit.

Verum respondetur hoc casu, ubi consensus 154
capituli accessit mortuo Episcopo ipsam principalem concessionem non corruere nec extingui (uti exemplo præsupponitur) sed adhuc subsistere per superius dicta. Deinde respondemus 155
cum Hartm. Pist. *d. q.* 27. *num.* 30. *&* 31. ubi ait, illum consensum quem in proposito Capitulum adhibuit, ita accessorium non esse, ut absque Prælati obligatione subsistere nequeat, atque adeò morte ejus extinguatur, sed potius obligationem ex consensu capituli descendentem principaliter considerandam esse. Dubium enim non est (inquit Pistor. *d. lo.*) Capitulum ex proprio illius consensu obligari, cum regulariter is qui consentit alienationi rei suæ, vel in qua jus habet, sibi præjudicet, & semetipsum efficaciter obligatū faciat illi in quē alienatur vel cui promittitur, uti probatur *l. sicuti §. si voluntate. iuncto §. venditionis. ff. de pignor. & hyp.* & est text *in materia feudali in c.* 1. *§. præterea. quibus mod. feud. am. ubi dicitur* Si ille cui feudum jure obvenire debet alienationi consenserit nullo modo ad id repetendum regressum habere. Quamvis igitur mortuus fuerit Prælatus nihilominus tamē obligatio Capituli, utpote proprio cōsensu innitens, rata & firma remanere debet. Sicuti videmus in agnato consentienti alienationi feudi, ut si alienator decesserit, nihilominus tamen ex proprio consensu alienationem ratam habere compellatur, *c.* 1. *de al feud. pat.* Neq; sane injuria. Nam cum ad hoc ipsum adhibeatur consensus iste, ut contractus, qui cum morte contrahentis perimeretur, post ejusdem etiam obitum robur suum obtineat, quomodo, quæso, consensus iste morte alienatoris intercideret? Nullo itaque pacto huc accommodari poterit argumentum à natura accessorij deductum. Hæc ita formaliter Pistor. *d. numero* 30. *&* 31.

Tertio respondetur, accessorium sublato 156
principali non corruere, si adsit diversitatis ratio, ut notat Bart. *in l. si ita stipulatus in* 12. *oppos. ff. de verb. oblig* & pluribus comprobat Dec. *in d. l. cum principalis* quem sequitur Gothof. *ibid. ff. de R. I.* qualem hic subesse suprà ostensum, & ita quoque respondet Pistor. *d. q.* 27. *numero.* 32.

Ad illud verò, quod ex Abbate *in c. fin. de pro-* 157
curat. objectum est, itidem cum Hartman. Pist. *d. q.* 27. *num.* 33. respondemus distinctionem Abbatis secuti, ut hæc ipsius doctrina tantum procedat in ijs, quæ ad solum Prælatum pertinent, & ab eo gesta sunt, contra verò in alijs, quæ tam ad Antistitem quàm Capitulum spectant, etiam defuncto Prælato consensum Capituli mandatum procuratoris conservare: Feuda autem infeudari solita etsi à solo Prælato iterum concedi possint, tamen non solum ad Prælatum, sed etiam & quidem longè magis ad capitulum, utpote cuius propria sunt, spectant, non igitur

doctrina

doctrina obiecta, ſed potius hoc alterum diſtinctionis membrum ad propoſitum noſtrum pertinebit. Præterea magna videtur eſſe differentia inter mandatum procuratoris, de quo Abb. *ibid.* & Inveſtituram, de qua nobis ſermo eſt. Nam mandatum regulariter ſui natura morte mandantis extinguitur, ſive de laicis, ſive de eccleſiaſticis perſonis loquamur. §. *recte l. mandat.* Cum interim Inveſtitura plerumque ita concedatur, ut non ſolum inveſtientem ſed etiam ſucceſſores ejus obliget. Quare vel exiſtatione minus concluſioni noſtræ obſtare poterunt, quæ de procuratore ſcripta reſi querunt Interpretes *in d. Clem. fin. Hæc ille*

158 Quartò objiciunt Rei, non Capitulares, ſed Epiſcopum eſſe rerum feudalium Dominum. Ergo illorum conſenſum tanquam ſuperre aliena præſtitum, ſucceſſori nocere non poſſe: Quia (inquiunt in duplicis) certiſſimi juris eſt, cognitionem vel diſpoſitionem bonorum, quæ in feudum dari ſolita ſunt, ad Capitulum non ſpectare, quia Capitulum non poteſt conferre beneficia quæ pertinent ad Epiſcopum etiam vacante Eccleſia, ſed omnia jura Epiſcopatus & fructus debent fideliter cuſtodiri & reſervari ſucceſſori *c. non liceat cauſa.* 12. *q.* 2. *& c. cum vos de offic. Ordin.* Imò etſi ab initio infeudandi facultas pertineret ad Prælatum & Capitulum ſimul, ſi tamen res infeudata revertatur ad Eccleſiam, ſolus Prælatus ſine conſenſu Capituli de novo infeudare poteſt. *per text. in c.* 2. *ibi liberè. extr. de feud. & ibi* Barbat *in pen. coll.* Hæc Rei *d. lo.*

159 At & hic parata eſt reſponſio, falſum nimirum eſſe, quod aſſeritur rerum infeudari ſolitarum dominium ad Epiſcopum, non ad Eccleſiam & Capitulum ſpectare, ſiquidem Epiſcopus non niſi nudus procurator, & adminiſtrator eſt, rerum Eccleſiæ ſuæ text. expreſſ. *in c. fraternitatem extr. de donat.* & rerum Eccleſiaſticarum dominium eſt, penes Eccleſiam ipſam, quam repræſentat Capitulum, Franc. Sarmien. *de reddit. Eccl. c.* 1. *num.* 22. *in fin.* & quidem in tantum, ut nedum poſſeſſio rerum Eccleſiaſticarum, tanto minus dominium ſit penes Prælatum, ſed penes ipſam Eccleſiam, uti pluribus illuſtratur *in additionibus ad deciſ.* 45. *numer.* 57. Borgn. Caval. *p.* 1. Io. Petr. Surd. *conſ.* 183. *nume.* 37. Quæ autem in medium aſſeruntur de beneficijs & fructibus ſede vacante per Capitulum non conferendis, ſed Epiſcopo reſervandis, tunc locum haberent, ſi & hìc ſede vacante inveſtitura Mynſingero à Capitulo conceſſa eſſet, ſed cum id vivo Prælato contigerit, ea huc, ut toto cœlo diverſa vix recte applicantur. Nec illa quæ in beneficijs ſtatuta ad hanc noſtram materiam inveſtiturarum feudalium trahi poſſunt, cum in illis aliud jure conſtitutum ſit, videlicet Epiſcopum cum conſenſu Capituli de feudo viventis licitè inveſtituram facere.

160 Nec etiam advertatur, quod adverſarij prætendunt, hunc Capituli conſenſum pro nudo conſilio intervenſſe, ex quo nemo obligetur. *l. cum quidam. Cod. ad am. tutor. l. fin. § neceſſarium. C. de bon. quæ lib.* Nam conſenſus Capituli potius obligationis quam authoritatis gratia adhibitus intelligitur, ut rectè reſpondet Hartman. Piſt. *d. q.* 27. *num.* 35. Et conſenſum hunc Capituli non nudi conſilij, ſed confirmationis cauſa in præſenti caſu adhibitum, teſtatum faciunt manifeſta verba in conſenſu Capituli expreſſa. **Wir ꝛc. vnd ganzes Capittul bekennen vnd zeugen hiemit / daß ſolche Anwartung mit Vnſerm guten Willen vnd Bewilligung geſchehen iſt / wie Wir dann auch zu mehrer Bekräfftigung auff den fall ꝛc. hiemit ratificiren vnd bekräfftigen.**

Reliqua, quæ in contrarium adducuntur, leviora ſunt, quam ut ſpeciali refutatione indigeant, uti & illud quod Rei in duplicis prætendunt Iure Saxon (quod in Epiſcopatu Hildes. uſu ſervari aiunt) tam ſpiritualem, quam ſecularem ſucceſſorem non teneri inveſtituræ promiſſionem à defuncto factam implere, ex V Veſ. *de feud. libr.* 1. *tit. qui ſucc. feud. dar. ten.* quod etiam multis perſequitur Hartm. Piſtor. *p.* 2. *lib.* 2. *q.* 26. *nume.* 13. *& ſeq. & per tot. & q.* 31. *num.* 10. *ibid.* 161

Nam reſpondetur (primo) ex ipſo in contrarium allegato Hartm. Piſt. *d. q.* 26. *numero* 17. ubi ita ait; ſed etſi hæc verbis juris Saxon. ita definita ſint, ego tamè eadè uſu obſervata nunquam memini, quinimo ſæpius in foro noſtro ſecundum ius commune, tàm reſponſum, quàm iudicatum fuiſſe ſcio, hæredem Domini eiuſmodi inveſtituram concedentis eam ratam habere debere. Id quod etiam quamplurima Anteceſſorum noſtrorum, quæ apud me extant, reſponſa teſtantur. Dicere igitur non dubito, hanc juris Saxon. diſpoſitionem, ut multa eius juris alia, non eſſe uſu approbatam neque receptam, ac propterea nec impoſterum attendendam, ſed tàm in reſpondendo, quàm judicando juris communis regulas ſequendas eſſe. Cum leges Saxonicæ in judicijs eatenus tantum iuris authoritatem retineant: quatenus uſu cõprobatæ ſunt. Idem teſtatur *q.* 31. *num.* 10. & ita etiam in terminis terminantibus, quod de jure Saxon. accedente conſenſu Capituli Epiſcopus ad implendam talem expectativam teneatur, tradit Schrad. *de feud. p.* 3. *c.* 2. *num.* 45. *iunct. num.* 36. & 38. 162

Deinde illud ius Saxonicum, ut ſtatutarium, non eſt extendendum ultra iurisdictionem ſtatuentium Ducum Saxon. text. *in l. fin. ff. de inr. omn. iud.* Alexan. *conſ.* 128. *per tot. lib.* 1. Andr. Gail. 2. *obſ.* 124. *num.* 9. Ant. Gabr. *libr.* 6. *tit. de ſt. at. concl.* 9 *per tot.* Epiſcopatus autem Hildesheimenſis non eſt ſubiectus Iurisdictioni Ducum Saxoniæ &c. Nec probatum eſt in ſpecie aliter quam per nudam aſſertionem in Epiſcopatu ius Saxonicum vigere, ad quod tamen exacta requirebatur probatio. Hier. Schurf. *conſil.* 19. *n.* 52 *cent.* 2. 163

Poſſet etiam alicui ſcrupulus naſci ex eo, quod in hac Mynſingero conceſſa expectativa expreſsè illa verba habeantur **eine rechte vnbedingte Anwartung gegeben / ideſt**, puram & non conditionatam expectativam dedimus. Certi 164

autem

autem iuris est quod de feudo viventis quis purè investiri nequeat, per text. *expr. c. qui succ. ten. ibi*: Si quis purè de alieno feudo investitus fuerit non valet investitura. Idem dicitur *in c. 1. de Cler. quim. fec.* Idemque post Afflict. & Alvar. tradit Hartm. Pist. *lib. 2. p. 2. q. 25. num. 14.* & Ioh. Borch. *de feud. c. 7. n. 24.* Iacob. Thoming. *consil. 11. n. 23.*

165 Sed pro confutatione meminisse oportet Investituram de feudo hoc viventis non purè sed sub conditione & casu caducitatis factam esse, ibi, **derowegen haben Wir Jhn auff vorangeregten Fall eine rechte ohnbedingte Anwartung geben/** &c. Ecce expectativam datam in casum illum purè, si casus eveniat initio aut sub conditione, si moriatur sine liberis, & eo modo investituram fieri posse, satis docent modo citati textus & Doctores. Manet igitur Episcopum modernum ex hac investitura teneri.

166 Secunda principalis Reorum elisio parvi ponderis est, videl. **Daß Kläger auff sein vielfaltig vnderthänig bitten vnnd erbieten/ Wie er dem Stifft trewlich dienen/ vnnd die Sachen zwischen dem Stifft vnd Hertzogen von Braunschweig dahin richten wölle / daß dem Stifft damit trewlich gedienet seyn solte / diß Lehen erlanget.** Eum autem hæc nunquam impleviſſe, prout Actori obiicitur in litis contestatione in prima instantia exhibita. § **Zum andern nach dem/** &c. Ideoque ipsi obstare exceptionem non impleti contractus & promissionis.

167 Nam nemo valide ex contractu agere potest, nisi prius sua ex parte, id quod debebat, impleverit textus. *in l. cum proponas. 21. C. de pact. l. Iulianus. 13. §. offerri ff. de act. empt.* Alexand. *consil. 212 numero 2. vol. 2.* Cravett. *consil. 684. numero 1.* Marc. Anthon. de Amat. *decis. 94. numero 4.* Hier. Magon. *decis. Flor. 66. numero 5.*

170 & cōcessio conditionalis effectum non sortitur nisi prius conditione impleta. Paris. *consil. 130. num. 17. lib. 4* & gratia sub conditione nulla red-

171 ditur, si conditio adimpleta non fuerit. Idem Paris. *cons. 31. nu. 34. lib. 4.*

Primo equidem in nuda assertione Appellatorum consistunt, nec vel minimo adminiculo probatur hanc expectativam sub eiusmodi conditione Mynsingero promissam esse. Ergo cum paria sint, non allegare vel allegatum non probare, per vulg. perinde est, ac si ne hoc quidem allegatum esset. Cum & eiusdem probatione Domini Rei vel ea de causa onerandi sint, quod in dubio actus præsumitur potius purus, quam conditionalis. *l. 1. in pr. ff. de cond. & demonstr. l. talis scriptura. pr. ff. de leg. 2.* Molin. *in cons. Paris. gl. 1. num. 8.* Carol. de Grass. *de exeept. ad stat. Except. 33. num. 36.* Ioh. Vinc. Honded. *consil. 53. num. 41. vol. 2.* Ioh. Petr. Surd. *decis 337. num. 13.*

172 *ubi dicit*, eum qui actum conditionalem contendit teneri probare. Secundo vel manifestè contrarium ex ipsa **Anwartung** apparet, nimirum ipsi ob benemerita iam præstita talem expecta-

173 tivam & quidem **eine vnbedingte Anwartung** datam esse, quemadmodum quoq; ex verbis expectativæ illud refutatur, quod d. loco Appellati opponitur, ipsum Domino Episcopo & Capitulo tempore impetratæ huius promissionis nō indicasse, se vasallum esse Brunsvicensem, nec velle servire Episcopatui contra **Braunschweig/** quod si fecisset, ipsum nunquam fuisse impetraturum, illam expectativam, sicque sub & obreptitiè eam impetrasse, non solùm, dum expressè ibi nominatur **Fürstlicher Braunschweigischer Cantzler vnd Rath/** sed etiam, dum in specie ibi bis exceptæ sunt anteriores obligationes & servitia quibus alijs Dominis (inter quos principalis erat Dux Brunsuicensis) iam tum obstrictus erat, ibi: **Wie er dann auch nach hochbegabter Geschicklichkeit hinfürter thun kan / vnnd so viel jhm der Verwandtnuß halben / damit er andern Herrn verpflichtet/ gebühren will/ zuthun versprochen/** &c. Et rursum ibid. in fin. ibi: **So viel jhm/** &c. **seiner Verwandtnuß nach / damit er andern Herrn zugethan eignen vnd gebühren will.** Eademque verba repetita sunt in illa expectativa, quam Capitulum ratificavit.

Tertium elisionis fundamentum eo collimat, Appellantem ob id quod post obitum Episcopi Burchardi intra annum renovationē Investituræ à moderno petere neglexerit, feudum hoc amisisse, ex quo sit clari iuris, vasallum feudum a- 174
mittere, si intra annum post Domini obitum ab eius successore renovationem Investituræ non petierit text. *in c. quo temp mil. Inv. pet. deb. c. 1. quæ fuit prim. cauſ. ben. am. c. 1. §. præterea. de prob. feud. alien.* per Frid. Schneid. *de feud. p. 5. c. 1. num. 1.* Mozz. *tit. ex quib. cauſ. feud. amitt. nu. 99. & tit. de ſubſt feud. num. 40.* Curt. Iun. *p. 4. c. 23. num. 45.* Iul. Clar. *§. feudum. q. 49. in princ.* VVesemb. *de feud. c. 8. pr.* Vultej. *lib. 1. c. 11. n. 23* Borch. *c. 8. numer. 4. & 6.* Hart. Hartm. *in obſerv. tit. de feud. obſ. 8. nu. 11.* Schrad. *p. 1. p. 9. prin. c. 3. num. 2.* Henr. Rosenth. *c. 6. concl. 29. & 30. & c. 10. concl. 15. gl. e.* Et quamvis hi tantum loquantur in termi- 175
nis feudi iā acquisiti, tamen idē statuendum est in terminis feudi promissi. Nam ius ex promissione de infeudando quæsitum ex ijsdem causis amittitur ex quibus vasallus feudo iam possesso privatur, uti formaliter post Iser. Belvis. Bal. Alvar. Præpos. & Afflict. ait Schrad. *d. p. 2. p. 9. pr. sect. 6. nu. 10.* quia eodem modo amittitur constituendum, quo iam constitutum. *l. Sempronius Attalus ff. de usufr. legat.* & quidem facilius *l. patre. 8. & ibi* laso. *ff. de his qui sunt sui vel al.* At nec 176
hoc intentionem Appellantis infringit, multo minus evertit, cum in jure feudali expeditum sit vasallum non possidentem, sed alio tertio possidente ad investituræ petitionem non præcisè obligari. *text. in c. 1. in pr. ibi non de omni ſucceſſione. per quem invertit.* & ita tradunt Curt. Iun. *d. p. 4. n. 53.* Mozz. *d. t. de ſubſt. feud. n. 50.* ubi postlac, de Belvis. hanc audacter sequendam & communē esse dicit. Schneid *d. lo. p. 5. c. 1. n. 35. & ſeq. & p. 8. c. 1. n. 1.* Clar. *d. § feudum. q. 49. n. 8.* Zas. *de feud. p. 7. n. 5.* Rosenth. *de feud. c. 6. conſil. 49.* Tiraq. *de retr. lign. §. 1. gl. 10. n. 38.* VVesemb. *conſi. 41. n. 62.* Peregr. *conſ. 21. n. 12. lib. 1.* Alex. *conſi. 71. in fin. lib. 1.* Borch. *de feud. c. 8 n. 22.* Vult. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 81.* Schrad. *de feud. p. 6. c. 2. nu. 21.* Appellantem vero nunquam possedisse, sed ultimum vasallū

sempes

ſemper in poſſeſſione fuiſſe, eo autem vivis exempto Dn. Mynſingerum ſtatim inveſtituram petijſſe, vel ex ipſorum met Appellatorum ad 13. art. gravam. reſponſione palam fit, quæ utique
177 confeſſio ad articulos facta pleniſſimam probationem importat Crav. *conſ.* 217. *n.* 9. Lud. Rom. *conſ.* 70. *n.* 10. Maſcard. *de probat. concl.* 348. *n.* 23.
178 Et in terminis terminantibus, quod vaſallus qui habet expectativam interim dum vaſallus adhuc vivit, non habeat neceſſe Inveſtituræ renovationem petere, docuit Hartm. Piſt. *d. q.* 31. *n.* 1. *p.* 2 *lib.* 2. dicens hoc de iure communi planũ eſſe & expeditum. Idemq; ſequitur Univerſitas Lipſenſis *in conſ. apud.* Hartm Piſt. *d. q.* 27. *ad finem extante. n.* 36. & Collegium Francof. *ibid. n.* 23. 24. *&* 25. Iacob. Thoming. *d. c.* 11. *nu.* 42. Adlaborat quidem Dn. Mynſinger ſe ob abſentiam Domini excuſare, quod hæc non petenti Inveſtituram ad evitandam privationis pœnam excuſationem præbeat, per tex. *in c.* 1. *de temp. quo mil. inv. pet.* & ibi Alvar. & c. Schrad. *p.* 6. *c.* 2. *n.* 39. *arg. l. pecunia* 9. *in fin. ff. de uſur. & l.* 1. *§. dies. ff. quand. app. non ſit neceſſ.* Sed vix huiuſmodi prætextus quidquam relevat, cum Dn. Iacotenentem ſive Vicarium einen Statthalter ſampt der ganzen Regierung im Stifft gelaſſen/ à quibus utiq; debuiſſet inveſtituram petere. Ita Schneid. *p.* 5. *de feud. c.* 1. *n.* 39. & Mozz. *tit. de ſubſt. n.* 45. Sonsbec. *de feud. p.* 11. *nu.* 8. Schrad. *de feud. p.* 6 *c.* 2. *nu.* 40. aut ſanè potuiſſet Dominum in non ita diſſitis locis degentem ſine magnis ſumptibus, vel per nuncium de inveſtitura requirere, poſt Ardizon. Alvar. & Præpoſ. Schrad. *d. c.* 2. *num.* 39. & Mozz. *tit. de ſubſt. n.* 45. & in præſenti caſu Dominus Epiſcopus licet ſæpius extra Epiſcopatũ fortè commoratus ſit, tamen veroſimile eſt ipſum interim vel ſemel Epiſcopatum ſuum viſitaſſe, &
179 ſic hoc effugium Mynſingero vix quidquam prodeſſet, ſi in poſſeſſione feudi fuiſſet. Verum cum adhuc alius in eius poſſeſſione fuerit, ſatis ob id de iure communi à pœna privationis excuſatur.

Verum quamvis hæc ita ſe habeant de jure communi, tamen aliud de jure Saxon. conſtitutum eſſe putatur, videl. ut etiam hoc caſu, quando inveſtitura facta eſt de feudo viventis, renovatio petenda ſit ſub pœna amiſſionis intra annum. *per c.* 5. *c.* 11. *c.* 59. Lehenrecht. & ita videtur ſenſiſſe *gl. in c.* 25. *col.* 2. *ibi* doch alſo daß der dẽ das Geding geliehen/ was dem Geding gefolgt hätte. Accedit Schurff. *conſ.* 16. *cent.* 1. *ubi dicit*, quod talis renovatio inveſtituratum ex generali obſervantia & conſuetudine locorum requiratur, cui
180 tanquam inſigni ICto. & in foro Saxon. expertiſſimo practico de conſuetudine atteſtanti credendum eſt. Batt. *in l. de quib. n.* 21. *de legib.* prout multis auctoritatib. comprobat Ant. Gab. *com. concl. lib.* 1. *tit. de probat. n.* 1. maximè cum atteſte-
181 tur de conſuetudine fori, in quo verſatus eſt Alex. *conſ.* 5. *n.* 8. *lib.* 3. Gabr. *d. concl.* 4. *n.* 2. Ius Saxon. autem in Epiſcopatu Hildelsh. uſu receptum eſ-
182 ſe dicitur. Sed reſpondetur ne quidem de jure Saxon. renovationem Inveſtituræ antequã conditio evenerit, neceſſariam eſſe, uti plurib. docuit Hartm. Piſt. *p.* 2 *lib.* 2. *q.* 31. *n.* 7. *& ſeqq.* ubi dicit ſe ita ſine cõtroverſia arbitrari, & in fine ſubjicit ſe meminiſſe ſæpè aliàs ſic judicatũ & reſponſum eſſe, eamq; opinionem etiã approbarunt in conſilijs poſt Hart. Piſt. *q.* 27. *p.* 2. *lib.* 2. ſubiectis Univerſitas Lipſenſis *n.* 33. *uſq; ad fin.* & Francof. *nu.* 23. *& ſeq.* & Iac. Thoming. *conſ.* 11. *nu.* 60. *& ſeq.* qui omnes ſimul eo in loco contrariam adſeverationẽ Schurffij in hoc caſu promiſſæ expectativæ reprobant, adeo ut cum uni Doctori de conſuetudine iuri contraria atteſtanti tot Summi Practici contradicant, eius teſtimonium parum fidei faciat, præſertim cum etiam multi alij graviſſimi Iuriſconſulti tenuerint, Doctori de conſuetudine aſſeveranti fidem habendam non eſſe, uti ex Alex. Iaſo. & alijs comprobat Campeg. *de dote. p.* 3. *q.* 154 *& ſeq.* Iacob. Thoming. *conſ.* 11. *n.* 62 Alex. *conſ.* 50. *vol.* 5. & plures alij, quos refert Anth. Gabr. *d. concl.* 4. *n.* 1. *verſ. contrarium.* 183

Deinde Schurff. *in d. conſ* 16. *cent.* 1. tantum loquitur in terminis ſimultaneæ Inveſtiturę, ſeu ut 184
ille appellat, manus coniunctæ. At noſter caſus longè diverſus eſt ab illo, quia hic nulla prorſus ſubfuit inveſtitura, ſed tantum nuda promiſſio ut infra dicetur. Ergo Conſuetudo illa, quæ ſtricti iuris, ultra caſum extendenda non eſt ad hũc noſtrum. Ita in terminis reſpondet Colleg. Lipſenſe *d. lo. n.* 36. Conſuetudo enim debet proba- 185
ri in terminis illius caſus, qui venit in controverſiam Menoch. *conſ.* 54. *n.* 37. Schrad. *de feud. p.* 10. *ſect.* 20. *n.* 176. & concurrentibus ijsdem qualita- 186
tibus de quibus in facto controverſo agitur. Io. Petr. Surd. *deciſ.* 131. *n.* 10. *& conſ.* 382. *n.* 41.

Deniq; Hildeßheim non eſt de terris modernorum Saxoniæ Ducum, Ideoq; illa conſuetudo de loco in locum non videtur porrigenda.

Quartum principalis eliſionis fundamentum in eo vertitur, quod Appellans advocando & conſulendo gegen den Biſchoff vnnd das Stifft gedienet/ auch ſo viel zu weg gebracht/ daß er auff dieſe Stundt/ die Execution einer zu Rohm erhaltener reſtitution Vrtheil nicht hat erlangen können; prout Appellati hoc in exceptionibus primæ Inſtantiæ ponunt, & poſtea ſæpius paſſim repetunt. Vaſallus autem ſi ſit advocatus 187
contra Dominum, feudum perdit. Mozz. *de feud. tit. Ex quib. cauſ. feud. amitt. num.* 33. ubi allegat gl. Alvar. Iacob. de Belviſ. & Afflict. ſequitur Zaſ. *p* 10. *de feud. p.* 10. *de feud. privat. n.* 42. Schneid. *de feud. p* 8. *c.* 1. *n* 74. *in fin.* Vult. *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 27. *verſ. ita cum Vaſallus.* Schrad. *de feud. p.* 1. *p.* 9. *prin. c.* 8. *num.* 4. Gail. 1. *obſ.* 88. *nu.* 5. Gram. *deciſ.* 80. *per tot.* Fichard *conſ.* 18. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 1. ubi de communi teſtatur non ſolum in cauſa criminali poſt gl. And. de Iſern. Nicol. de Neap. Alvar. Præpoſ. & Matth. de Afflict. *in c.* 1. §. *delator. que fuit prim. cauſa ben. am.* Schrad. *d. c.* 8. *n.* 4. Sequitur Zaſ. *p.* 10. *n.* 49. & plures eam in rem cumulat Roſenth. *de feud. concl.* 22. *gl. k. arg. l. fin. in princ. ff. de inoff. teſt. c. fin. extr. de poſtul.* Sed etiam civili, uti in ſpecie poſt Sonsbec. *de feud. p.* 12. *nu.* 48. *& ſeq.* docuit Vultej. *lib.* 1. *c.* 11 *n.* 27. *verſ. an vaſallus.* & Mozz. *d. tit. fin. cauſa* 8. Quibus accedit Schöner *diſp. feud.* 10. *th.* 41. quia in iuramento fidelitatis continetur, quod non ſit in conſilio, quo Dominus aliquid perdat, ſive aliquod

quod detrimentum patiatur *c.1.de form.fidel.c.1. de nov.form.fidel.* At ille qui est advocatus, est contra dominum in consilio. Mozz. *d.tit.ex quib.caus.feud.am.n.33.*

188 Deinde quia vasallus, qui grandem patrimonii jacturam Domino infert feudo privatur, uti est *text.exp.in c.1.§.praeterea. quae fiunt prim.caus. ben.am.* Schneid.*de feud.p.8.c.1.causa 36.nu.168.* Schrad.*de feud.p.1.p.9.pr.c.5.causa 17.nu.1.* Et de hoc est concors Dd.opinio, uti ait Rosenth.*c. 10.conclus.35.n.2.* Imò qui alteri hoc facienti opem & auxilium praestat Schrad.*d.c.5.nu.1.* post Curt.Jun.*de feud.p.4.num.59.* adde Schneid.*de feud.p.8.c.1.n.169.* vel etiam consilium. Rosent. *d.c.10.concl.35.nu.14.* Mynsingerus autem suo consilio impedivit cum maximo Episcoporum Hildeshemensium damno executionem Romae latae sententiae, & sic per consequens restitutionem omnium illorum Castrorum ad Episcopatum pertinentium.

Ad hujus elisionis vim avertendam inficiatur appellans passim in actis, se contra Hildesheim, vel advocasse vel consuluisse, vel executionem impediisse, praesertim in der Conclusionschrifft num. 28. §. **Aber entgegen ein offenbahrer Vngrundt / vnnd neben der Warheit erdichtet Angeben / daß Anwaldts Principal wider das Stifft H.** advocando **vnd anderer Weiß zu dienen sich bestellen lassen / auch wider das Stifft gerathen / geschrieben vnnd gedienet hab / angesehen seine Bestallung viel ein anders vnd das Widerspiel außweiset / nemblich daß er weiter nicht / als ein Cantzler deß Fürstenthumbs Braunschweig bestellet / vnnd zu keinem** advociren **weder in der Hildeßheimischen noch andern Sachen verschrieben gewesen. Es ist auch so lang er solch Cantzler Ambt getragen / in deß Stiffts H. Sachen niemals etwas Rechtlich tractirt vnd gehandelt / sondern alles** in suspenso **gelassen worden.** ubi in sequentibus negat, se executionem ullo modo impediviss, & animosè retorquet injuriam sibi ejusmodi falsis imputationibus factam. Cum igitur Domini Rei in suis conclusionibus finalibus nu.30. contrarium nullo adminiculo probaverint, sequitur paria esse non allegare, vel allegatum non probare. Imò cum ibidem nullo verbo hunc passum Mynsingeri negaverint, tacitè eundem vi veritatis victi approbasse censentur. Neque ulla praesumptio contra Reum militare videtur, si non illa valdè levis & divinatoria, quod fuerit à consiliis Duci Brunsuicensi, quae tamen tum per allegatas à Mynsingero rationes satis elisa, tum ad inducendam feloniam & amissionem multis modis insufficiens est. Quemadmodum enim probationes ex conjecturis & praesumptionibus descendentes, eo casu, quando agitur de probando: eo per quod quis in poenam incideret, non admittuntur, sed tunc probationes liquidissimae requiruntur *arg.l.in testamento 31.ff. de condit.& dem.* Jas.*in l.1.num.3.C.de iis quae poen.nom.* Natta *consil.173.num.24.* Alex.*consil.33.num.1.*

189 *lib.2.* Ita ad probandam feloniam & ingratitudinem privatione dignam conjecturalis & praesumptiva probatio non sufficit post.Natt.*d.consil.174.nu.24.libr.1.* Schrad.*de feud.p.2.p.9.princ. sect.13.n.131.* & Rosenth.*de feud.c.12.concl.19.n.* 85. Sed in specie requiruntur quinque testes in- 190
tegrae opinionis, text. expressus. *in c.1.quot.test. sint necess.ad prob.ingrat.* ubi Feudistae, quos ad longum recensent Schrad.*p.2.p.9.princ.sect.13. nu.10.* & Rosenth.*c.12.concl.19.n.6.* Jam in hypothesi nostra ne per unum quidem testem nec per ullam aliam probationem edoctũ est Mynsingerum vel advocasse contra Hildesheim, vel executionem eius sententiae impediviss, sed omnis probatio consistit in puris putis reorum assertionibus, quas actor saepius negando satis annullavit. Fac verò, Mynsingerum advocasse & consuluisse contra Hildesheim, tamen non propterea in continenti hac expectativa privandus esset. Primò in jure non vacat dubio, an in causa
civili contra Dominum advocãs propterea sta- 191
tim feudum committat. Siquidem pro negativa haud leve stet argumentum à liberto ad vasallũ. Libertus enim contra patronum advocare potest.*l.qui cum maior.§.si patroni ff.de bon.libert.* & in hanc sententiam inclinare videtur Curt. Jun. *in causa 33.privat.n.72.* eamque pluribus defendit Rosenth.*de feud.c.10.concl.22.nu.11.& seqq.* quia, *inquit*, advocati munus est publicum & licitum, & non aliò tendit, quam ut par & aequa Domino administretur justitia. Ideoque sine calumnia & metu privationis exerceri posse videtur. Quae opinio & meo judicio placuisse videtur Schradero *p.1.p.9.princ.c.8.n.5.verf.quartò*, ubi cũ praecedente *n.4.* regulam posuisset, q. vasallus contra Dominum patrocinium praestans, feudo privetur, limitat illam *hoc n.5.verf.quartò fallit.* si Dominum accusaverit (intellige tãquam procurator vel advocatus, ut exceptio sit de regula) civiliter. Deinde utut sit, de eo convenit
inter Dd. vasallum, qui necessitate officii contra 192
Dominum patrocinium vel consilium praestat non incidere in poenam privationis feudi. *arg.l. post legatũ §.Advocatum ff.de his quib.ut indign.l. fin.ff.de inoff test.* Zas.*de feud.p.10.num.42.& 50.* Franc.Curt.Jun.*de feud.p.4.causa priv.33.* Vult. *lib.1.de feud.c.11.num.27.verf.sed officii necessitas.* Schrad.*d.c.8.n.5.* Rosenth. *d.c.10.concl.22.n.18.* At Mynsingerus id feciss necessitate officii, ut Consiliarius Brunsuicensis, maximè quia nondum fuit vasallus in re (in quib. terminis omnes Dd. loquuntur) sed tantum spe, qui nondum juramentum fidelitatis praestiterat, ex quo juramento fidelitatis tamen omnes Dd. hanc privationis causam inferũt. Tertio excusaretur Myn- 193
singerus, ex quo pro antiquiore Domino contra posteriorem advocasset vel consuluisset, uti in specie docet Henr. Rosenth. *c.10.de feud.concl. 22.n.18.* Si prius, *inquit*, alicui Principi ad consulendum & advocandum obstrictus essem (ut erat Mynsingerus Duci Brunsuicensi) & postea feudum ab alio acquirerem (uti in praesenti casu hoc litigiosum feudum) tunc possem pro principe contra ipsum Dominum advocare &c. *Haec ille*, quod dictum feudali ratione carere non videtur. Vasallus enim Domino priori contra posteriorem servire, & priorem contra posteriorem juvare debet. text. expr. *in c.1.*

§. *contra. hic incipit lex Conr.* Zaſ. *de feud. p. 7. nu.* 28. Schneid. *de feud. p. 5. num. 96.* late Hartm. Piſtor. *q. 47. numer. 36. & ſeqq. p. 2. libr.* 2. Schrad. *de feud. p. 6. c. 6. num.* 21. ubi hanc ſententiam communiter approbatam & veriſſimam eſſe ait. & Roſenth. *d. c. 6. concl. 16. num. 1. gl.* 4. aſſerens ita omnes tenere, adeò ut ſi in ſervitio antiquioris Domini poſteriorem offendat in pœnam privationis non incurrat. Ita poſt Afflict. & Alvarott. Piſt. *d. q. 47. num. 36.* & Schrad. *d. c. 6. numer. 20.* Roſenth. *d. concl. 16. num. 2. gl. b.* de eoq; in præſenti caſu tanto minus dubii eſſe poteſt, quod hîc in expectativa in ſpecie ſervitia prioris Domini diſertè excepta ſint.

Quintò & ultimo ad elidendam actionem appellantes obtendunt, quod Mynſingerus vocatus à conſiliariis Hildesh. **auff ſeine Tagleiſtung** per illam miſſivam conſiliariorum, quam Actor produxit, non comparuerit, nec requiſitus eo modo ſervitia Domino præſtiterit. At nulla
194 alia juſtior cauſa eſt beneficii amittendi, quam ſi id, propter quod beneficium datũ fuerit, hoc ſervitium facere recuſaverit, uti formaliter habet text. *in c. 1. §. ſed nõ eſt alia. quæ fuit prim. cauſ. ben. amitt.* Schneid. *d. p. 8. c. 1. numer. 16.* Weſ. *d. c. 15. n. 7.* Borch. *d. c. 8. n. 111.* Roſenth. *c. 10. concl. 15. nu. 7. gl. b.* ubi alios adducit, maximè ſi ſit interpellatus ad præſtandum ſervitia (uti hîc) *c. licet. ſi de feud. def. cont. fuer. c. Imperialem §. promittere. de prohib. feud al. per Frid.* Moz. *d. num. 111.*

Pro hujus argumenti confutatione ſciendum
195 eſt. Primò vaſallum ad ſerviendum non adſtringi, antequam feudum nanciſcatur, ejuſdemque fructus percipiat, ut poſt Curt. Jun. *p. 4. num. 53.* Gôden *conſil. 13. nu. 20. lib. 1.* & Caſp. Caballin. *milleloq. 206. p. 1.* tradidit Schrad. *de feud. p. 6. c. 6. n. 32. & 33.*

Secundo ſubjungitur in ipſo §. ſed non eſta-
196 lia limitatio hęc: Si fortè ideo non ſervierit, quia non potuerit, tunc feudum non amittit. *c. ult. de feud. ſine culp. non amitt.* Mozz. *d. num. 111. ubi dicit*, ita communiter tenere Feudiſtas. Idem teſtatur Curt. Jun. *d. p. 4. cauſa 28. num. 61.* Roſen. *d. c. 10. concl. 15. num. 11. gl. h.* quemadmodum hîc ubi abſque dubio in ſervitio antiquioris Domini Ducis Brunſuicenſis occupatus tunc fuit, uti allegat Mynſing. *num. 28. §.* **Vnd ob wol nit ohn** ibi: **Ob gleich Appellant zu Lüneburg nicht erſchienen / vnnd ſeine** officia **nicht** præſtirt, **ſondern vielmehr** jus vaſallagii **damit** confirmirt, **vnnd beſtetiget / ſintemahl durch ihn Vrſachen ſeines Außbleibens dazumahl angezeigt / welche auch vor erheblich angenommen vnnd gehalten worden ſeynd.** Et niſi ad objectam requiſitionem Actor ſe legitimè ob alia impedimenta excuſaſſet, abſque omni dubio hanc cauſam in priori inſtantia Domini Rei omiſſuri non fuiſſent, uti tamen eos feciſſe conſtat. Finaliter non eſt, quod quiſquam hanc expectativam de feudo viventis abſque teſtimonio parium factam
197 non conſiſtere exiſtimet. Nam diſtinguendum eſt, utrum abuſiva inveſtitura, an verò ſola promiſſio de inveſtiendo facta ſit, illa parium præſentiam, hæc vero non requirit, ut latè comprobat Hart. Piſt. *p. 2. lib. 2. q. 30. per tot.* quem ſequitur Roſenthal. *c. 6. concl. 6. n. 3. & 4.*

His itaque omnibus, quæ in contrarium adducta fuerunt, profligatis, concluſivè infertur, appellantis intentionem fundatam, nec exceptionibus eliſam, & conſequenter Dominos Appellatos ad implendam promiſſionem compellendos eſſe.

QVID PRONVNciandum?

EX ſupradeductis quidem ſole meridiana clarius apparet, malè judicatum & benè appellatum eſſe. Quomodo vero in cauſa principali pronunciandum ſit, hic ulterius in diſquiſitionem venit, præſertim quod appellans alternativè petierit (prout fieri potuit propter incertitudinem ex facto alieno, Rei ſcilicet dependentem per not Gail. *lib. 1. obſ. 62. nu* 4.) Dominos appellatos vel ad traditionem ipſius feudi, vel ad æſtimationem, vel ad æquè bonum Cambium præſtandum unà cum fructibus perceptis & percipiendis, nec non ad damna intereſſe & expenſas condemnari.

Quare principaliter indagandum eſt, utrum noſtro in caſu Domini Appellati præcisè ad ipſius feudi traditionem teneantur, an verò præſtando æſtimationem, vel æque bonum Cambium liberentur?

Præcisè ad ipſius rei traditionem condemnationem faciendam vel inde poſſet argui, quod Dominus etiam abuſivè tantum inveſtituto o- 198
mninò ad vacuam poſſeſſionem tradendam teneatur, nec præſtando intereſſe liberetur, arg. *c. 1. in fin. de nov. form. fidel. ubi* Dd. & *c. 15. ſi facta. ſi de feud. def. cont. fuer.* Moz. *tit. de ſubſt. feud. nu. 36.* Curt. Jun. *de feud. p. 2. de feud. laic. n. 32.* Zaſ. *de feud. p. 6. nu. 12.* Schn. *de feud. p. 5. n. 129. verſ. Tertius eſt.* Borch. *de feud. c. 7. n. 8. & c. 9. n. 11.* Hart. Piſt. *lib. 2. p. 2. q. 29. n. 2. & q. 2. n. 1. & 2. p. 3.* Hartm. Hartm. *libr. 2. obſerv. de feud obſ. 7. numer. 2. & 3.* Mynſing. 4. *obſ. 61. num. 5. latè* Schrad. *de feud. p. 5. c. 2. num. 17. & ſeqq.* At actor ſi non verè, ſaltem abuſivè per illa verba: **Belehnen jhn auch hiemit obberührter Maſſen / alſo daß da ſich der Fall zutragen / er ohn weiter Einweiſung vnnd Belehnung als ein Lehenmann dieſelbe Güter annehmen vnnd zu ſeinem Beſitz bringen mag.** Inveſtitus videtur, cum verba de præſenti concepta ſint, **Belehnen jhn.** Verius tamen eſt Dominos Appellatos in præſenti caſu præcisè ad ipſius feudi promiſſi traditionem haud compelli poſſe. Aliud enim eſt inveſtitura, aliud promiſſio de inveſtiendo poſt Matth. de 199
Afflict. *in c. 1. §. ſi facta. numer. 28. ſi de feud. def. contr. ſit.* Thoming. *conſil. 2. numer. 96. & 150.* Hartm. Piſtor. *p. 2. libr. 2. q. 30. numer. 5.* Quod etiam probat Roſenth. *de feud. c. 6. concl. 6. gl. d.* ſicut aliud eſt venditio, aliud promiſſio de 200
vendendo *l. in bonæ fidei. & ibi* Dd. *ff. de eo quod cert. loc.* Quando inveſtitura abuſiva intervenit tunc Dominus regulariter præcisè ad vacuæ poſſeſſionis traditionem tenetur 201

per

per superius dicta. At quando promissio feudi absque investitura vel vera vel abusiva facta est, tunc Dominus præcisè rem quam in feudum
202 dare promisit, tradere non cogitur, sed præstando interesse liberatur, uti in terminis tradiderunt And. de Isern. *in c. 1. §. si facta num. 1. in fin.* Alvarot. *ibid. num. 9.* & Laud. *num. 2. si de feud. defunct. cont. sit.* quos allegat & sequitur Mozz. *d. tr. tit. quæ actio oriat. ex feud. c. 8. num. 6. & 7.* Curt. Jun. *d. tit. de feud. laic. num. 38. p. 2.* Clar. *§. feudum q. 26. num. 3.* Schn. *de feud. p. 1. num 27. & p. 5. c. 2. num. 129.* Borch. *de feud. c. 9. num. 12.* Vult. *lib. 2. de feud. c. 1. n. 11. & seq.* Schrad. *de feud. p. 5. c. 1. nu. 10. & p. 10. sect 6. n. 177.* Rosenth. *d. tr. c. 6. concl. 6. num. 8. gl. fin.* Mynsi. 4. *obs. 61. num. 14.* & ita de facto respondit Jacobus Thom *cons. 2. num. 143. & seqq.*

Hic autem Mynsingero, nec vera nec abusiva investitura facta, sed res in nudis terminis promissionis feudi permansit: Idque primum probatur ex ipsis verbis expectativarum Mynsingero datarum, ibi: **vff solchen Fall haben wir jhm diese vnbedingte Anwartung geben.** Deinde etiam ex eo, quod abusiva investitura dicitur, quæ
203 fit verbis interveniente aliquo actu corporeo, utpote quando Dominus dicit; investio te de hoc feudo per traditionem annuli, ensis, baculi vel alterius rei, ita formaliter inquit Schrad. *d. tr. p. 5. c. 2. num. 1.* Et quod signi corporei traditio, ad hoc ut dicatur abusiva investitura necessaria sit, apparet ex text. *in c. 1. quid sit invest. ibi:* Abusivo autem modo dicitur investitura, quãdo hasta, vel aliud quid corporeum porrigitur à Domino feudi dicente se investituram facere. Idque tradunt ibidem omnes feudistæ, ut ait Rosenth. *de feud. c. 8. concl. 3. gl. a. simul eos longo agmine inducens.* Idque etiam probant Borch. *d. c. 7. memb. 1. num. 6.* Mozz. *d. tit. de subst. num. 36.* Vult. *de feud. c. 7. num. 10. lib. 1.* Hartm. Hartm. *in observ. tit. de feud. 54. obs. 6.* Hîc autem nulla talis corporeæ rei traditio intervenit. Ergo nec abusiva investitura interveniſſe dici potest.

Tertio si hanc expectativam acciperemus pro abusiva investitura, sequeretur illam non valere, quippe quæ non fuit facta in parium præsen-
204 tia, nec breve testatum desuper erectum. In abusiva enim investitura requiritur pro solennitate, ut illa fiat vel coram paribus curiæ, vel per breve testatum. text. expr. *in c. 1. ubi* Feudistæ. *quid sit inv. c. 1. qui test. sint nec. ad prob. inv. c. 1. de cons. recti feud.* aliter facta nullo modo valet, nec tenet. Schrad. *d. lo. p. 5. c. 2. num. 3. & seq.* Henric. Rosenth. *d. c. 6. concl. 4. per tot.* Ut igitur actus
205 valeat (quemadmodum semper interpretatio est facienda *l. 3. ff. de mil. test. l. quoties 59. ff. de V. O. l. quoties. ff. de reb. dub.*) statuendum est nullam abusivam investituram hic interveniſſe.

Multo minus dici potest hic propriam investituram fuisse adhibitam, cum illa non aliter fiat, quam per realem possessionis traditionem. text. expr. *in c. 1. quid sit invest.* & ita uno ore omnes Dd. per illum textum tradunt. ut ait Ro-
206 senth. *d. c. 6. concl. 2. num. 3. gl. d.* quæ possessionis traditio hic facta non est, nec alio possidente fieri potuit. Manet igitur, quod hîc versemur in terminis nudæ promissionis feudi, proindeque Dominum ad ipsam promissæ rei traditionem præcisè condemnari non posse.

Idq; etiam in terminis terminantibus, quod nimirum is, qui expectativam de feudo viventis habet, Dominum præcisè ad vacuam rei possessionem tradendam cogere non possint, sed Dominum præstando interesse liberari, de facto responderunt *in dd. consiliis* ab Hartm. Pist. *p. 2. lib. 2. post. q. 27. subjectis* collegium Lipsens. *nu. 18.* & Francof. *n. 17.*

Posito denique, investituram abusivam hic adhibitam, tamen in præsenti casu Dominus feudum petitum amplius non possidet, nec ejus tradendi facultatem amplius habet, cum de eo jam alium investierit eumque in possessionem induxerit sic consequenter præstando interesse liberatur. Quando enim Dominus 207
feudum promissum amplius non possidet, vel ejus tradendi facultatem non habet, utpote quia alteri tradiderit præstando interesse liberatur, etsi abusiva investitura præcesserit. Ita post gl. *in c. 1. §. si facta. si de feud. def. cont. sit.* Curt. Jun. *p. 2. de feud. laic. num. 33. per text. l. quoties C. de rei vindic.* Zas. *p. 6. de feud. numer. 12.* Wesembec. *de feud. c. 8. num. 15.* Hartm. Pistor. *p. 2. lib. 2. q. 29. num. 3.* Borch. *de feud. c. 7. nu. 12. & 17.* Mynsi. 4. *obs. 61. n. 15. & seq.* Schrad. *de feud p. 5. c. 2. n. 17.* etiamsi (*ait ibi*) dolo vel culpa faceret, quominus rei tradendæ facultatem habeat. Idem docet Vult. *de feud. lib. 1. c. 10. num. 11. vers. quodsi autem* & Wurmbser. *libr. 1. observ. tit. de feud. 51. obs. 8. nu. 2. & 3.* ubi de communi testatur & Rosenth. *d. c. 6. concl. 8. gl. d. in fin.*

Quare his consequens videtur Dominos Appellatos præcisè ad ipsius feudi traditionem nõ cogendos, sed sententiam condemnatoriam alternativè secundum formam Mynsingerianæ petitionis concipiendam esse. Quæ alternativæ 208
sententiæ in his & similibus casibus, ubi quid ab electione condemnati dependet, jure non improbantur. And. Gail. *lib. 1. obs. 62. n. 10.* Nisi quis putet asseverandum, Dominos appellatos ad rei ipsius prestationem, vel ea de causa teneri, quod lite pendente feudum q̃stionis in Dn. Nuntzium transtulerint, & ita dolo desierint possidere, qui proinde adhuc pro possessoribus habeantur. *l. qui dolo de R. I.* Cels. Bargal. *de dol. libr. 6. reg. 17.* Sicut & aliquando in causa **Christian von Borspach** cõtra **Friderichen von Steprodt** appellationis, in puncto executionis appellantem quod prædium lite pendente alienatum amplius non possideret, non aliter juvit, quam ut tandem allegata eius nanciscendi impossibilitate eidem per sententiam 24. Januar. Anno 1586. latam injungeretur. **Wofern er ein Aide schweren wird/ daß er zu Einantwortung deß Hoffs allen müglichen Fleiß angewendet / daß jhm auch nachmals denselbigen in keinerley zulässige Weg / wider erdacht werden mag / auß deß Besitzers Handen zu bekommen vnnd zu erlangen vnmüglich** ꝛc. Et forsan si in puncto attentatorum pro-

nunciaretur, & omnia in priſtinum ſtatum reponerentur, haud difficilis futura eſſet recuperatio. Verum de his in fine hujus relationis attingemus.

DE FRVCTIBVS INTERESSE & expenſis.

PEtiit quidem Mynſingerus, ut Dn. Appellati in omnes fructus perceptos & percipiendos, unà cum damnis, intereſſe & expenſis condemnentur; verum non video, quomodo huiuſmodi petitio ratione reſtitutionis fructuũ poſſit ſuſtineri, cum fructus nulli debeantur (& ſic nec adjudicari poſſint) niſi qui vel dominium vel jus percipiendi fructus in re habeat. *per l. Herennius 42. ff. de uſur. l. fructus 33. l. in fundo 38. ff de rei vind.* Mynſingerus autem nec ullum in perito feudo dominium unquam antehac habuit (dominium enim non nudis pactis & pro-
210 miſſionibus, ſed ſola traditione transfertur. *l. traditionibus C. de pact.*) Nec etiam jus in re ſed jus ad rem (per ejuſmodi enim promiſſionem
211 de infeudando nullum jus in re ſed ſolum jus ad rem acquiritur. Ita latè docet Jacob. Thoming. *conſ. 2. n. 135. & ſeqq.* Petr. *de fideicom. q. 13. num. 342.*) Ideoq; nec fructus illi adjudicari poterunt, præſertim cum nec ipſa res præcisè ipſi adjudicari poſſit.

Quin tamen ad intereſſe (quod in effectu idem cum fructibus erit) Domini Appellati condemnandi veniant, exiguam dubitationem habere videtur. Dominus enim qui vaſallum in vacuam poſſeſſionem inducere differt, tenetur
212 ad intereſſe dilatæ traditionis, & omnem utilitatem vaſallo præſtare debet. *per text. in c. 1. §. fin. de nov. form.* Hartm. Piſtor. *d. p. 2. q. 29. nu. 27. in fin.* ubi loquitur in ipſiſſimis terminis noſtris. Idem docet Schurff. *conſil. 13. num. 16. cent. 1.* Roſenth. *c. 6. concl. 7 num. 4. & ſeq. gl. d. ubi dicit*, ita tenere omnes textuales *in d. c. 1. in f. de nov. form. fidel. & concl. 9. n. 1. ubi gl. a. innumeros refert.*

Tenetur igitur Dominus ultra traditionem vel æſtimationem ipſius feudi etiam ad intereſſe & omnem utilitatem, quę à tempore aperti feudi ex feudo ipſo annuatim colligi potuiſſet, non tamen ad intereſſe extrinſecum, cum appellatione ejuſdemque hæredes non ſint mercatores, uti ex Feudiſtis tradit ad longum Roſenth. *d. c. 6. concl. 7. n. 4. 5. & 6.*

Expenſas ſi quis putaverit compenſandas, nõ vehementer reclamarim, tum quia Domini Ap-
213 pellati pro ſe priorem ſententiam habent, quæ regulariter ab expenſis excuſat Gail. *lib. 1. obſ. 152. num. 5.* Mynſ. *decad. 1. reſp. 3. num. 22.* Joh. Bapt. Aſin. *in prax. judic. §. 32. c. 2. ampl. 6. n. 4. & 5.* tum quod aliqualem diſputandi & litigandi cauſam
214 ob textuum feudalium generalitatem habuerint. Qui verò lege difficili, dubia vel varior intellectus recipiente ſe tuetur, ab expenſis abſolvitur, uti ex Abbat. Barbat. Hyppol. de Marſil. & aliis probat Aſin. *d. §. 32. c. 2. limit. 27.* tum quod videantur pro ſe habere regulam, ſucceſſorem videlicet in prælatura non teneri ad implendam expectativam de feudo adhuc viventis vaſalli à prædeceſſore factam, ſi ipſi feudum apertum non fuerit. *per text. in d. c. 1. qui ſucc. ten.* Regulam enim pro ſe habens non dicitur calumniari, ſed 215
juſtam litigandi cauſam habere, uti docet in ſpecie Borgn. Cavalcan. *deciſ. 19. n. 12. p. 3.* citans Roman. *conſ. 499. n. 4.* Benitend. *deciſ. 85. n. 17.*

Superiora omnia recapitulando conſequitur in cauſa principali ſententiam ita ferri poſſe, ut in eventum facta litis conteſtatione reſponſiones pro puris acceptentur, malè judicatum & benè appellatum, ſententiaque in cauſa principali in hunc modum reformanda pronũcietur, quod Domini Appellati alternativè ſecundum petitionem Domini Actoris unà cum omni intereſſe à tempore aperti feudi & dilatæ traditionis compenſatis expenſis condemnentur.

Expedita cauſa principali coronidis loco nũc ad calcem paucis inquiramus (1.) Utrum Dominus Nuntzius tanquam prius in litigioſi feudi poſſeſſionem inductus Domino Mynſingero antiquiorem inveſtituram habenti ex diſpoſitione *l. quoties. C. de rei vind.* præferendus ſit, an vero eidem cedere & poſſeſſionem evacuare teneatur. Deinde an abſq; novo proceſſu executio contra Nuntzium fieri poſſit?

Quantum ad primam quæſtionẽ attinet primo pro Dn. Nuntzio facit text. *in d. l. quoties.* qui 216
text. ſecundum communem Dd. opinionem etiam in duobus de eodem feudo inveſtitis locum habet, ita ut ſi Dominus poſteriori ex duobus de eodem feudo abuſivè inveſtitis poſſeſſionem tradat, is cui tradita eſt poſſeſſio potior ſit, Dominuſq; priori præſtando intereſſe liberetur, ſicut hoc pluribus docuerunt Zaſ. *de feud. p. 6. n. 12. & 13.* Borch. *de feud. c. 7. memb. 1. nu. 12.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. c. 10. n. 11. verſ. quinimò.* Mozz. *de ſubſt. feud. num. 36. verſ. limita.* Lud. Schrad. *de feud. p. 5. c. 2. nu. 19. verſ. in aliis.* Henr. Roſenth. *de feud. c. 6. concl. 9. gl. a.* Hartm. Piſtor. *p. 2 q. 29. num. 11. & ſeq.* Ant. Gabr. *de empt. concl. 2. num. 13. & 46.* qui poſteriores plures in hanc ſententiam congeſſerunt. adde Modeſtin. Piſtor. *conſil. 6. num. 20. & ſeq. vol. 1.* & ita tenet ipſe Mynſ. *cent. 4. obſ. 61. num. 5.* Ergo cum Dominus Nuntzius prior in vacuam poſſeſſionem ſit inductus, is Mynſingero potior, hicque præſtatione ejus quod intereſt contentari debere videtur.

Non deſunt tamen, qui hoc in conceſſione 218
ab Eccleſiaſtica perſona duobus facta limitandum putent, & tunc priorem etiam poſteriori in poſſeſſionem inducto præferendum eſſe exiſtiment, è quorum numero fuit Alex. *conſ. 83. nu. 5. lib. 7.* Rom. Gozad. Hippol. de Marſil. & alii ab Anth. Gabr. Schrad. & Roſenth. *dd. locc.* cumulati. Quib. in terminis noſtris ubi duo de eodem feudo ab Eccleſiaſtica perſona abuſivè inveſtiti fuerunt, ſubſcribunt & accedunt Zaſ. *de feud. p. 5. n. 17.* & Franc. Sonsbec. *de feud. p. 9. n. 39.* eâ imprimis ratione permoti, quod omnis variatio, & illuſio maximè in perſonis Eccleſiaſticis vetita & prohibita ſit. *per c. quod a. de jur. patr. Clem cum illuſio. de renunc.* & quod in beneficiis Eccleſiaſticis ſemper præferatur prior poſteriori in poſſeſſionem inducto. per text. *in c. tibi. de reſcript. in 6.*

Verum

219 Verum eorum opinio à majori Feudistarum parte explosa est propterea, quod nullus textus juris, vel feudalis, vel civilis, vel canonici ab hac generali regula cõcessionem vel promissionem feudi à persona Ecclesiastica factam excipiat, & aliquid speciale eo in casu constituat. Ideoque meritò in his personis Ecclesiasticis idem quod in aliis jus, ut scilicet is qui prior possessionem nactus est præferatur, statuendum esse, prout docuerunt Jason. *in l. quoties n. 19. C. de rei vind.* Covar. *lib. 2. var. resol. c. 7. n. 12.* qui communem dicunt Lud. Schrad. *de feud. p. 5. c. 2. n. 19. vers. vel etiam Ecclesiastica* Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 10. gl. & Alexand. conf. 122. nu. 5. lib. 5.* Hier. Schurff. *consil. 53. num. 7. cent. 1.* Paris. *consil. 11. num. 20. v. 1.* Carol. Molin. *in addit. ad Alexand. consil. 83. n. 4. vol. 7.* Ern. Cothm. *conf. 30. num. 205.* ubi dicit hanc crebriorem veriorem, & rectiorem esse. Et in ipsis terminis nostris Hartm. Pist. *p. 2. q. 29. nu. 27. dicens*, maximam interpretum partem ab hac opinione stare. Unde efficitur Dn. Nuntzio anteriorem possessionem non parum patrocinari.

Re tamen paulo maturius ponderata rectius in favorem Mynsingeri hæc quæstio deciditur, ita ut prior eidem facta concessio prævaleat, isq; in jure Nuntzio utcunq; possessionem nacto sit potior.

220 Primo enim juris est, quod prima Principis concessio posteriori prævaleat per text. *in l. fin. C. de locat. præd. civit. lib. 11.* uti latè deducit Gail. *2. obser. 55. per tot. ubi nu. 1. ait*, ita per Dominos Camerales ex communi omnium Dd. opinione conclusum esse, quibus addo Marc. Ant. Peregr. *conf. 11. n. 9. vol. 1.* latè Andr. Fachinæus *consil. 2. n. 43. & seqq. lib. 1.* Rol. à Vall. *conf. 2. nu. 149. lib. 1.* quæ opinio etiam in Principe superiorem recognoscente obtinet, uti in terminis Episcopi respondit Nicol. Everh. Jun. *conf. 41. nu. 200. vol. 2. ubi communem dicit.*

221 In tantum, ut posterior concessio ipso jure pro nulla habeatur secundum Jas. in *d. l. quoties n. 7. C. de rei vind. ubi dicit*, Si Princeps alicui benemerito (sicut in nostro casu factum) Castrum concedat, postea verò idem illud alteri promittat, tunc secunda concessio erit ipso jure nulla,

222 quia præsumitur circumventus importunitate impetrantis, quod dictum refert & sequitur Andr. Gail. *d. obs. 55. num. 2.* Eaque adsertio eo validius Mynsingero hîc suffragatur, quod hîc ultra hanc præsumptionem juris, etiam non obscurè ipsa circumventio Principis in secundæ concessionis largitione probata deprehendatur. Etenim licet Mynsingerus in suis conclusionibus finalibus n. 28. non procul à fine hæc verba posuisset, **das offentlich angeschlagene Edict betreffendt / ist wahr als Anwaldts Principal vermerckt / daß D. Nuntz contra bonam fidem vnd wider alle Recht vnd vernünfftige Billigkeit sich seiner Belehnung dieser streitigen Güter berühmet / daß er Principal durch Weilandt Hilmarn von Quernheim sich bey jetzigem regierenden Herrn Bischoffen angeben lassen / darauff dann seine F. Gn. jhm gn. Verhör gestattet vnd gesagt: Dieweil deß Capituls Consens darbey were** (NB. sequentia) **dessen seine F. Gn. zuvor keinen Bericht gehabt noch eingenommen.** (Ergo vides Nuntzium in impetranda concessione secunda surrepsisse Illustrissimo Principi, & dolosè tacuisse priorem promissionem Mynsingero cum consensu Capituli factam esse) **alles fernern Jnhalts deßhalben vberreichten weitläufftigen Berichts / darauff sich dann Anwaldt gethaner Kürtz halben ziehen thut.**

Ipsemet tamen D. Nuntz in suis conclusionibus finalibus n. 30. quamvis earum author (uti apparet **auß dem von D. Kremern producirten Extract Schreiben** n. 31.) non solum nullo verbo prædictũ passum Mynsingeri inficiatus fuit, sicque tacendo judicialiter approbavit, sed etiam circa finem suarum conclusionum eam expresse, & quidem absque ulla restrictione vel protestatione acceptavit. Unde sane satis liquido constat Dn. Nuntzium omnia in d. §. posita pro veris agnovisse, & vi veritatis convictum negare non fuisse ausum.

Secundo non parum hanc conclusionem corroborat illud, quod Mynsingerianæ expectativæ clausula cassans & irritans omnes subsequentes concessiones, nec non clausula, omni meliori modo, (quam juramento æquiparari supra probatum fuit) inserta sit. Quando enim primo investito promissum est; quod de eadem re nul- 223
lus alius investiri debeat, tunc præfertur primus etiamsi posterior possessionem nactus sit; uti in specie docent Lud. Schrad. *de feud. p. 5. c. 2. nu. 19. &c.* Henric. Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 10. gl. f. in fin.* Idque in præsenti hypothesi tanto fortius procedit, quod non solum per Episcopum, sed etiam per totum Capitulum Mynsingero promissum sit, neminem de eodem feudo investiri, vel si id fiat omnia cassa & irrita esse debere. Et si hæc limitatio locum habet in personis laicis, quantò magis in personis Ecclesiasticis (per ea quæ paulo superius in §. quamvis autem &c. adducta sunt) dicendum & statuendum erit.

Tertiò posito, prædicta in præsenti casu cessare, tamen vel unicum hoc Dn. Mynsingero ad prælationem non parum adferret præsidii, quod D. Nuntz tanquam Cancellarius Hildesheimẽsis absque omni dubio scivit Mynsingerum super hoc feudo litigioso expectativa anteriori fuisse donatum. Quando enim posterior scivit rem jam alteri venditam vel promissam esse, 224
tunc semper prior præfertur, licet posterior possessionem nactus fuerit, cogiturque posterior priori possessionem restituere, uti tradunt Andr. Gail. *libr. 2. observat. 55. num. 11.* Ant. Gom. *lib. 2. var. resolut. c. de empt. num. 20. versic. Secundo principaliter limita*, ubi dicit hanc esse communem & ab ea in consulendo & judicando non recedendum. Hieron. de Maritian. *in repet. d. l. quoties numer. 293. & seqq. C. de rei vindic.* Bursat. *consil. 100. num. 25. vol. 1.* Roland. à Valle *consil. 9. num. 27. v. 1.* Nicol. Everhard. Jun. *consil. 41. numer. 201. v. 2.* Borgn. Cavalcan. *decis. 27. num. 48. p. 2.* Hancque opinionem Augu-

ſtiſſima Imperialis Camera judicando ſecuta eſt, uti apparet ex Meichſner. *tom.* 4. *deciſ.* 20. Idque etiam in ſpecie in terminis noſtris docuerunt Lud. Schrad. *p.* 5 *de feud. c.* 2. *num.* 19. *verſic. vel niſi ſecunda &* Hartman. Piſtor. *p.* 2. *q.* 29. *numer.* 28.

His accedit ultimò quod hęc D. Nuntzii poſſeſſio non legitimè, ſed omninò illegitimè, tam contra prohibitionem legis , quàm poſt litem cæptam omnes innovationes & litigioſarum rerum alienationes & acquiſitiones diſtrictè vetat (quemadmodum ſupra in puncto attentatorum probatum) quam contra inhibitionem Cæſaream (cui tamen merito parere debuiſſet) adquiſita, conſequenterque duplici modo nulla eſt; Ex quo manifeſti juris eſt, id quod fit con-
225 tra legem *l. non dubium. C. de legib.* vel contra inhibitionem. uti poſt Abbat. Lapp. & Rebuff. tradit Vinc. Carat. *deciſ.* 4. *n.* 7. nullum eſſe, & ita in
226 ſpecie quod cum alienatio rei litigioſa ſit ipſo jure prohibita & nulla, *per t. ff. & C. & auth. C. de litig.* Lancellott. *de attent. p.* 2. *c.* 4. *in præfatione n.* 451. *& ſeqq.* Burſ. *conſ.* 140. *num.* 19. *lib.* 2. nulla
227 per talem lite pendente factam translationem, poſſeſſio adquiratur , pluribus firmavit Joh. Vinc. Hond. *conſ.* 20. *n.* 3. *& ſeq. lib.* 1. Cum ex a-
228 ctu vel contractu nullo, nulla transferatur poſſeſſio. Burſat. *conſ.* 100. *n.* 24. *lib.* 1. Lancell. *d. lo. n.* 452. *& ſeq.* Cum igitur hæc poſſeſſio Nuntzii
229 nulla ſit, nullum quoque impedimentum Mynſingero poteſt generare. per regulam *in c. non præſtat impedimentum* 52. *de reg. jur. in* 6. nullumque effectum producet. Joh. Petr. Surd. *deciſ.* 239. *n.* 14. perindeq; erit ac ſi Nuntzius nunquam hanc poſſeſſionem adeptus fuiſſet, quo in caſu indubitatum foret Mynſingerum ipſi præferendum eſſe.

Supereſt nunc altera & ſecundo loco propoſi-
230 ta quæſtio, Anne igitur contra D. Nuntzium ſtatim abſque novo proceſſu executio fieri poſſit? Negativa ex generali regula juris adſtrui poſſet,
231 quod videlicet executio contra tertium poſſeſſorem non citatum, nec condemnatum fieri nequeat. *per text. in l. rei judicata l. cum quæritur l. ſeq. ff. de exc. rei jud. l. ſæpè ff. de rejud.* Chaſſ. *in conſuet. Burg. tit. des Succeſſionerubr.* 7. §. 14. *nu.* 15. *fol.* 281. Aſin. *in praxi judic. p.* 1. §. 31. *c.* 2. *lim.* 5. *per tot. & lim.* 25. *n.* 1. poſt Caſtr. Alex. Jaſon. Gozad. Rip. Bertrandin. Anguſol. & Purpur. Borgn. Cavalc. *deciſ.* 16. *n.* 1. *p.* 1. quibus alios addit Hier. Cavallos *in com. opin. contr. comm. q.* 820. *nu.* 22. *& ſeq.* ubi communem & moribus receptam dicit, ne quidem Imperiali reſcripto. *l. fin. C. ſi per vim vel alio mod.* Valaſc. *deciſ.* 55. *n.* 1. Cum res inter alios acta tertio non vocato minimè nocere debeat.
232 *t. t. C. res int. al. acta.* Et ſententia lata contra unum non præjudicat nec executioni mandatur contra alium poſſidentem Joh. Vinc. Honded. *conſ.* 20. *n.* 20. *vol.* 1. *& c.* Borgn. Cavalc. *deciſ.* 5. *nu.*
233 15. *& ſeq. p.* 4. maximè ubi non realis ſed perſonalis actio (quemadmodum in præſenti caſu factum) inſtituta eſt, tunc enim non poteſt fieri executio contra tertium poſſeſſorem, quamvis ille lite pendente & quandocunque ante executionem poſſeſſionem nactus ſit, ſed agendum prius erit contra illum actione revocatoria, uti formaliter poſt Bartol. Alexand. Anchor. Socin. Gozad. Roder. Suaretz. Ruin. Covarr. Roland. à Valle Duennam & Cacheran. ſcribit ſimul de communi atteſtans Joh. Petr. Surd. *deciſ.* 256. *n.* 7. *& deciſ.* 306. *n.* 16. Quibus addi poſſunt Lancell. *de attentat. p.* 2. *c.* 4. *in præfat. nu.* 481. *& ſeq.* Honded. *conſ.* 20. *n.* 42. *vol.* 1. Hartm. Piſt. *q.* 40. *n.* 6. *p.* 1. Cravett. *conſ.* 279. *n.* 1. quò loci complures adduxit.

Veruntamen ſecundum ea, quæ in actis de- 234
ducuntur, in præſenti hypotheſi poſſet defendi, non obſtante præmiſſa regula abſq; novo proceſſu & ſeparata actionis revocatoria intentatione executionem contra Nuntzium fieri poſſe.

Primo enim D. Nuntzium in præſenti caſu non eſſe tertium , ſed unum ex ipſis principalibus Reis geminata ejuſdem & quidem judicialiter facta confeſſio teſtatum facit , puta ſeynd Nuntzii D. Krämern gegebener Gewalt N. 16. ibi in obgemeldter Sachen / ſo mich principaliter belangt / Wie auch im extract Schreibens N. 31. Cum igitur ex ipſius propria confeſſione, probatione omnium firmiſſima *l. cum te. ubi* Dd. *C. de prob. l. generaliter C. de non num. pec.*) conſtet D. Nuntzium non tertium poſſeſſorem, ſed unum ex ipſis principalibus eſſe, nihil quoque eidem ſupra dicta de tertio poſſeſſore loquentia jura prodeſſe poterunt , ex quo illa ad præſens factum non quadrant.

Deinde fac ipſum tertium poſſeſſorem eſſe, 235
tamen contra tertium poſſeſſorem etiam abſq; novo proceſſu tum executio fieri poteſt, quando in eum lite pendente res litigioſa alienata fuit. *l. fin. ubi* Bart. *C. de litig.* Bald. *in l. executorem nu.* 22. *C. de except. rei jud.* Contard. *in l. un. C. ſi de mort. poſſ. q.* 24. *nu.* 14. *& ſeq.* Fabian. de Monte *tr. de empt. vend. q.* 4. *pr. n.* 36. Lancell. *de attent. p.* 2. *c.* 4. *in præfat. n.* 459. *& ſeq.* And. Gail. 1. *obſ.* 118. *nu.* 2. Covar. *pr. quæſt. c.* 15. *n.* 6. *& ſeq.* Aſin. *in prax.* §. 31. *c.* 2. *ampl.* 24. *per tot.* Burſat. *conſil.* 413. *num.* 8. Surd. *conſ.* 405. *n.* 8. *& ſeq.* Honded æ. *conſ.* 20. *n.* 7. *lib.* 1. Cavalc. *deciſ.* 16. *n.* 7. *p.* 1. Boer. *deciſ.* 182. *n.* 51. Cum tertius poſſeſſor melioris conditionis eſſe 236
non debeat, quam ſit auctor ejus, reus principaliter conventus, à quo cauſam habuit, habetque regreſſum contra eundem de evictione , uti in hiſce terminis ait Borgn. Cavalc. *deciſ.* 7. *num.* 15. *p.* 4. Hæcque multo fortius procedunt in terminis noſtris , ubi tertius illo tempore , quo in ipſum rei litigioſæ alienatio facta eſt, litis claram ſcientiam habuit. Cæval. *d. q.* 820. *nu.* 34. *& ſeq.* Covar. *d. q.* 15. *n.* 7.

Neque prædictis obſtat, quod ſupra ex Sur- 237
do & aliis objectum fuit, actione videlicet perſonali inſtituta non poſſe fieri executionem cõtra tertium, quamvis in illum lite pendente alienatio facta fuerit; quoniam illud notabiliter limitatur , ſi ipſa perſonalis actio ad rem ipſam, vel ejuſdem dominium, vel utile vel directum obtinendum proponatur per ea , quæ ſupra in pũcto attentatorũ uberiori manu adducta ſunt. Hic autem à Mynſingero per inſtitutam actionem utile dominium feudi promiſſi petitur. Ergo.

Deinde

238 Deinde possessionis alienatio hîc facta est in Nuntzium & quidem scientem post Cæsar. inhibitionem, ideoque multo magis contra illum sententia absque novo processu executioni demandari poterit, uti appositè respondit Surd. *consil.* 405. *n.* 10. ubi tradit etiam contra tertium possessorem executioni posse demandari sententiam latam in actione personali absque eo quod prius agatur recissoria vel revocatoria, quando alienatio facta esset in fraudem non solum creditoris, sed etiam ipsius judicis (de quo etiam videndus Joan. Bapt. Asin. *in prax* §. 31. *c.* 2. *lim.* 30.) dolum autem eo ipso, alio non apparente, probari, quod alienatio rei litigiosæ post motam litem fiat. dixit Ceph. *consil.* 64. *num.* 19. quem & refert Bursat. *conf.* 100. *n.* 23. Sicut vice versa alienatio ante litem motam facta dolo carere creditur, ut ex Bald. voluit Claud. Bertazz. *in addit. ad.* Barthol. Bertazz. *consil.* 241. *in lit. A. vol.* 1. *in criminal. lit. a.*

239 Utut verò prædicta sese habeant, tamen pro tertio manifestè ex actis elucescit ipsum D. Nuntzium à principio hujus instantiæ usque ad finem in lite fuisse, prout hoc clarè probatur in mandato procuratorio, quod Nuntzius suo nomine D. Kremero dedit n. 26. in pr. ubi ita scribit: **Ich Sigfriedt Nunz ꝛc bekenne / nachdem der Hochwürdig ꝛc. mich mit denen durch A. von Crams Todt J. F. Gn. heimgefallenen Lehengüter Gn. belehnet / vnnd J. F. Gn. vnd ich** (NB. **derohalben mit H. Joachim Mynsingern ꝛc. an dem hochlöbl. Käyserl. Cammergericht in Rechtfertigung gerathen /** subjiciendo in fine promissionem de solvendo judicatum. **Item in Herrn Sigfridt Nunzen Extract Schreiben.** num. 31. ibi: **In Sachen meines gnädigsten Churfürsten vnd Herrn vnd mich eins / vnd D. Mynsingern andern Theils betreffendt ꝛc.** constat, eum omnes exceptiones, quas contra Mynsingerum in judicio revocatorio producere potuisset, passim in hoc judicio in exceptionibus contra libellum appellationis n. 14. proposuisse.

240 Tandem liquet ex d. **Extract Schreibens** nu. 31. ipsum Nuntzium procuratori specialiter mandasse, ut in hac causa definitivè submittat. Cum igitur D. Nuntzius in præsenti casu, quamvis non citatus sponte & ultrò comparuerit, procuratorem constituerit, exceptiones proposuerit, causam definitivè submiserit, merito quoq; sententia contra ipsum absque alio novo processu executioni mandari poterit.

Quod enim supradictum fuit, sententiam contra tertium possessorem executioni mandari non posse, sed contra illum prius revocatoria agendum esse, id verum est de tertio non citato, vel in lite non comprehenso. At si tertius ille possessor vel citatus fuerit, vel sponte comparuerit, suasque exceptiones in judicium deduxerit, tunc nullo novo processu vel nova revocatoriæ actionis institutione opus erit, quemadmodum hoc est de mente omnium suprà in contrarium allegatorum jurium & Dd. prætereaque expressè post multos à se allegatos tradidit Borgn. Cavalc. *decis.* 5. *num.* 40. *& aliquot seqq. p.* 4. *ubi n.* 42. *subjicit*, hoc esse æquum ad evitandas expensas, abbreviandas lites, cassanda jurgia & fraudes, uti quoque Cravett. *cons.* 14. *n.* 6 *dicens*, quod esset circulus quidam iniquus, si judex, cui ex actis constat de veritate, partem cogeret denuo alio processu separato agere. rursum idem Borgn. Cavalc. *decis.* 7. *numer.* 15. *p.* 4. *ubi ait*, hanc esse firmam conclusionem, si tertius ille compareat etiam in fine judicii, *per ibi allegata.*

Ex his proinde sequitur in præsenti casu executionem etiam contra D. Nuntzium in lite existentem jure fieri posse, nec ullo separato revocatoriæ actionis processu ulterius opus esse. Interim tamen, si quis existimaverit, non posse in puncto attentatorum & quidem contra D. Nuntzium omnia annullando & cassando, eaque in pristinum statum revocando sententiari, sed & executionem sententiæ, forsan quod D. Nuntzius mortuus, & plures hæredes reliquerit, difficultatibus involutam, & appellanti vel ejusdem hæredibus consultius esse, ut sententia contra Dominum Episcopum feratur, non equidem magnoperè contenderim id fieri, & Dn. Episcopum modernum D. Mynsingeri hæredibus æquè bonum cambium vel interesse præstare, hocque modo D. Nuntzium ab hac restitutione liberari posse.

Et ita juris esse puto: Salvo tamen cujuscunque melius sentientis rectiori judicio.

CASPARIS KLOCKI.

CONSILIVM QVINTVM.

In materia caducitatis feudi.

SUMMARIA.

1 NUllitas jurisdictionis *semper opponi potest.*

2 *Quando* Dominus *suum adversarium negat vasallum esse, causa coram ordinario loci ventilari debet.*

3 Sententia *ab incompetente judice lata ipso jure nulla est, appellatione etiam non interposità.*

4 Sententiæ *non dicitur acquiescere, qui non appellat, quando scit sententiam esse nullam.*

5 Appellatione remota *an querela nullitatis sublata censeatur?*

6 Nullitas *intra* 30. *annos opponi potest: Restringitur & limitatur* num. 48. 49. 50.

7 Judicis mora *litigantibus non debet esse nociva.*

8 Ex bello *oritur legitimum impedimentum, ut appellatio non censeatur deserta: vid. tamen n.* 46. 47.

9 Pares Curiæ *à Domino & vasallo simul eligi debent: Ampliatur nu.* 10. *Præjudicium Camerale n.* 11. *vide tamen n.* 56.

12 Paribus *juramentum, quo Domino obstricti sunt, remittendum; & ab iisdem juramentum de rectè judicando exigendum* num. 13. 14. *vide tamen n.* 59. 60. 61.

15 Pares *debent esse ejusdem territorii vel Provinciæ,*

vinciæ, in qua aſſertus vaſallus domicilium habet: Limitatur n.62.
16 Pares Curiæ, *ut ſuſpecti, recuſari poſſunt; & n.17. Declaratur n.63.64.*
18 Cauſæ cognitio *potiſſimum in opponendo, replicandoq; conſiſtit, & ut partis utriusq; jura audiantur: Vide tamen n.66.*
19 *An etiam* ſapientes, *quorum conſilium pro deciſione requiritur, juramentum de rectè judicando præſtare teneantur? Et quid de Scriba & Nuncio ſtatuendum? n.20. & nu. 66.69.*
21 *An in* judicio feudali *de calumnia juretur? & n.68.*
22 Variatio loci *& ſemel deſtinati judicii prohibita eſt; & n.23.*
24 Litis conteſtatio *omiſſa proceſſum & ſententiam retrò nullam reddit.*
25 *In dubio contra* nullitatem *judicandum.*
26 *Quando* vaſallus *à Domino conventus negat ſe vaſallum, aut rem controverſam eſſe feudalem, de hac præjudiciali quæſtione* Pares *cogneſcunt.*
27 Pares Curiæ *inter Dominum & Vaſallum quibus caſibus judicent, & quando non? &* num.28.29.30.31.32.33.34.35.36.37.38.39. 41.42.
40 *An* milites Hieroſolymitani *ſint feudi capaces? remiſſivè.*
43 *Quamvis* fatalia proſequendæ appellationis *in Camera non conſiderentur, tamen iis coram judice à quo non ſervatis appellatio pro deſerta in Camera habetur*: Appellatio deſerta *efficitur, ſi appellans non potuit habere copiam judicis, & lapſum ſit tempus ſine proteſtatione,* num.eod.
44 Ad excuſandam deſertionem *non ſufficit, ſemel judicem pro expeditione requiſiviſſe, ſed multiplex requiritur interpellatio; & appellari debet ad ſuperiorem n.45.*
46 Belli *allegatio quando excuſet; &* num.47.
51 Exceptio dilatoria, *ſi in prima inſtantia objecta non ſit, non poteſt opponi in appellationis judicio.*
52 Vaſallo *Parium electionem detrectante, vel protrahente, ſoli à Domino electi de cauſa cognoſcunt.*
53 Jus Saxonicum *ſoli Domino electionem parium tribuens in VVeſtphalia viget num. 54. Quæ conſuetudo ſuſtineri poteſt n.55.*
57 Dominus feudi *poteſt generalem judicem conſtituere, qui de cauſis inter ipſum & vaſallum motis cognoſcat; & n.58.*
59 Pares Curiæ *an novo juramento onerandi? & n ſeqq.*
65 Cauſæ cognitio *ſatis interveniſſe dicitur, ſi altera pars per contumaciam abfuerit.*
69 Dominus feudi *ad certum Provinciæ angulum non eſt reſtringendus.*
70 Lis pro conteſtata *habenda, quando Reus eam ſubterfugiis & cavillationibus calumnioſè differt.*
71 *De* iniquitate *& meritis cauſæ principalis.*
72 *An* Gravamina Appellationis *admittenda? &* num.93. *& ſeqq. & n.138.*
73 Probatio ob contumaciam *introducta pro facta habetur, ideoq; probationem in contrarium admittit; & num.74. vide tamen num. 94.95.*
75 Privata ſcriptura *tertio non præjudicat; maximè, ſi ex Archivo deſumpta non ſit num. 76. Fallit in antiquis* num.100.101.102.
77 Probatio *debet eſſe concludens.*
78 Sigillum *nomen ſigillantis continere debet; nec probat, ubi adeſt ſuſpicio falſitatis nu. 79. & quando ante litis conteſtationem productum eſt* num.80.
80 Inſtrumenta *ante litis conteſtationem exhibita nil ad merita cauſæ ſufficiunt: Declaratur num.105.106.*
82 Bona *præſumuntur allodialia, non feudalia.*
83 Vaſallus 30. *annis libertatem & directum dominium præſcribere poteſt; & n.84.*
85 Exceptio præſcriptionis *in vim peremptoriæ & dilatoriæ opponi poteſt; etiam in inſtantia appellationis n.86. Quin & non objecta, ſi ex actis adpareat, ex officio à judice attendi debet n.87.*
88 Vaſallus *negando feudum, ſi careat dolo, illud non amittit & nu.89. vide tamen* num. 135. *&* 139.140.
90 Gravamina, *ut irrelevantia, ob rei judicatæ authoritatem rejicienda.*
91 Decendium *currit à die latæ ſententiæ, non expectato conditionis eventu.*
92 A ſententia de exequendo *appellari nequit.*
96 Reverſales, *maximè ob antiquitatem temporis & rei judicatæ authoritatem, fidem merentur.*
97 Recognitiones Vaſallorum *probant feudum: & n.98.99.*
103 In familiarum nominibus *ſæpe mutationes contingunt.*
104 Centum *annis omnia vacillant.*
107 Probationes *non partis, ſed judicis arbitrio committuntur; & n.108.*
109 Probatione *per judicem admiſſa, quæ admitti non debuit, ſi adverſarius non contradixerit, vires habebit.*
110 Præſumptiones & conjecturæ *ceſſant, adparente in contrarium veritate & n.111.*
112 Ex præterito *in præſens præſumitur.*
113 Res *ſemel facta* feudalis, *adhuc talis eſſe præſumitur.*
114 Exceptio, *ſuper qua ſemel judicatum, ulterius opponi nequit.*
115 Res judicata *pro veritate habetur, & proeà præſumitur tam quoad juſtitiam, quàm proceſſum,* num.116.
117 Sententia *nigrum in album, & falſum in verum mutat; & n.118.*
119 Mala fides *præſcriptionem impedit; & num. 120.*
121 Vaſallus *in mala fide conſtitutus nullo unquam tempore præſcribit; & n.122.*
123 Succeſſor *in paterna hæreditate inſtrumenta inveſtiturarum reperta penes ſe, earumdemque notitiam habere præſumitur.*
124 Mala fides *probatur ex inſtrumento penes poſſeſſorem reperto.*

125 Jurare de calumnia juſſus, *ſi ſit in mora, pro confeſſo habetur.*

126 Mala fides patris *in præſcriptione feudi tranſit in ſucceſſorem; & n.* 127. 128.

129 Bona feudalia *à prædeceſſore vaſalli poſſeſſa eodem jure ad ſucceſſorem pervenisſe creduntur, maximè, ubi non conſtat de alio titulo n.* 130.

131 Vaſallus *An ſervitia præſcribere poſſit contra Dominum? &* num. 132.

133 Juſtæ differendæ inveſtituræ cauſæ *Dominum excuſant.*

134 Scriptura *poſſeſſionem immemorialem excludit.*

136 *In* dolo *eſt, qui convictus & condemnatus mandato judicis non obtemperat.*

137 Ignorantia affectata *non relevat.*

141 *Si plures* exceptiones *opponantur, & omnes ſint relevantes, quomodo ſoleat in Camera Imp. pronunciari?*

INFORMATIO JURIS

IN CAUSA

Weng contra Reck

Appellationis.

IN præſenti controverſia caducitatis Feudi vertente inter Nobilem ac ſtrenuum Dominum JOANNEM von der Reck zu Steinfuhrt/ Actorem & nunc Appellatum, ex una; & itidem Nobilem Dominum JOANNEM von der Weng Reum & nunc Appellantem, ex altera, partibus, nihil eſt, quod in formalibus appellationibus deſideremus: proinde ad materialia & juſtitiam ejuſdem progrediendo; ea circa proceſſus in prima inſtantia agitati nullitatem & ſententiæ iniquitatem, ita abſolvitur, ut prima facie quis pro appellante ſententiam ferendam non injuſtè arbitrari poſſet, ſi enim principaliores dùtaxat nullitates perſtringamus, cum judex ſit baſis & fundamentum judicii, ita ut ſi in eo defectus juriſdictionis deprehendatur, hujuſmodi nullitas ſemper opponi poſſit. Gail. 1. *obſ.* 42. *num.* 8. *& ſeqq.*

Apparet utique à Reo convento Wengen appellante 18. Junii Anno 77. qualitatem feudalitatis conſtanter negatam fuiſſe; ut eâ ratione hujuſmodi præjudicialis quæſtio, an feudum ſit, nec ne, non ad partium Curiæ, ſed ordinarii judicis, in cujus videlicet territorio res feudalis ſita fuit, cognitionem ſpectaverit Zaſius *conſil.* 13. *num.* 37. *vol.* 1. Andr. Gail. *lib.* 1. *obſ. pract.* 1. *num.* 156. *ubi* refert ita in cauſa Herrn Johanſermeiſter contra Würtenberg Anno 1564. 16. Auguſti judicatum fuiſſe. Et hanc opinionem probat Sonsbec. *de feud. p.* 14. *num.* 30. Modeſtin. Piſtor. *conſil.* 12. *numer.* 84. *vol.* 2. Joan. Fichard. *conſil.* 16. *nu.* 22. *in fin. vol.* 1. *ubi* ſequitur expreſsè Zaſium. Hartm. Hartman. *lib.* 2. *obſer. pract. tit.* 54. *de feud. obſerv.* 21. *numer.* 9. *poſt Baldum.* Et hoc ſenſit Mynſing. *centur.* 5. *obſ.* 75. *numer.* 6. Nicol. Reuſner, *conſil.* 25. *num.* 46. *vol.* 1. Ægid. Boſſ. *in pract. tit. de form. compt. num.* 177. (uti reprehendit Aretinum ſummariam cognitionem deſuper paribus tribuentem) Aug. Berous *conſil.* 82. *num.* 1. *& ſeqq. vol.* 1. Menoch. *conſ.* 301. *num.* 54. Henric. Roſenthal. *in ſua feud. ſynopſ. cap.* 12. *concluſ.* 4. *n.* 9. *Vbi & alios in lit. I. adduxit.*

Neque tollit nullitatem juriſdictionis, quod pares curiæ exceptionibus non obſtantibus 5. Novembr. Anno 77. pro competentibus judicibus ſe pronunciaverint, à qua ſententia licet ad Ducem Cliviæ appellatio interpoſita fuerit, attamen eandem factam deſertam, cum enim ſententia ab incompetente judice lata ipſo jure nulla ſit; appellatione etiam non interpoſita Modeſtin. Piſtor. *conſil.* 12. *num.* 89. *& ſeq. vol.* 2. *in terminis.* 3

Et ſententiæ non dicatur acquieſcere, qui non appellat, ex quo ſcit ſententiam eſſe nullam Cephal. *conſil.* 686. quamvis *num.* 11. poſt Felin. *in c. inter cæteras ad finem de re judic.* 4

Unde ſicut appellationem interponere neceſſe non eſt, ſic eadem ratione interpoſitam quis perſequi non tenetur. Cum ſemper nullitatis querela appellatione quoq; deſerta, nihilominus maneat Decius *in c. cum ſit Romana nu.* 26. *de appellat.* Gail. 1. *obſ.* 135. *nu.* 6. Cravetta *conſil.* 657. *nu.* 54. Burſat. *conſil.* 455. *per tot.* Menoch. *conſil.* 495. *num.* 21. 5

Quæ & intra triginta annos proponi poteſt Bertrad. *conſil.* 324. *num.* 8. *vol.* 4. Gail. 1. *obſ.* 127. *n.* 8. Joan. Petr. Surd. *conſil.* 360 *num.* 43. Arrius Pinell. *in l.* 1. *p.* 3. *numer.* 5. *verſ. ſed dicet aliquis. C. de bon. matern.* Tiraquel. *de retract. lig.* §. 36. *gloſſ.* 2. *num.* 38. 6

Et ſi quis deſertionem hic conſiderandam nihilominus contenderit, ea tamen inde excuſatur, quod non per appellantem, ſed per judicem ob tumultus bellicos ſteterit, quò minus cauſa appellationis intra legitimum tempus decideretur, uti appellans art. 28. in libello appellationis ſub num. 7. Anno 92. & ſub num. 15. Anno 94. 6. Julii deduxit. Judicis autem moram litigantibus non eſſe nocumento & fatalia proſequendæ appellationis non intercidere, neque circumduci, ait Gail. 1. *obſ.* 141. *num.* 10. 7

Et ob bella legitimum oriri impedimentum, ut appellatio non cenſeatur deſerta, innuit Robert. Lancellot. *de attentat. p.* 2. *c.* 12. *in præfat. numer.* 46. 8

Poſito inſuper, de qualitate juriſdictionem tribuente conſtitiſſe, occurrunt tamen & aliæ nullitates proceſſum hunc irritantes, quas Weng Reus & appellans in ſeiner ſub num. 13. in Camera Imperiali 13. Septembris Anno 92. producirter Handlung congeſſit; Inter has vel ſubſequentes ſunt potiſſimæ: Quod nimirum Pares Curiæ ad judicandum tam à vaſallo quam à Domino ſimul eligi debeant l. *unic. de controverſ. Feud. apud pares termin.* Incol. Mozz. *de ſubſtant. feud. num.* 113. Hieron. Schurff. *conſ.* 28. *Caſus talis num.* 14. *cent.* 3. 9

Adeò, ut conſuetudo duntaxat electionem permittens invalida cenſeatur Zaſ. *de feud. p.* 11. *n.* 12. *& ſeq.* Burſat. *conſ.* 225. *num.* 41. 10

Secun-

Secundum quam opinionem etiam Camera Imperialis judicavit in cauſa Seckendorff con-
11 tra Brandenburg ubi Marchio contendendo ſibi feudum apertum ſolus elegerat pares Curiæ, ſed cum Seckendorff contra judices excepiſſet, hique ſe non obſtantibus exceptionibus competentes pronuntiaſſent, litis conteſtationem injungendo, Seckendorff ab hac ſententia ad Cameram appellavit, quæ pronunciavit, daß durch Richter voriger Inſtäz vbel gevrtheilet/vñ wol darvon appellirt, vnd wollen die Partheyen einander Spruch vnd Forderung nicht erlaſſen/ daß ſie ſolches am Käyſerlichen Cammergericht thun ſollen/Quod præjudicium Dominus Gail. retulit 2 *obſ.*34.*num.*3. Accedunt Borcholt. *de feud c.*10.*num.*10.Herman. Vultej. *de feud.lib.*2. *c.*2.*num.*26.Joan.Fichard.*conſ.*18.*num.*38.*vol.*1. *& conſil.*13.*num.*22.*vol.* 2. quos ſequitur Henricus Roſenthal.*in ſynopſ.feud.c.*12.*concluſ.*6.*num.* 14.*& ſeq.*

Cæterum acta priora ſufficienter oſtendunt, Dominum ſolum judicem elegiſſe & ei pares
12 adjunxiſſe. Deinde non fuit paribus juramentum,quo Domino devincti ſunt, remiſſum juxta *pr.part.*2.*ord.Cam.tit.*4. & Joan. Sichard.*in l.* 4.*num.*4.*C.de reſtib.*

Nec ab iis jusjurandum de rectè judicando
13 exactum, ſed pares hoc juramento onerandos eſſe,nervosè adſtruit Weſembec. *conſil.*9.*num.* 4.*& ſeq.*

14 Et hanc ſententiam veriorem & in multis graviſſimis cauſis ſervatam teſtatur Ludov. Schrader.*de feud.p.*10.*ſect.*11.*nu* 105.Tiraquell.*de præſcript.*§.1.*gloſſ.*8.Joan.Fichard.*d. conſil.*18.*num.* 39.*vol.*1.*Vbi hoc veriſſimum dixit* Amæd.de ponte *in quæſt.Quis ſit judex in cauſa Feud.numer.*11. Jacob. Krullen poſt Modeſtin. Piſtor.*conſil.*60. *num.*15.*vol.*1.Hartman.Hartman.*lib.*2.*obſ.tit.de feud.obſ.*22.*n* 12.*& ſeq.*

15 Porrò & in eo peccatum eſt,quod pares Curiæ non ſint ejuſdem territorii vel provinciæ, in qua aſſertus vaſallus domicilium habet, ſicut requiritur Bald.*in c.*1.§.*præterea, num.*8.*de prohibit.alien.feud.per Frideric.* Mynſinger. 4.*obſ.* 89.*num.*12.*& ſeqq.*Modeſt.Piſtor.*conſ.*59.*n.*42. *& ſeq.vol.*1.

Sondern ſeyn daran etliche im Ertzſtifft Cölln/ etliche im Stifft Münſter/ etliche aber im Landt von der Marck geſeſſen / ut deduxit appellans ſub num. 13. quod etiam appellatus non diffitetur.

Perhibentur quoque ex paribus nonnulli ſuſpecti & nominatim Everhardus à Rock vnnd Dieterich à Reck / ejuſdem cum actore nominis
16 & agnatio. Cæterum pares,ut ſuſpectos,recuſari poſſe,indubitatum eſt Weſembec.*d.conſil.*9. *num.*9.Amæd.dePonte *d.quæſt.Quis ſit judex in cauſa Feudal.n.*25.Hartman.Hartman. *lib.*2.*obſ. tit.de feud.obſ.*22 *num.*6. Henricus Roſenthal *d. c.*12.*concluſ.*4.*num.*60.*& ſeqq.*

Neque amovet ſuſpicionem,quod hi non interfuerint judicio tempore latæ ſententiæ, quæ etiam non à paribus curiæ, ſed Univerſitate Marpurgenſi, ſine aliqua ſuſpicione concepta ſit, uti replicat actor & appellatus ſub num. 14. 22. Septembr. Anno 93. ſiquidem quod conſilio ſapientis uſi ſint pares, id non ſubjectum fuit juris neceſſitati, ſed relictum eorum poteſtati; Deinde cum ſententia ſecundum acta conformanda ſit, patet vel maximum eſſe in actis cauſæ momentum & litigatorum intereſſe plurimum, ut in his ritè conficiendis, totoque judiciorum ordine integrè peragendo, judices 17 integri fideles minimèque ſuſpecti deprehendantur,ita in terminis Weſembec.*d.conſil.nu.*9. *verſ.nec vero momentum.*

Sed & Univerſitas Marpurgenſis (uti appellans ſub num.15. 6. Julii Anno 94. objicit) ſententiam concepit, cauſa duntaxat ex parte actoris non etiam rei inſtructa, ita ut cauſæ cognitio defuiſſe videatur, quæ potiſſimum in opponendo, replicandoque conſiſtit, & ut 18 partis utriuſque jura exaudiantur Cravetta *conſil.*592.*num.*30.*&*34.Menoch.*de arbitr.judic.lib.* 1.*quæſt.*19.*n.*4.

Interim etiam non urgebo, hos ſapientes, quorum conſilium pro deciſione hujus cauſæ 19 requiſitum juramentum decretè conſulendo ſive reſpondendo non præſtitiſſe, quod tamen requiri poſt alios voluit Schrader. *de feud.p.*10. *ſect.*3.*num.*72.*verſ.uſque adeò.*

Inſuper acta priora contrarium oſtendunt videlicet publicationi ſententiæ Anno 88. 6. Maij latæ Henricum Brüninckhauſen / Dieterichen von der Reck (qui Domini actoris agnatus eſt) Joannem à Nehen vnnd Joannem à Belen interfuiſſe.

Sed & ſcriba & Nuncius judicii peculiare juramentum non præſtiterunt quod tamen etiam 20 fieri oportebat Jacob. Krüllen poſt Modeſtin. Piſtor.*d.conſil.*60.*num.*16.*vol.*1.

Non minus in eo Reus conventus fuit oneratus quod eidem contra hujus judicii naturam fuerit juramentum calumniæ impoſitum.

Nam in judicio feudali de calumnia non ju- 21 ratur Fichard.*d.conſil.*18.*numer.*40.*vol.*1. text.*in c.*1.§.*in quibus de conſuetud.rect.feud.*

Locus quoque judicii ſæpè mutatus fuit, ſed ejuſdem ſemel deſtinati prohibita variatio eſt 22 juxta Vant.*de nullitat.ex defect.citat,num.*64.

Et ſi alibi jus, quam in loco majorum, ubi 23 ſolitum eſt reddi *l.ult.ubi* Bart.*ff. de juſtit. & jur.* reddatur,nihil valet,quod agitur Guidus Panci-rolus *conſ.*119.*num.*72.

Denique, ut ſilentio præteream alias nullitates, omiſſum eſſe litis conteſtationem Reus contendit, cujus ſanè omiſſio proceſſum & ſen- 24 tentiam retro nullam reddit Vant. *de nullitat. ſentent.ex defect.proceſſ.num.*28. Bart.*in auth.offeratur.numer.*14.*C.de lit.conteſtat.* Mynſinger. *conſil.*8.*num.*3.Weſembec,*conſ.*6.*num.*1. Andr. Gail.*lib.*1,*obſ.*75.*in pr.* prout hujuſmodi nullitates ſub num. 13. Anno 92. 13. Septembris deductæ ſunt.

Quæ ſingula conjuncta non modo agitatum in prima inſtantia proceſſum labefactant, ſed & planè nullum arguunt.

Verum

25 Verum enimverò cum judex in dubio contra nullitates pronunciare adſtringatur Vant. *de nullitat. tit. quib. mod. ſentent. null. repar.* Decian. *conſil.* 66. *numer.* 9. *vol.* 4. Cephal. *conſil.* 223. *num.* 7.

Videamus, an deſint reſponſiones, quibus ſupra poſitæ nullitates profligari queant. Et ſanè cum Actor ob non petitam inveſtituram condictione ex moribus ad feudum commiſſum principaliter egerit, Reus verò incidenter feudum negârit, vix eſt, ut paribus curiæ cognitio adimi potuerit.

26 Quando enim vaſallus conventus à Domino negat vel ſe vaſallum, vel rem controverſam feudalem, de hac incidenti quæſtione pares curiæ cognoſcunt Franc. Aretin. *in c. cæterum. col.* 4. *in fin.* Et ibi Felin. *numer.* 10. Curt. *de feud. p.* 10. *ſect.* 6. *num.* 134. *& ſeqq.* ubi hanc opinionem communiorem & veriorem appellat Decius *in d. c. cæterum. num.* 18. *de jud.* Idem velle videtur Petr. Anto. de Petra *de poteſt. princ. c.* 8. *n.* 71. *mihi fol.* 16.

27 Etſi enim Dominus non ſit judex, ſi conventus neget feudum, tamen aliud eſt in paribus curiæ, qui cognoſcunt de ſua juriſdictione, quia in eis tractatur de nudo exercitio juriſdictionis, non de aliquo commodo æſtimabili eleganter Joan. Petr. Surdus *conſil.* 286. *quæſtion. numer.* 17. *ubi ſubjungit*, quod ratione dubii ille cognoſcat, qui aliàs non eſſet judex, ſi tamen cauſa juriſdictionis, à cauſa principali ſeparari poſſit juxta Alex. *conſil.* 1. *numer.* 9. *&* 10. *vol.* 5.

28 Idem juris quidem in paribus ſtatuit Zaſius, quem uti anteſignanum ſequuntur Gail. Sonſbec. Fichard. & alii ſuprad. locis ſed ſi revolvantur ab illis citati Dd. præſertim Innocent. Aretin. Abb. *num.* 20. *&* 21. Felin. *num.* 10. *&* Bald. idem Curt. *de feud. p.* 7. *numer.* 27. apparebit hos loqui in diverſis & hiſce terminis; Si Dominus videlicet cognoſcere velit, qui ſuper hac qualitate ideo cognoſcere nequit, quod in iſta juriſdictione eſt annexum commodum judicantis, *ut ferè loquitur Aretinus.*

Eo verò magis in præſenti hypotheſi pares ſi-
29 bi cognitionem adſumere potuerunt, quod ſummatim ex inſpectione reverſalium de feudali qualitate ipſis conſtiterit, præſertim cum Reus, etſi 15. 16. Julii anno 77. ſe eò reſolviſſet, **Wie er kondte leiden / daß Klägere die auffgelegte** reverſales **mit ſeines Großvatters unterſchiedenen Brieffen auff ſeinem Sitz Wenge vergleichen laſſen / darauß er** diſparitatem ſigillorum **würde befinden** / Nihilominus ad parium 3. Septembris Anno 77. factam interlocutionem, quæ & in rem judicatam tranſiit, neque literas avi, **damit er beweiſe / daß der Reverß von ſeinen Vorfahren nicht verſiegelt** / producere, neque etiam ſub juramento injunctam ſigilli recognitionem vel diffeſſionem non citra evidentem malitiæ præſumptionem facere voluerit: ubi autem vel ſummariè conſtare poteſt
30 feudum, & in negatione fraudem eſſe, ut Domini vel parium declinaretur judicium, eo caſu Dominum vel pares judicare poſſe poſt Henricum Borgck affirmat Amœd. de Ponte *in d. quæſt. Quis ſit judex in cauſa feudal. numer.* 32.

Quod & innuere videtur Curtius *ſupra d. loc. num.* 39. ubi citat Ang. Bald. & Felin. & non obſcurè ſentit Nic. Reuſner. *d. conſil.* 25. *num.* 46. *vol.* 1.

Quò etiam actor reſpexit in replicis ſuis coram paribus 6. Julii Anno 77. exhibitis unicè urgendo, cum ex inſpectione reverſalium in continenti liqueat, Reum vaſallum eſſe. Ideò 31 cauſam non remittendam eſſe, ſed apud pares determinandam juxta *l. ſi is à quo ff. ut in poſſ. legat.* hodie conſtat, hodie agatur Menoch. 1. *recuper. num.* 258.

Et alias judicem non ſtatim teneri cauſam ad 32 ordinarium remittere, ſed poſſe ſummariè ſuper qualitate juriſdictionem tribuente cognoſcere reſpondit Menoch. *conſil.* 824. *permultæ n.* 5. *&* 6. poſt Affict. *deciſ.* 297.

Hos verò caſus diverſos & ſeparatos Zaſius 33 & Gailius confuderunt, qui tamen ſecundum allegatos Dd. exaudiendi ſunt juxta doctrinam Bartoli *in l. non ſolum* §. *liberationis num.* 10. *ff. de lib. legat.* Cephal. *conſil.* 546. *numer.* 86. Menoch. *conſil.* 90. *num.* 55. Decian. *conſil.* 32. *num.* 99. *vol.* 2. Weſembec. *conſil.* 6. *num.* 64. Schrad. *p.* 10. *ſect.* 15. *num.* 16. Phil. Port. *conſil.* 105. *nu.* 20. Maſcard. *de probat. concluſ.* 4. *num.* 5.

Deniq; DD. qui idem in paribus ſtatuerunt, ſecundam prius adductam diſtinctionem eo in 34 caſu ſunt accipiendi, ſi principaliter de hoc controvertatur, utrum res controverſa ſit feudalis, an verò allodialis juxta diſtinct. Schrad. *d. p.* 10. *ſect.* 6. *n.* 135.

Atque hic, uti ſupra dictum, principaliter judicium fuit motum ſuper caducitate, in quo in- 35 cidenter objecta eſt exceptio hæc negati vaſallagii, cui tamen ſoli diſtinctioni (quam & Henric. Roſenthal impugnat *in feud. ſynopſ. c.* 12. *concluſ.* 4. *num.* 11 *& ſeqq.*) inhærere tutum non eſſet, ſi non & alia occurrerent. Neque præjudicium in cauſa **Johanſermeiſter** contra **Würtenberg** moramur, cum ex relectione actorum iſtius cauſæ liqueat, ibi & alia huiuſmodi deciſionem efflagitantia concurriſſe. Primò enim ſtatim viva voce à ſententia parium 19. Januarii anno 64. lata ad Cameram appellatum, eaque appellatio ſine deſertione ibidem introducta fuit: at noſtro in caſu appellatio à ſententia competentię ob deſertionem in rem judicatam abiit, ut etiam infra attingam.

Secundò in illo caſu contra commendato- 36 rem **in Rotweill** / uti poſſeſſorem & emptorem feudi actum fuit ex *c. præterea de prohib. feud. alienat per Frideric.* ob illicitam alienationem (quæ tamen alienatio nullibi probata fuit) uti conſtat ex replicis Ducis Würtenbergici anno 54. 27. Auguſti in Camera Imperiali productis, feudi autem emptorem extraneum coram ordinario conveniendum eſſe minus dubii habet, & Camera Imperialis aliàs judicavit, cuius etiam meminit Henric. Roſenthal, *in ſynopſ. feud. c.* 12.

concluſ.

concluſ.4.num.47.in lit.X. & concluſ.13.num.45. Hic verò agitur contra indubitati vaſalli (qui avus fuit) ſucceſſorem & nepotem.

37 Tertiò in Gallii præjudicio in prima inſtantia non fuit ſummariè per productionem reverſalium (quæ tandem in Camera 15. Martii Anno 55. productæ de dato 1475. ſub nomine Henrici Schapel à Rothweil uxorati) qualitas feudalis probata, aliud hîc factum eſſe ſupra diximus.

Quartò in iſto caſu valdè præcipitanter pro-
38 ceſſum, cum enim primum commendator citaretur, ut compareret 18. Januarii Anno 54. ſtatim ſubſequenti die, videlicet 19. Januarii ſententiæ competentię lata fuit ſine aliqua ſummaria diſcuſſione negatæ qualitatis feudi, quod ipſum nullitatem induxit per notat. Vantii *de nullitat.ex defect.proceſſ.num.34.fol.550.* Guidus Pancirol.*conſil.142.num.4.*

Sed in præſenti facti ſpecie lite primum 8. Martii anno 77. inchoata ſufficienti cauſæ cognitione prævia tandem 5. Novemb. anno eod. ſententia competentiæ publicata fuit.

Finaliter & quintò erat ibi perſona conven-
39 ta religioſa & Eccleſiaſtica, ut eò magis ad allegatam exceptionem pares curiæ Würtenbergenſis cognitionem à ſe abdicare debuerint, præſertim quod inter DD. adhuc valde controuerſum inveniatur, an feudi ſint capaces mili-
40 tes Hieroſolymitani, quod negat Guer. Piſon. Soac. *in prælud.feud.c.33.* Menoch. *conſil. 54.num.14.& conſil.519.num.8.* Roland. à Valle *conſil.23.num.39.vol.1.* Cacheran. *deciſ.27.numer.18.*

Sed noſter appellans eſt laicus feudi capax,
41 Item iſtius Henrici Weng / cujus reverſales in originali productæ ſunt, ſucceſſor & nepos, ut merito huius præiudicii in præſenti hypotheſi, ob huiuſmodi circumſtantiarum diverſitatem ratio habenda non ſit, cum ex modica facti mutatione, totum jus mutetur *l.ſi ex plagis §.in clivo.ff.ad l.Aquil.* Franciſc. Mantica *lib.8.de conject.ultim.volunt.tit.6.num.60.*

Quibus conſequens eſt, cum pares ſeſe com-
42 petentes declararint, eaque ſententia per deſertionem appellationis in rem judicatam tranſierit, judicium prius valuiſſe Vant. *de nullitat.ſub rub.quib.mod.ſentent.nulla defend.poſſ.* Schrader. *de feud.p.10.ſect.1.n.144.* pulcrè Mynſing. *conſil. 24.num.16.& ſeqq.*

Ex actis enim & actitatis notorium eſt, nec Reus efficiatur. Etſi autem ſententia competentiæ an das Fürſtliche Hoffgericht zu Cleve appellatum fuerit, fatalia tamen proſequen-
43 dæ ejuſdem appellationis jam dudum finita, eoque appellationem deſertam eſſe, quæ deſertio, ſi videlicet tempora proſequendæ appellationis coram judicibus inferioribus non ſint obſervata, in Camera attendi ſolet, uti judicatum 13. Junii Anno 61. Idque obſervavit Gail. *lib.1.obſerv.pract.141.num.8.* (quem etiam Advocatus appellati ſub n.11. rectè allegavit) Mynſing. *cent.6.obſ.12.num.6.& 7.*

Neque appellantem relevat à deſertione, quod culpam in judicem derivare conatur, cum hoc impedimentum probatum non ſit, imò appellatio etiam deſerta efficiatur, ſi appellans non potuit habere copiam judicis, & lapſum ſit tempus ſine proteſtatione, quod videlicet per appellantem non ſteterit pulcrè Cephal. *conſ.708. in cauſa num.43.* qui *& num.44.* rationem adduxit.

Quin etiam ad excuſandam deſertionem non 44
ſatis eſt ſemel judicem pro expeditione requiſiviſſe, ſed multiplex requiritur interpellatio, pulcrè Cacheran. *deciſ.12.num.17. & ſeqq.* Lancellot. *de attentat.p.2.c.12. in præfat.nu.43.* Henning. Gœden. *conſ.61.per tot.*

Ita, ut ſi & tunc judex differat judicare, ap- 45
pellans ad ſuperiorem ad evitandum fatalium lapſum recurrere debeat Cacheran. *d. deciſ.12. num.10.* Henning. Gœden. *d.conſ.61. num.7.*

Et allegati bellici tumultus non induxerunt 46
juſtitiam, ut tot annorum ſpatio cauſa prætenſæ appellationis, ab interlocutoria interpoſitæ non potuerit finiri, quo fit, ut belli allegatio non excuſet juxta notata Menochii *conſil.896. num.52. ubi dixit*, præſcriptionem non impediri 47
cauſam belli, quando jus in civitatibus, redditur poſt Abbat. & Feli. *in c.ex tranſmiſſa de præſcript.* Weſembec. *conſ.42.num.92.*

Neque obſtat, quod remota ſeu deſerta ap- 48
pellatione adhuc nullitatis quæſtio intra 30. annos poſſit opponi, hoc enim tunc verum ſi talis fuerit incompetentia, quam conſenſus partium purgare, vel eidem renunciare non poſſet, uti poſt Innocentium ſcripſit Felin. *in c.paſtoralis n. 11. de except.*

Exempli cauſa ſi laicus ſe reſpectu Clerici 49
competentem pronuntiet, ut exemplificat Cæſar Urſill. *in addit.* ad Afflict. *deciſ 355.num.5.*

Secus eſt, ſi prorogatione judex fieri poſſet, 50
eo enim caſu ſi judex cuius alioqui nulla eſt juriſdictio ſe competentem pronuntiarit parte non appellante nullitatis remedium non admittitur ut poſt Felin. *in rub.num.3. verſic. quarto fallit de for. compet. & in d. c. paſtoralis numer. 12.* diſertè docuit Anton. Gabriel. *libr. 6. comm. concluſ. ſub rubr.de ſtatut. concluſ.3. numer. 21.*

Quia ſecundum Dd. judex pronunciando ſe 51
competentem, facit de ſe non judice judicem, ſiquidem res judicata pro veritate haberi ſoleat *l.res judicata. ff. de re judicat.* huc facit etiam Matth. Matheſil. *in repetit. l. cum anteorib. §. §. Illud etiam numer.7. C. de rempub. appell. ubi tradit*, per deſertionem appellationis confirmari etiam ſententiam nullam, ita quod pars omninò non audiatur poſtea opponens de nullitate.

Ita & ſecunda nullitas, quam appellans in Camera ſub num. 13. anno 93. 13. Septembris deduxit, in vitioſa parium à ſolo Domino facta electione authoritate rei judicatæ repellitur, & cum hæc exceptio, uti dilatoria, in pri- 51
ma inſtantia objecta non ſit, videtur etiam, quod nõ poſſit opponi in appellationis judicio per notata Franciſci Cald. *in l.ſi Curatorem verſ. n.42.*

num.42.mihi fol.539.C.de in integr. restit. min. per l.ita demum.(.de procurat.

Deinde acta priora sufficienter demonstrant, Reum conventum malitiosè judicium semper subterfugisse, ita ut in ipsum invitum judicium constituendum fuerit, qui alioqui nunquam
52 adduci potuisset, ut pares eligeret, sed si vasallus diverticula & subtertugia quærens, pares eligere nolit, nec in electos à Domino consentire, tunc soli à Domino electi in ista causa judicis officio fungi, & tanquam judices procedere possunt Baro Schenck *de feud. libro secundo, capite decimo sexto, numero octavo.* Mynsing. *cent. 4. observat. 89. numero decimo.* Hartm. Hartm. *libr. 2. obs. tit. de feud. observ. 22. numero quinto.* Henric. Rosenthal. *c. 12. concl. 6. num. 22.* qui & alios ibi in lit. n. cumulat, ne sit in potestate vasalli judicium eludere.

53 Tertiò non modò jus Saxonicum, quod soli Domino electionem tribuit, Schrader. *de feud. p. 10. sect. 9. num. 102.* (etsi de hoc dubitet Henric. Rosenthal. *de feud. c. 12. conclusione sexta, nu-*
54 *mero decimo sexto,*) in Westphalia viget, sed etiam adest consuetudo plusquam notoria iridem soli Domino parium electionem indul-
55 gens, quæ utique consuetudo hoc in casu sustineri potest, prout voluit contra Zasium & Bursat. *supra d. locis.* Ludov. Schrader. *p. 10. sect. 8. nu. 141.* ubi etiam hanc sententiam veriorem & communiorem testatur.

Quæ opinio hîc concurrentibus supra me-
56 moratis & aliis circumstantiis admittenda est, non obstante supra adducto præjudicio Camerali in causa **Seckendorff** contra **Brandenburg**/ siquidem ibidem statim vasallus à paribus curiæ sese competentes declarantibus litis contestationem injungentibus ad Cameram appellavit, sed in nostro casu sententiæ competentiæ & iniunctæ litis contestatio ob desertionem in rem judicatam abiit. Denique nonnulli Do-
57 ctores eò inclinant, ut putent Dominum Feudi solum, etiam non interveniente consensu vasallorum, posse generaliter constituere talem judicem, qui de causis motis inter ipsum & vasallos suos ratione feudi cognoscat Bald. *in capite primo, numero quinto, de investit. in mar. fact.* Albert. Brun. *cons. 45. n. 12.*

Et quamvis hoc improbet Schrader. *d. p. 10. sect. 12. num. 106.*

Videtur tamen sustineri posse, ex iis, quæ scripsit Mynsing. *centur. 5. obs. 90. numero quarto versic. secus autem.* Henric. Rosenthal. *in d. synops. feud. capite duodecimo, conclusione sexta, numero vigesimo.* Et facit Amœd. de Ponte *in quæst. quis sit judex feud. num. 20.*

58 Cæterum Gerardus **Pentlinck** & eo defuncto Henricus **Brünnckhausen**/ fuerunt constituti generales judices in causis feudalibus motis & movendis, ut ex tenore utriusque commissionis de dato 5. Martii Anno 77. & rursum de dato 1. Martii Anno 88. actis prioribus inserta evidentissimè evincitur.

59 Tertia nullitas ex omissione juramenti à paribus de rectè judicando præstandi videtur evitari posse, si dicamus à vasallis, qui juramentum fidelitatis præstiterint, huiusmodi peculiare juramentum non requiri Vultejus *de feudis libro secundo, capite secundo, numero vigesimo nono.* Idque probabilius & magis receptum dixit Mynsing. *cent. 4. obs. 89. num. 9.* Schenck *de feud. libro secundo, capite decimo sexto, num. septimo.* Quam sententiam & firmat Rosenthal. *d. c. 12. conclus. 5. num. 12. & seqq.* Et posito contrarium opinionem veriorem esse, prout contendit Schrad. *super d. loc. p. 10. sect. 11. num. 105.*

Tamen idem Schrader. *d. loc. num. 125.* fate- 60
tur, ob omissionem huius juramenti acta & gesta à paribus curiæ non vitiari, sicut & acta & gesta à quolibet judice valent & tenent, licet is non præstiterit juramentum de rectè judicando Schrader. *d. nu. 125.* post gloss. Jacob. de Belv. Cynum. Alber. & alios.

Sic non obest, quod Dominus non remise- 61
rit illis tantisper, quo judicant juramentum fidelitatis, quo Domino feudi sunt devincti, siquidem huiusmodi juramenti relaxatio minimè necessaria & magis errore, quam jure introducta fuit, ut ostendit justus **Reuber** *in tract. de testib. p. 2. num. 116.* Et hoc innuit Decian. *consil. 26. num. 19. vol. 1.*

Quarta nullitas imbecillior est, quam ut o- 62
perosa refutatione indigeat, ex quo enim Westphalia uti una provincia considerari potest, tum etiam videtur Dominum feudi; quod in loco feudi litigiosi tot vasalios non habeat, ex vicinis locis alios cogere posse, ne dicam in nostro Domino feudi, uti nobili, vix posse considerari territorium vel provinciam. Insuper tantò minus **Weng** hîc habet, quod conqueratur cum quasi in loco domicilii videlicet **der Grafschafft von der Marck** locus tribunalis fuerit deputatus.

Non stringit etiam quinta nullitas respectu 63
vasallorum suspectorum adducta. Etsi enim pares, uti suspecti, recusari possint, tamen constat judicibus etiam suspectis regulariter jurisdictionem competere ipso jure, & gesta ab ipsis valere, nisi tanquam suspecti recusati fuerint *l. quin etiam 6. ff. de arb. l. in privatis 77. de judic. c. inter monasterium de sentent. & rejudicat.* Dd. *in l. qui jurisdictioni ubi* Jason. *num. 6.* Decius *num. 12. de jurisdict.* Schrader. *de feud. p. 10. sect. 6. num. 201. & seqq.*

Nulla autem hîc interposita fuit recusatio. Et 64
sane cum universitas Marpurgensis (quæ etiam cum à judice ad consulendum assumpta, juramento peculiariter oneranda non fuit Mascard. *concl. 1169. num. 53.*) sine omni vel in hanc vel in illam partem propendente affectione ex actis sententiam, eo modo, quo lata est, formârit, calumniosa vel fraudulenta potius futura erat suspicionis allegatio juxta notata Andr. Gail. *lib. 1. obs. pract. 33. num. 2. & 3.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. casu 458. nu. 12.* & ante hos Anton. Capit. *dec. 138. num. 6. & 7.*

Neque juvat Reum, quod nunc objecit Collegium Marpurgense tantummodo ad informationem actoris non audito reo ita sententian-

dum eſſe cenſuiſſe, cum de jure cauſæ cognitio
65 ſatis interveniſſe dicatur, ſi altera pars per contumaciam abfuerit text. *in l. in cauſa.* 13. §. *cauſa. ff. de minor.* Cephal. *conſil.* 89. *affatim numero vigeſimo ſeptimo.*

Quid hîc ergo dicemus, ubi ad producendum tua jura eo tot moratoriæ dilationes cum præiudicio conceſſæ ſint?

Eadem ratione curanda non ſunt ea, quæ ad
66 eruendam ſextam nullitatem de ſcriba & nuntio judicii iniurato proferuntur, cum enim ad omnes omnino cauſas hæ perſonæ conſtitutæ ſint, & initio adſumpti officii jurarint, non opus eſt, juramentum illud in ſingulis cauſis iterare *arg. eius quod* Schrader. *defend. p. 10. ſect. 16. numero trigeſimo nono* adfert quatenus ibi ſcribit, quod in Notariis publicis (qualis etiam hic ſcriba Joannes **Wolgert** fuit, quemadmodum quidem ſubſcriptio eiuſdem paſſim teſtatur) ſufficiat, eos tempore creationis iuraſſe, idque etiam magis clarè expreſſit in nuntio ibidem *num.* 54.

67 Et poſito, has perſonas iniuratas fuiſſe, nihilominus tamen, quæ ab aliis acta & geſta ſint, valere poſt Bart. & alios idem firmat Schrader. *d. ſect. 16. num.* 55.

68 Juramenti calumniæ iniuncta præſtatio haud nullitatem inducit, ex quo etiam ſunt inter Dd. qui vaſallum eo non onerandum autumant, ſi illud à Domino præſtitum fuerit Mozz. *de naturalib. feud. numero centeſimo vigeſimo nono,* ſequitur Henric. Roſenthal. *de feud. cap.* 12. *concluſ.* 13. *num.* 58.

Neque vis magna in loco judicii exigente ne-
69 ceſſitate aliquoties mutato ponenda eſt, cum & Dominus feudi ad certum provinciæ angulum non ſit reſtringendus Wielembec. *conſil.* 4. *num.* 55. ubi adduxit Hoſtienſem *de feud. numero decimo tertio in fin.* de Domino feudi hoc tradentem, quò conferunt notata Henrici Roſenthal. *d. c.* 12 *concluſ.* 5. *num.* 52. *& ſeq.*

Et inſuper Reus extra locum domicilii, videlicet Comitatum Marchiæ, nunquam evocatus fuerit, ut eo nomine conquerendi nullam planè cauſam habere deprehendatur, ut paulo ante dixi.

Ultima nullitas ex omiſſa litis conteſtatione ſurgens, ut præſenti caſu nihil quoque ad proceſſum & ſententiam impugnandam profuit, Quandoquidem ex actis prioris inſtantiæ planum eſt, Reo **Wengen** per ſententiam 18. Julii anno 78. litis conteſtationem ſub comminatione conſueta iniunctam, & poſtmodum 1. Octobris per decretum litem in contumaciam pro cõteſtata & articulos pro confeſſatis habitos fuiſſe, quæ ſententia itidem in rem judicatam abiit,
70 juris inſuper eſt litem pro conteſtata habendam, quando eam Reus ſubterfugiis & cavillationibus calumniosè, uti hîc factum, differ ac procraſtinat Jacob. Thoming. *deciſ.* 24. *num.* 4. ubi plures citat Tiber. Decian. *conſil.* 60. *num.* 27. *vol.* 5.

Ex quibus planum eſt, nullitates prætenſas ad juſtitiam appellationis adſerendam nullius ferè eſſe momenti.

Reſtat igitur, ut iniquitatem ſententiæ & 71
merita cauſæ principalis examinemus. In quorum diſcuſſione ita verſabimur, ut intentatam actionem ejuſq; probationem, & an ea per rei exceptiones elidi infirmarique queat, quam breviſſimè fieri poterit expendamus Devenien- 72
do itaque ad rem ipſam ſubmiſſum apparet in puncto gravaminum, an ea ad probandum admittenda, vel potius uti irrelevantia rejicienda ſint, prout appellatus contendit ſub num. 9. anno 90. 25. Septemb.

Sanè prima fronte videntur admittenda. Etſi enim actor condictione ex conſtitut. *c. Imperialem* §. *præterea ſi quis de prohib. feud. alienat. per Frid.* pro feudo aperto ob non petitam inveſtituram egerit petendo pronunciari. **Weiln Beklagter Weng das Lehen in gebührender Zeit nicht empfangen / daß derowegen ſolches Actori heimbgefallen vnnd eröffnet / auch Beklagter daſſelbe** cum pertinentiis & fructibus **zu reſtituiren ſchuldig ſey** / uti apparet ex libello coram paribus 8. Martii Anno 77. exhibito. Attamen cum Reus coram paribus nunquam ſe in cauſa principali intromiſerit, ſed appellationi à ſententia incompetentiæ ſemel interpoſitæ conſtanter inhæſerit, ita ut demum in contumaciam ſententiæ à qua 6. Maii Anno 88. in cauſa principali lata ſit, non ineptè inferri poſſet, viam probandi Reo non eſſe præcludendam, ſiquidem probatio ob contumaciam ejuſdem introducta pro ficta 73
habeatur, quæ probationem in contrarium admittat, uti appellantis advocatus ſub numero 12. deduxit & voluit Jaſon *in l. ſi is qui numero ſexto, C. qui teſtam. fac. poſſ.* Andr. Gail. *libro primo, obſervat.* 80. *numero quinto.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1177. *numer.* 72. etiam in ſecunda appellationis inſtantia ex vulgato illo bene- 74
ficio non deducta deducendi, non probata probandi Roland. à Valle *conſil* 94. *numero nono. libro primo.* Menoch. *conſil.* 358. *num* 17. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 127.

Idque eo magis, quod gravamina & exceptiones in libello appellationis & aliis productis, non modo noviter, & in hoc primum appellationis judicio propoſitæ, ſed & ad elidendam actionem efficaces, ideoque non temerè ab ulteriori oblata probatione arcenda ſint.

Primò enim actor feudum uti principale huius actionis requiſitum non ſufficienter probaſſe videtur, ſiquidem **die eingebrachte Rollen vnnd Regiſter** nihil aliud, quam privatæ 75
ſcripturæ ſint, quæ tertiò non præjudicant *l. rationes. l. exemplo. l. inſtrumenta C. de probation.* Andr. Gail. *libro ſecundo pract. obſervat.* 20. *numero primo.*

Quæ etiam ex legitimo archivo depromptæ 76
non ſunt, cum actor reſpectu appellantis, qui eius ſubditus non eſt, jure archivi deſtituatur juxta notat. Anton. Gabriel. *in comm. concluſ. libro primo de probat. concluſ. 5. numero quarto.*

Idque

Idque in terminis nunciat Henricus Roſenthal. *in ſæpe d. ſynopſ. feud. cap. 12. concluſ. 14. numer. 51. & ſeqq.*

Deinde memorantur in prædictis Rollis & Regiſtris diverſæ familiæ videlicet **Langſtorge/ Velthuß / Horen** / ut concludenter ad appel-77 lantis **Mengen** familiam non poſſit fieri illatio; & probatio debet eſſe concludens *l. ad probationem la. 1. C. de probat. l. neque natales C. eod.* Cravetta *conſil. 802. num. 15.*

Ita & literæ reverſales haud ſuſpicione falſitatis vacant, quod inſculptum nomen ſigilli nomini ſubſcribentis minimè correſpondeat.

78 At ſigillum de jure nomen ſilligantis continere debet juxta Maſcard. ab appellante ſub *numero duodecimo* allegatum *in concluſ. 1302. numero quinquageſimo tertio, per l. decernimus C. de aquæ ductu lib. 11.*

79 Quod & alias non probat, ubi adeſt ſuſpicio falſitatis Menoch. *libr. 2. de arbitr. judic. caſ. 113. num. 12.*

80 Secundò eò magis hiſce documentis fides derogatur, quod ante litis conteſtationem contra juris ordinationem exhibita ſint Alber. *in l. fin. numero quinto verſic. modo circa C. de edend.* Speculator. *in §. nunc dicamus ſub numer. 2. verſ. dic contra de inſtrument. edit.*

81 Cum jure proviſum ſit inſtrumenta ante litis conteſtationem producta nihil ad merita cauſæ proficere, neque intentionem actoris probare Matth. Matheſil. *ſingul. 40. & ib. Apoſtill.* Gabriel. Sarayn. Hip. de Marſil. *ſing. 170.* poſt Frid. de Senis *conſil. 160.* Idem voluit Alexand. *conſilio trigeſimo ſeptimo viſo numero quinto, volumine ſecundo.* Weſembec. *conſilio tertio, numero trigeſimo quartò.*

82 Tertiò, tantò quoque validiorem probationem hîc adeſſe oportuit, quod bona allodialia & non feudalia de jure præſumantur Pariſ. *conſilio decimo ſexto, numero decimo quarto, & numero decimo ſexto dicit*, hanc eſſe præſumptionem juris *volumine quarto.* Cacheran. *conſilio trigeſimo octavo, numero primo.* Cravetta *conſil. 662. numero undecimo.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 69. numero quarto.* Menoch. *libro tertio, præſumpt. 91.* Mandel. *conſilio decimo ſexto, numero primo & ſecundo.*

Quartò etſi olim feudum fuiſſet, cum tamen Reus ejuſque pater immemoriali tempore bona fide id poſſederint, ut allodium, videtur præſcriptione directum dominium acquiſiviſſe. Quamvis enim per proclamata ſæpius Dominus actor ejusq; maiores alios vaſallos convocârint, tamen Reus nunquam citatus, neque eius ſervitia requiſita fuerint, & innititur Reus in libello appellationis ſub numero ſeptimo, artic. 61. & ſeqq. non tantum longiſſimi temporis, ſed etiam immemoriali præſcriptioni, quatenus articulando deduxit, **daß nemblich / ob wol der von der Reck viel Lehentag gehalten / doch er darzu nicht verſchrieben / noch zu einigen Frondienſten erfordert worden / Dahero vnnd weilen** appellans **vnd ſeine Vorfahren ſolche anſprüchige Güter über hundert / zweyhundert vnnd mehr Jahr als jhr Eygenthumb eingehabt / geneſſen / vnnd dero Geſtalt** mediante præſcriptione **erſeſſen / der Kläger in ſeiner Anforderung nicht berechtiget ſey /** ad vaſallum cursu triginta anno-83 rum præſcribere libertatem & directum dominium, eleganter probat Joan. Petr. Surdus *deciſ. 3. num. 5.*

Tantò magis centenaria præſcriptione omne 84 jus directi dominii tolli dicendum eſt, in quo omnes conſentire teſtatur. Joan. Fichard. *conſilio decimo ſexto, numero decimo tertio verſic. Vtcunque igitur vol. 1.*

Cæterum exceptionem præſcriptionis & in 85 vim peremptoriæ ad merita & juſtitiam cauſæ & ad impediendam litis conteſtationem ſivè ingreſſum juſtiſſimè opponi probat text. *in l. emptor. C. de præſcript. long. temp. l. omnes C. de præſcript. 30 annor.* Weſembec. *conſil. 14 numer. 67.* Menoch. *conſil. 847. numer. 11.* Achil. Perſonal. *de adipiſc. poſſ. num. 409.* etiam in appellationis in- 86 ſtantia Capit. *deciſ. 202. num. 3.* Imò etiam non 87 objectum, ſi ex actis appareat, à judice ex officio attendi, docet Mynſinger. *cent. 3 obſ. 28.* Decian. *conſilio ſecundo, num. 48. volum. 1.* Weſembecius *conſil. 14. num. 68.*

Remoto igitur vel præſcripto feudo fruſtrà laboramus de actione ad id repetendum, cum privatio præſupponat habitum.

Quinto etſi rurſum largiamur feudum eſſe, cum tamen Reus, uti ſucceſſor juſtam ignorantiæ cauſam habuerit, neque dolo, ſed juſto errore ductus illud inficiatus fuerit, vix videtur in reo Felonia (quod eſt alterum intentatæ actionis requiſitum) conſiderari, neque conſequenter ad privationem contra eum procedi potuiſſe, vaſallus enim negando feudum, ſi careat do- 88 lo vel lata culpa, illud non amittit Boër. *in conſuetud. Bitur. tit. 4. §. 14. verſ. primo.* poſt Alex. *conſil. 14. lib. 2.* Roman. *conſil. 7. nu. 5.* Pyrrhus *in conſuetud. Aurelian. tit. 1. §. 80. in prin.*

Sicut etiam eo non privatur, ſi non dolosè & 89 fraudulenter ex contemptu omittat petere inveſtituram Roland. à Valle *conſil. 40. nu. 14. verſ. tertio dicitur vol. 3.* Burſat. *conſil. 253. num. 56.* Teſſaurus *deciſ. pedemont. 227. nu. 6.* Hartm. Piſtor. *quæſt. feud. 31. n. 2.*

Sed utcunq; hæc primo intuitu ſpecioſa fuit, ut incautè advertenti fucum facere, & quem eo pertrahere poſſint, ut putet ſententiam, à qua in favorem appellantis ex capite multiplicis iniquitatis ſubvertendam & conſequenter prælibata gravamina ad probandum admittenda eſſe: Si tamen citra affectatum partium ſtudium rem verè ſecundum juſtitiam ęſtimare volumus huiuſmodi gravamina, utpote quæ magna ex parte à Reo, tam in prima, quam ſecunda appellationis inſtantia ſub nu. 7. 10. 12. 13. & 15. ſæpius cum nauſea ingeminata & deducta ſunt, uti ir- 90 relevantia, potiſſimum ob rei judicatæ authoritatem cauſa pro concluſa acceptata rectius rejecerimus. Cuivis enim acta intuenti obvium eſt, non tantum 3. Septembris Anno 77. reo, **wo er Siegel vnd Brieff** (quales ſe habere gloriabatur) **hätte damit zu beweiſen / daß die einkommene**

reverſales nicht von ſeinen Vorfahren verſiegelt/ dieſelbe für Lehengericht zu bringen/oder aber mediante juramento ſigilla zu recognoſciren oder diffitiren.

Secundo poſt competentiæ ſententiam 5. Novembris latam eodem anno 18. Julii Anno 78. ut litem conteſtaretur, ad libellum reſpõderet, & iuramentum calumniæ præſtaret, ſub ſolitis comminationibus iniunctum. Inſuper 1. Octobris anno 78. litem in contumaciam pro conteſtata & articulos pro confeſſatis habitos. Poſtmodum 4. Novembris eodẽ anno cauſſam pro concluſa acceptãtam, verum etiam poſt tot indultas dilationes randem juridica facultate Academiæ Marpurgenſis ſententiam concipiente 29. Aprilis Anno 79. definitivè hunc in modum pronunciatum, Daß Beklagter Wenge/ vorgewendter Einred ohnverhindert/die geklagte Lehengüter zu empfahen vnnd fidelitatem zu præſtiren ſchuldig / im Fall verweigerns aber gebettener maſſen zu condemniren ſey / compenſatis expenſis.

91 At cum is ab hac ſententia conditionali interdecendum non appellaverit, uti quidem fieri debuit, non expectato conditionis eventu juxta Abb. *in c præterea nu.* 8. *& 9. de appellat.* Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gl.* 10. *verb. dedans. n.* 44. Mynſ. *centur. 5. obſ.* 95. Robert. Lancellot *de attentat. p. 2. c.* 12. *limit.* 50. *n.* 104. Non ſine cauſa quis de appellationis devolutione dubitaverit, præſertim cũ ſententia ſubſequens 6. Maii Anno 88. rurſum à prædicta juridica facultate Marpurgenſi formata, quaſi in executionem prioris ſententiæ eveniente cõditione appellationem de jure reſpu-
92 at, cum à ſententia de exequendo, ſi in exceſſu non peccetur, appellari non poſſit *l. ab executione C. quorum appellat. non recip.* Jacob. Mandel. *conſ.* 14. *n.* 1. Alexand. *conſ* 95. *num.* 4. *vol.* 4. Joan. Petr. Surd. *conſ.* 358. *nu.* 12. *ubi magis communem dicit.* Vaſquius *lib.* 2. *controv. uſufrequen. c.* 38. *n.* 7. Quod ipſum & tenor ſententiæ, à qua non obſcurè arguit ita effectualiter ſonans. In der Execution Sacheu erkennen Lehenrichter allen Vorbringen/ vnd ſonderlich der am 29. Aprilis Anno 79. eröffneter Vrtheil vnd darauff von Klägern beſchehener Erforderung/ vnnd Beklagten Verweigerung nach / daß das Hauß zu Weeg vnnd Hoff zu Lambſtorpe cum pertinentiis verwürcket vnd Klägern heimbgefallen/vnd Beklagter demſelben ſolch cum fructibus à tempore litis conteſtatæ abzutretten / auch die Vnkoſten in deſſen Punct auffgelauffen / zu erſtatten ſchuldig ſey. Nunc ſi ſigillatim in gravamina inquiramus ne-
93 mo negabit eadem in actis prioribus ferè deducta eſſe, ut ea de cauſa, ut ſuperflua & irrelevantia, ſicut ſupra attigi, de jure & ſtylo explodenda Gail *d. lib. 1. obſ.* 128. *n.* 8. certè ad probandum admittenda non ſunt.

Verum enim primò non eſt Reum tantummodò ex ficta probatione condemnatum; ſed in aperto eſt. ex veris & concludentibus probationibus, videlicet literis reverſalium, & aliis documentis, condemnationem ſubſecutam, ut il-
94 lud axioma contra fictam probationem à contumace contrarium poſſe probari in præſenti caſu non ſit attendendum Andr. Gail. *de pac. public. lib. 2. c. 8. n. 10. in fin.*

Præterea diſparitatem vel falſitatem ſigilli ad enervationem reverſalium Reus nude & in pri- 95
ma inſtantia allegavit, ſed, uti per ſententiam juſſus erat, non probavit, cui interlocutioni judicis eò magis obtemperare tenebatur, daß er ſich ſelbſt dero Geſtalt darzu anerbietig gemacht/ wie er leyden möchte / daß die Reverſales mit andern ſeines Großvatters Sigill verglichen würden/quæ certè probatio, uti neque difficilis, neque ſumptuoſa in continenti per comparationem expediri potuiſſet, ut eo ipſo, quod Reus hoc contumaciter neglexerit, non ſine cauſa de ipſius mala fide & calumnia ſuſpicari liceat. Sed & alia judicialia duo documenta die Gerichtſchein de Anno 1506. & iis appoſita ſigilla, darũber auch Rei Großvatter geſiegelt/ vnnd ſich denſelben wie ein Lehenmann nebenſt andern vnterſchrieben / ne verbulo quidem impugnare auſus fuit.

Unde fit, huiuſmodi documenta & reverſales accedente præſertim temporis antiquitate & 96
rei judicatæ authoritate fidem mereri, uti de reverſalibus docuit Zaſius *in l. juris nulla non ratio num.* 14. *ff. dell. & in l. ſi legatum nu.* 2. *ff. de edend.* quæ fundantur *in l. plures apochas C. de fid. inſtru.*

Et modum feudi probandi facilem ex reco- 97
gnitionibus haberi, quibus bona pro feudalib. quiſpiam recognoſcit ex *c. 1. quib mod. feud. conſt.* Bart. *in l. cum falſa C. de jur. & facti ignorant.* Alex. *conſ.* 12. *libr.* 4. *& conſil.* 29. *col. fin. lib.* 5. *docet* Cravetta *conſ.* 583. *n.* 17. Weſemb. *conſ.* 4. *n.* 103.

Et inſtrumentum antiquum ſimplicis reco- 98
gnitionis probare vaſallagium per indirectum, dixit Maſcard. *concluſ.* 1379. *n.* 11. Idque ſenſit etiam Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 91. *nu.* 64. recogni- 99
tionem quoq; defuncti non poſſe ab hæredibus & ſucceſſoribus impugnari poſt Nattam *conſil.* 460. *n.* 9. Roland. à Valle *conſ.* 82. *nu.* 38. *lib.* 2. reſpondit Menoch. *conſ.* 181. *n.* 99.

Nec video rationem, cur den alten Rollen vnd Regiſtern de anno 1351. credendum non ſit, cum 100
etiam privata ſcriptura in antiquis, tantò magis hoc in caſu, ubi & alia concurrunt, etiam contra tertium fidem faciat Mynſ. *cent. 5. obſ.* 79. Gail. *li. 2, obſ.* 71. *n.* 7. Et ex eo inſuper quod res ſit ſcripta 101
inter bona feudalia etiam præſumi feudalem ex aliis firmat Ludolph. Schrader. *de feud. p. 2. part. 9 principalis. ſect. 3, n.* 126. Et rem poſitam in Regiſtro rerum feudalium præſumi feudalem, ait 102
etiam Guidus Pancirolus *conſ.* 63. *nu.* 24. poſt Iſern. & Afflict. Roland à Valle *conſ.* 82. *n.* 34. *vol.* 2. Cravetta *conſil.* 276. *in princ.* Maſcard. *concluſ.* 768. *n.* 10. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 91. *n.* 42. *noviſſimè* Henric. Roſenth. *in ſynopſ. feudal. c.* 12. *concluſ.* 14. *n.* 50.

Neque obſtat, quod de diverſitate familiarum, quæ in Regiſtris de Anno 1351. & reverſalibus de anno 1493. deprehenditur, Reus objecit, 103
ſæpè enim contingere mutationes in nominibus familiarum juxta Franciſcum Vivium *deciſ.* 324. *n.* 1.

Sæpe

Sæpè etiam feuda ex una in aliam familiam tanto annorum intervallo migrare & deambulare nemo est rerum mundanarum & frequentis vicissitudinis tam ignarus, qui nesciat, ut non
104 inconcinnè dixerit Baldus, omne quod sub mũdiale machina gubernatur, centum annorum cursu renovari Bald. *in l. 1. nu. 7. C. de annat. excepr.* quem & rectè retulit Rolan. à Valle *cons. 59. n. 9. vol. 4.*

Sufficit autem actori nostro rei & appellantis avum, uti vasallum, litigiosa bona in feudum recognovisse. Sic nec probationes actoris destruit vel evertit, quod ante litem contestatam documenta non sunt exhibenda. Nam ubi edi-
105 tio ad finem probandi fieret ante litem contestatam & super scriptura edita cognitum & discussum (uti hîc) fuisset, eo casu censetur ex perseverantia litigandi instrumentum productum & appositum etiam post litem contestatam juxta Bald. *in l. eos §. sin autem, num. 6 vers. modo revoco C. de appellat. & in l. si quis in fin. C. de restit.* Felin. *in c. 1 sub nu. 28. de probat.* Fulvius Pacian. *de probat. lib. 1. c. 66. n. 85. & seqq.*

Ut interim taceam, Reum appellantem ma-
106 litiosè subterfugisse litem contestari, quo casu etiam probationes ante litem contestatam fieri posse, receptum est juxta Andr. Gail. *libro primo observ. 92. num. 12.* Prosp. Farinac. *de restit. quæst. 76. num. 5.*

107 Proinde cum probationes non partis litigantis, sed arbitrio iudicis committantur Mascard. *de probat. in prælud. q. 2. n. 24.*

108 Cuius est æstimare an eis fides habenda sit, nec ne *l. 3. §. 1. ff. de restit.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. casu 90. nu. 1. & 2.* And. Gail. *lib. 2. obs. pract. 94. num. 11.*

109 Et verò judices, à quibus probatoria actoris pro sufficientibus habuerint, frustra nunc post rem judicatam hujusmodi documenta, infringuntur arg. eius, quod notat Mynsing. *centur. 6. observ. 49.* ubi ex Baldo scripsit, si probatio per judicem admissa fuerit, quæ tamen nonerat admittenda & pars adversa non contradixerit hanc probationem vires sortiri.

Ex his & corruit præsumptio coram paribus
110 quoque non obscurè allegata, qua in dubio bona allodialia esse intelliguntur. Cessant enim præsumptiones & coniecturę apparente in contrarium veritate *l. continuus. §. cum ita ff. de verb. obligat.* Wesembec. *in terminis feudi consil. 4. numer. 67.*

111 Et ubi extat contraria coniectura, libertatis. præsumptio tollitur Natta *consil. 460. numero quarto.* Roland. à Valle *consil. 82. numer. 37. volumine secundo.*

At hîc non modò præsumptiones adsunt, sed etiam per documenta, præsertim antiqua, feudi probatio adimpletur, quatenus videlicet ex iis evincitur, avum Rei Anno 1493. juxta tenorem reversalium feudum recognovisse, eius nomen à scriba feudali anno 1502. inter alios vasallos in quadam annotatione relatum fuisse. Denique eundem uti vasallum cum aliis parib. Curiæ Anno 1506. duobus documentis judicialibus sigillum apposuisse & subscripsisse, ita ut ex præterito hic in præsens præsumatur, quamdiu non 112
probatur contrarium gloss. & Dd. *in l. sive possidetis C. de probat.* Vasquius 2. *illustr. controvers. c. 58. n. 5.*

Et res, quæ semel fuit feudalis, adhuc talis es- 113
se præsumatur Andr. Gail. *lib. 2. obs. 69. numer. 6.* Menoch. *d. lib. 3. præsumpt. 91. num. 59.* Wesembec. *cons. 4. num. 77. versic. quamobrem, ubi dicit*, continuationem juris feudalis in successore præsumi, sicut paulo latius primam attingam.

Nec juvat nunc appellantem præscriptio, quam etiam implicitè coram judicibus, à quibus proposuit, quatenus bona litigiosa se semper pro allodialibus possedisse allegavit, & tamen à condemnatoria sententia, se nihilo secius exemit. Tralatitium autem est (quod non mi- 114
nus ad reliquarum exceptionum infractionem pertinet) si semel super exceptione iudicatum sit, eam non posse ulterius opponi gloss. *in l Nesenius §. fin. ff. de re judic.* Bart. *in l. ex diverso §. fin. ff. solut. matrim.* Jason *in l. 1 numer 9. C. de jur. & fact. ignor.* Mandel. *consil. 14. num. 6.* Afflict. *decis. 13. num. 28.* Guid. Pap. *sing. 383. & 499. ubi dicit*, si semel obiecta exceptio ad elidendum rescriptum principis, & rejecta sit, non posse eam iterato opponi, etiamsi ex eodem rescripto ad aliud agatur.

Et si demus, non fuisse in specie super exceptione præscriptionis cognitum, attamen eadem nihilominus ob rei judicatæ, qua bona pro feudalibus declarata sunt, authoritatem nunc excluderetur, cum res judicata pro veritate ha- 115
beatur *d. l. res judicata.*

Et pro eo præsumatur, nedum quoad justi- 116
tiam, sed etiam quod processum, etiamsi esset lata contra absentem & contumacem & contumacia vera vel ficta Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. n. 17.*

Adeoque tantæ authoritatis & potentiæ, ut 117
faciat de albo nigrum & nigrum in album & falsum in verum non essentialiter, sed quoad effectum mutet pulcrè Roland. à Valle *consil. 83. nu. 12. & seqq. vol. 1.* Mascard. *conclus. 1296. nu. 14. & seqq.* Schrader. *de feud. p. 5. c. 5. num. 13. & seqq. ubi dixit*, quod & sententia judicis feudum consti- 118
tuat, cum eius sit efficaciæ, ut naturam rei mutatare eique novam qualitatem adjicere possit, quem & sequitur Henr. Rosenth. *in synops. feud. c. 6. conclus 72.*

Rursum posito, frustra obtendi jus ex sententia quæsitum, non immerito quis præscriptionem ob interventum malę fidei in dubium re- 119
vocaverit, quæ & immemorialem præscriptionem impedit, secundam veram & communem conclusionem teste Cacherano *consil. 2. num. 11.* Craverta *consil. 146. num. 2.* Mynsing. *cons. 48. n. 17.* Menochio *cons. 90. n. 75.*

Quam certam & constitutissimam conclusi- 120
onem appellat Covarr. *in repet. c. possessor. malæ fidei de regul jur. in 6. p. 2. § 8. numer. 5. per c. ult. de præscript. & c. vigilanti eod.* Andr. Gail. *libr. 2. obs. 18. num. 17.*

121 Ita ut vaſallus in mala fide conſtitutus nullo unquam tempore contra Dominum præſcribat Joan. Fichard. *d. conſilio decimo ſexto, num. 12. vol. 1.*

122 Et in feudi præſcriptione hoc etiam voluit Weſembecius *dicto conſilio quarto, numero ſexageſimo tertio.*

123 Veroſimile enim eſt, reum, uti ſucceſſorem, inſtrumenta inveſtiturarum in avi hæreditate à ſuo patre reperta penes ſe (utcunque hoc inficiatus ſit) habuiſſe, vel eorumdem tenorem ſciviſſe juxt. notata Maſcardi *concluſ. 879. numero trigeſimo ſexto, & concluſion. 1293. numer. 4. 9. & 18.*

124 Probari autem malam fidem ex inſtrumento, quod poſſeſſores penes ſe habuerunt, docet Weſembecius *conſilio ſecundo, numero trigeſimo ſexto & conſilio octavo, numero vigeſimo nono.* Cravetta *conſil. 146. numero ſexto.* Gail. *libro ſecundo, obſervatione quadrageſima octava, numero undecimo.* Corbulus *de jure emphyt. c. 15. limitat. 20. num. 20.*

Eò verò magis Reus ſuſpicione malæ fidei hîc premitur, quod non tantùm reverſales avi purè inficiari vel earum falſitatem aliis documentis per comparationem, uti juſſus erat, probare, non citra evidentem ſuſpicionem malitiæ (ut ſupra quoque dixi) tergiverſatus fuit, ſed etiam iuramentum calumniæ (quod etiam in exceptionibus declinatoriis præſtandum eſt Bald. *in l. 1. numer. 1. C. de jurejur. ob calum.*) præſtare

125 haud dubio, quod eo nimis conſcientia eiuſdem fauciaretur, ſemper reformidavit, quo ipſo quoque actori, ut Reus pro confeſſo habeatur, præjudiciũ acquiſitum fuit *l. 3. §. quod ſi actor C. de jurejur. ob calum.* Andr. Gail. *libro primo, obſer. 86. numero primo.* Vaſq. *lib. 2. controv. uſufreq. cap. 25. n. 25.*

Et ut malam fidem à perſona appellantis removeamus, ſtatuentes ab ejuſdem patre primum præſcriptionem inchoatam, attamen cum avus appellantis ſe adhuc Anno 1506. vaſallum apertè & ingenuè profeſſus ſit, omninò credibile non eſt, filium huiuſmodi feudalitatis ignorantiam iuſtam obtendere potuiſſe. Ex ju-

126 ris autem diſpoſitione patris mala fides in præſcriptione & poſſeſſione hujus feudi in ſucceſſorem, maximè filium, tranſivit Weſembecius *d. conſilio ſecundo, numer. 32.* Angel. de Beſutio inter conſil. Zaſii *conſilio decimoquinto, nu. 57. & ſeq. vol.*

127 Siquidem non potuit filius vaſallus poſſeſſionis cauſam ſine nova extrinſecus ſuperveniente cauſa mutare *l. 3. §. illud quoque, ubi Dd. ff. de acquir. poſſeſſ. l. cum nemo. C. eod.* Rolaud. à Valle *conſilio ſeptuageſimo ſeptimo, numero vigeſimo ſeptimo, & ſequenti volumine primo.* Maſcard. *concl. 1197.*

128 Præſertim ubi nulla domini requiſitio vel interpellatio & vaſalli recuſatio acceſſit, ſed is defuncti vaſalli filius & univerſalis ſucceſſor extitit, qui proinde litigioſa bona eodem modo & titulo in eademque qualitate poſſidere, & in ſuos deſcendentes tranſmittere intelligitur, quę à defuncto poſſeſſa ſunt *l. neque ubi* Caſtr. *C. de uſufruct.* Alexand. *conſilio octuageſimo quarto, numero primo, libro primo.* Cravetta *de antiquitat. temp. p. 4. §. materia iſta, numero vigeſimo octavo.* Tiraquel. *de jur. conſtitut. p. 2. ampl. 13. numero quinto & ſeq.* Covarruv. *in d. c. poſſeſſor. p. 2. §. 9. numero ſecundo.* Maſcard. *concluſ. 79. numero vigeſimo ſecundo.*

Ita ut anteceſſor vaſalli ea ut feudalia poſſe- 129
derit, eodem quoque jure ad ſucceſſorem eadem perveniſſe credantur Alvar. Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt. 51. n. 10.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 3. num. 5.* Anton. Gabriel. Roman. *in commun. concluſ. lib. 3. de feud. concluſ. 2. n. 8.* Menoch. *lib. 3. de præſumpt. 91. n. 56.* Weſemb. *d. conſ. 4. n. 73.* Nicol. Mozzius *de naturali lib. feud. num. 9. mihi fol. 172.* Cavalcan. *deciſ. 36. n. 516 p. 2.* noviſſimè Henric. Roſenthal. *in ſua ſynopſi feud. c. 12. concluſ. 14. num. 31.*

Maximè ubi non conſtat (uti hîc) alio titulo 130
à ſucceſſore quæſita eſſe Natta *conſil. 460. n. 9. & 22.* Idcirco concludenter præſcriptionem libertatis aut certè dominii directi non infert, quod convocatis aliis vaſallis noſter appellans præteritus neque ad juramentum fidelitatis neque ad ſervitia requiſitus fuerit, ſine enim requiſitio- 131
ne & ſubſequente denegatione vix præſcriptio hoc in caſu proceſſerit, ut hinc feudum non præſcribi, etiamſi longiſſimo tempore ſervitia à vaſallo exacta non ſint, autumarit Andr. Gail. *libr. 2. obſ. 60. num. 4.* Schrad. *de feud. p. 6. c. 6. numer. 62.*

Neque is etiam juramentum fidelitatis præ- 132
ſtiterit Cravetta *de antiquitat. temp. p. 4. §. materia iſta numero vigeſimo octavo & ſeq.* Schrad. *d. p. 6. c. 4. num. 11.* Quod latius noviſſimè enucleavit Henric. Roſenthal *de feud. c. 6. concluſ. 82. nu. 17. & ſeqq.*

Sed & actori eiuſque anteceſſoribus hac in re nulla deſidia vel culpa imputari poteſt cum ob lites, quæ non modo horum feudorum ratione inter Ducem Juliæ & actoris anteceſſores aliquot annis coaluerunt, ſed etiam in ipſa Reckiorum familia gliſcentia domeſtica diſſidia, actor ejuſque anteceſſor impeditus fuerit, quo minus vaſallos legitimè requireret, vel etiam eos per publica proclamata, quæ in Comitatu Marckenſi affigenda fuere, pro renovanda inveſtitura citaret, quod etiam ab appellati advocato ſub numero decimo quarto, 22. Septembris Anno 93. deductum eſt & excuſatio- 133
nem præbet, ut aliquantiſper inveſtiturę renovatio, quæ favore Domini introducta eſt, intermiſſa ipſi ſit citra periculum juxta notata Laurent. Sylvani *de feud. recognit. quæſtione trigeſima, num. 8. & ſeqq.* facit Henric. Roſenthal, *c. 6. concluſ. 60. n. 1.*

Præterea ſi calculus rectè ſubducatur, appellantem quoque falſo allegaſſe præſcriptionem immemorialem (quam in feudo deſiderare videtur Molinæus *in conſuetud. Pariſ. §. 68. gl. 1. verb. franc. alien. num. 15.*) quilibet deprehenderet. Idque non ex eo tantum quod ſcriptura poſſeſſionem immemorialem excludat, quãdo- 134
quidem

quidem ex eo de origine concessionis constat Wesembecius *consilio octavo numero trigesimo.*

135 Sed quod Reivsus adhuc An. 1506. se Vasallum esse sua sigillatione & subscriptione palam contestatus sit.

Non facessit tandem negotium, quod remoto dolo Vasallus non possit incurrere Feloniam & consequenter feudi privationem. Quia hæc exceptio vel consideratio in prima Instantia Reo nostro eò profuit, ut excusaretur à commisso vel caducitate, quinimò & expensæ compensarentur.

At cum postea per sententiã bona litigiosa pro feudis declarata reoq; Wengen eorũdem recognitio & fidelitatis præstatio sub eventuali con-
136 demnatione injuncta sit, hujusmodi Exceptio eidem amplius non patrocinabitur, cum etiam in dolo esse existimetur, qui convictus & con-
137 demnatus mandato Iudicis obtemperare recusat. *l. non potest dolo carere ff. de Reg. Iur.* Pacian. *de probat. libr. 2. cap 66. numer. 178.* Menochius *libr. 2. præsumpt. 5. numer. 86.* Etsi verè rem æstimare velimus non vera, sed potius *affectata fuit ignorantia, quæ non relevat* Mascard. *conclusio. 879. numer. 53.* Facit Roland. à Valle *consil. 47. numer. 38. vol. 2.* Gail. *libro 1. pract. obs. 55. num. 4.* & in terminis, quod Vasallus non excusetur crassa & supina ignorantia post gl. *in c. verb. ex certa scientia si de feud. defunct centent. inter Domin. & agnat.* tradidit Pyrrhus *ad consuetu. Aurel. d. tit. 1.* & 80. *in princ.* Adde Henric. Rosenth. *in d. synops. feud. c. 10. conclus. 32. n. 4. & quæ ib. in lit. F. allegavit.*

138 Ut igitur abrumpam, salvo cujuscunq; saniori judicio putarim gravamina, utpotè ferè omnia in priori Instantia saltem implicitè deducta & pro ratione hic incidentium circumstantiarum irrelevantia & contra rem judicatam ad probandum non esse admittendæ, sed iis reiectis contra Reum & appellantem (à quo etiam non minus, quàm ab Actore & appellato anno 1595. 28. Aprilis submissum fuit) definitivè pronunciandum, cum non tantum requisita intentatę actionis minimè per exceptiones elisæ, feu-
139 dalis videlicet qualitas, sed etiam felonia sufficienter eo ipso probata sit, quod appellans noster non tantum sæpius requisitus feudum scienter abnegarit & mendacii per reversales & alia documenta antiqua convictus suæ negationi præfractè *inhæserit, & si hanc pœnam privationis promeritus sit cap. 1. §. Vasallus si feudum si de feud. defunct. content. ca. 1. in fin. de l. Conrad.* Innocent. *in d. c. ceterum in fin. & ibi* Felin. *num. 18.* & Decius *num. 19. de Iud.* Cacheran. *decis. 29. n. 4.* Chapan. *in consuetud. Burg. rub. 3. §. 4. vers. apres le dat nu. 10.* Modestin. Pistor. *consil. 59. num. 33. vol. 1.* Ludolph. Schrader. *de feud. p. 1. ca. 6. num. 19. & seq.* Alvar. Valasc. *de Iure Emphyt. quæst. 8. num. 10.* Aurel. Corbal. *de Iure Emphyt. c. 1. num. 4.* Iohan Fichard. *d. consil 6. numer. 1.* Roland. à Valle *consil. 88. numer. 6. vol. 4.* latissimè Henric. Rosenthal *in d. synops. capit. 10. d. conclus. 32.* Carol. de Grass. *de Except. ad statut. except. 17. numer. 20.*

Sed eo quoq; nomine, quod investituram re- 140
cipere & fidelitatem præstare, etsi per sententiam nulla appellatione suspensam ad id condemnatus, hactenus contumaciter *detrectarit, pœnam privationis sibi attraxerit* text. *in cap. 1. in princ. quæ sit princ. causa benef. amit. & ibi* Feudistæ Schrader. *d. p. 9. cap. 1. num. 1. 2. & seqq.* Henric. Rosenth. *in synops. feud. cap. 6. conclus. 30. nu. 1. & cap. 10. conclus. 15. numer. 6.* Mynsing. *cent. 5. obs. 9 num. 1. & 2.* Roland. à Valle *consil. 40. num. 18. & seq. ubi communem testatur vol. 3.* Decian. *consil. 24. num. 12. vol. 5.* Menoch. *consil. 304. num. 42. ubi inter cætera dixit,* feudum ob non petitã investituram à successore Domini perdi, maximè si fiat proclama, ut omnes Vasalli reciperent renovationem Investituræ & num. 49.

Idem Menochius voluit eo casu ob vim proclamatis ipso jure causari caducitatem.

Ad formam pronunciandi finaliter quod attinet, cum principalis sententia per appellationem suspensa non fit, ut supradixi, & post aliquot annos demum sententia à qua subsecuta in executivis (in quibus appellatio illicita est, per jura supra adducta) versetur, posset stricto jure
pronunciari, causam per appellationem non 141
devolutam. Veruntamen ne hac ratione appellans sibi persuadeat, se bonum jus in causa principali fovere, neque ad beneficium restitutionis in integrum confugiat juxta Mynsing. *5. obs. 3. &* anonymum observat. Imper. Cam. 100. ante Mariliani decis. And. Gail, *1. obs. 137. n. 2. ver. imò expedit.*

Forsan tutius erit, si solita forma usurpetur & pronuncietur rejectis gravaminibus uti irrelevantibus causaque pro concluſa, acceptata benè judicatum & malè appellatum, Reum & appellantẽ simul in expensas à tẽpore primæ sentẽtiæ (quę 29. Aprilis An. 1579. lata est) & hujus secũdę Instantiæ condẽnando, quod non modo suæ nudæ Inficiationis nullas causas produxerit, sed & litem prætensa sua & ob desertionem extincta appellatione non citra evidentem calumniæ suspicionem malitiosè protelarit. Et ita juris esse statuo, salva ampliſſimorum Dominorum adsessorum augustissimi Imperialis judicii & cujuscunque meliori censura.

THOMÆ MERKELBACHI

CONSILIVM SEXTVM.
DE FEVDI REVOCATIONE.

EPITOMÈ

I. Libri gentilitii, Genealogiæ, **Stammbäume**, Identitas insigniorum & armorum, itemq; instrumẽta Investiturarum Divisionum, picturę, sculpturę,

Epitaphia, Lapides, Historiæ, Chronica, aliaque monumenta an & quatenus agnationem & descendentiam probent?

II. Agnatus, ut ex simultanea investitura defuncto possit succedere, quænam docere debeat?

III. Recognitiones & renovationes Investiturarum juxta tenorem & modum primæ Investituræ hactenus factæ an à Domino & Vasallo in præjudicium agnatorum mutari possint?

IV. Feudum semel alienatum an perpetuò sit alienabile?

V. Feudum sine Consensu Domini alienatum an ad Dominum vel agnatos devolvatur?

VI. Refutatio feudi fieri debet in personam proximè & immediatè successuram, atque ex primi investiti stirpe prognatam; Et quid, si fiat in remotiorem? vel planè extraneum?

VII. Feudum ex pacto & providentia absque consensu proximiorum agnatorum cum vel sine consensu Domimini alienatum an, & quando absque refusione precii revocari possit? & quibus actionibus?

VIII. Quo tempore feudum illicitè alienatum per agnatos revocetur, & an agnati ob metum perpetuæ alienationis ad feudum nondum delatum actionem habeant?

Summaria.

1 Libri genethliaci *& antiquæ scripturæ plenè probant; hoc &* num. 99.

2 *In* feudis *successio respicit stipitem, & de primi acquirentis successione semper tractari intelligitur numer.* 3. *Vide quoque numer.* 120.

4 Investitura simultanea *non tribuit jus succedendi, &* num. 5.

6 Agnatis coinvestitis *de proximitate contendentibus, ei, qui dicit se proximiorem, incumbit onus probandi proximitatem, per distinctionem graduum*: & num. 7. *Vide quoque* num. 120.

8 Collaterales *in feudo hodiè in infinitum succedunt.*

9 Proprietas consanguinitatis *dicitur esse probata, quando gradus probantur.*

10 Exceptio non competentis actionis *litis ingressum impedit.*

11 Habitus *privationem præsupponit.*

12 Alienatio feudi *in remotiorem agnatum cum consensu Domini facta, an valeat? hoc, &* num. 13. 14. 121.

15 *Recognitiones &* renovationes investiturarum *secundum tenorem primæ investituræ factæ præsumuntur: Vide tamen* num. 123. & 124.

16 Sequentes investituræ *sunt primæ confirmatio, & accessorium* : & numer. 17. 18. 20.

19 Mutatio *non præsumitur, nisi probetur.*

21 Relatum *censetur in esse referenti cum omnibus suis qualitatibus & conditionibus*: & nu. 23. 24. *Limitatur* num. 130.

22 Prima investitura *est radix basis & fundamentum feudi, ex eaq; sequentes declarandæ & conformandæ.*

25 Iure prothomiseos *agnatus non secus, ac filius, feudum intra annum precio restituto indistinctè redimere potest.*

26 Alienationi *intra annum non contradicens, tacitè dicitur consentire, sive feudum in remotiorem agnatum sive extraneum fuerit alienatum & n. 27. contra* num. 28.

29 Annum *alii statim à tempore initi contractus* hoc num. *alii à tempore traditionis computari volunt* numer. 30. *Limitatur numer.* 31.

32 Feudum semel alienatum, *perpetuo est alienabile. Intellige ut* num. 143. 144.

33 Alienandi licentia *patri concessa transit ad hæredes.*

34 Feudum *semel* divisum *semper divisibile, &* semel *transmissum*, semper transmissibile *manet* num. 35.

36 Iudex *ad petitionem remotioris agnati proximiori certum terminum, intra quem feudum alienatum redimat, præfigere debet.*

37 Agnatus *à Venditore requisitus si emere recuset, consensisse præsumitur.*

38 Agnatus *feudum onere quodam reali affectum sine precio non recuperat*; & numer. 39.

40 Feudum *sine consensu agnatorum alienatum an redeat ad Dominum, vel agnatos? Pro Domino concluditur hoc &* num. 41. *Pro agnatis* num. 152. 153. 154. 155. 156.

42 Præscriptione 30. *annorum omne jus submovetur: &* num. 132. 133. 134.

43 Præscriptio *semel completa interrumpi nequit.*

44 Feudum formatum 30. *annis præscribitur.*

45 Exceptio præscriptionis *tàm in vim peremptoriæ, quàm dilatoriæ opponi potest.*

46 Eventus litis *dubius: Quod quomodò intelligatur, vide* num. 162. 163.

47 Advocati *clientibus suis fumum vendere sive victoriam polliceri non debent.*

48 Actio *etiam optimè fundata per Exceptionem & contrariam probationem eliditur.*

49 Dolo *non facit, qui jure suo utitur.*

50 Iuramentum fidelitatis *pacto vel consuetudine remitti potest.*

51 Præsuppositа *sunt verificanda.*

53 Feudum *sine investitura consistere potest: Contrarium hoc casu decidit* numer. 54. 55. 56.

57 Consuetudo *ad loca vicinia extenditur, & valet in declaratione facienda* num. 58. *Limitatur* num. 59. 60. 61. 62. 63.

64 Feudum *in aliquibus degenerans, in aliis non expressis retinet naturam proprii feudi.*

65 Nova pacta *trahunt feudum extra naturales terminos feudi.*

66 Feudum novum *quando dicatur?*

68 Possessio *ex non facto, vel silentio, nulla præsumitur.*

69 *Ad* præscriptionem *in* juribus negativis *inducendam quæ requirantur?*

70 *Per* denunciationem *vel* protestationem extrajudicialē *non interrumpitur præscriptio.*

71 *Nemo ad* contradictionem *alterius possessionem suam dimittere tenetur.*

72 Agnatus remotior *proximiori jus exprima investitura quæsitum auferre vel supprimere nequit.*

73 Dominus & Vasallus *remotior ordinem successionis neutiquam intervertere, neq; agnatis proximioribus præiudicium inferre possunt,* & num. 84.

74 Dominus & Vasallus *ad paria judicantur: & num.* 75. 76. 79.

77 Dispositum de uno correlativorum *etiam de altero intelligi debet, licet illud odium vel pœnam contineat* num. 78.

80 Feudum *proximiori agnato etiam absq; Domini consensu refutari potest: Ratio n.* 81. 82.

83 *Per* refutationem *substantia & natura feudi antiqui in feudum novum degenerare nequit.*

84 Dominus & Vasallus *in præiudicium agnatorum primam investituram mutare non possunt:* & n. 85. 86.

87 *Melius est*, iura sarta tectaque conservare, *quàm post vulneratam causam remedium quærere.*

88 *Et, qui alium* investiri patitur, *vel sola patientia præjudicat; & antiquæ investituræ jus amittit;* & num. 89. 90.

91 Investitura *ex falsa causa facta nulla est: & num* 92.

93 A principe *jura nascuntur, proindeque ab eo iniuriarum occasio proficisci non debet: & num.* 94. 95.

96 Voluntas *non fertur in incognitum.*

97 Captiosam Principum liberalitatem *interpretatio prudentum frangit; atque ita sunt interpretanda rescripta Principum, ut nihil iniqui contineant* num. 98.

100 *Per* Genealogias *descendentia alicuius familiæ probatur.*

101 Insignium *est* armorum *identitas, testimonia propinquorum, instrumenta investiturarum, divisionum, picturæ, scripturæ, aliaque monumenta agnationem probant, hoc &* nu. 102. 103. 104. 105. 106.

107 Feudum *antiquum illicitè alienatum an, & quomodò revocetur?*

108 *In* successione feudali *proximitas graduum juxta jus civile computanda, & proximior remotiorem excludit* num. 109.

110 Agnatis *absque refusione precii feudum revocantibus quæ* actiones *competunt? Et* nu. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118.

119 Paria *sunt, non habere titulum, vel allegare, aut habere nullum.*

122 Agnatos proximior *Vivo alienante feudum revocans, an teneatur precium restituere? Neg.*

125 Epistola *an contra scribentem probet? & nu.* 126.

127 Verba *ubi clara sunt, non indigemus glossa ad inquirendam disponentis intentionem.*

128 *Ubi* verba *perspicua & clara sunt, nil aliud inquiri debet, nisi quod scriptum est; & calumniosa est quæcunq; alia interpretatio n.* 129.

130 Renovationes investiturarum *erroneæ & ex falsa causa factæ agnatis non præiudicant, neq; antiquam feudi naturam, ejusve successionem immutant;* & num. 131.

135 Text. *in c. 1. §. Titius filios, si de feud. defunct. content. explicatur hoc, & n.* 136. 137. 138. 139.

140 Ius revocandi *agnatis competens non nisi* 30. *annis expirat; & n.* 141. 142.

145 Regalis dignitas *semel consensu Domini divisa, propterea non fit divisibilis.*

146 Alienatio feudi *in præjudicium agnati valet usque ad casum successionis.*

147 Agnatus *etiamsi feudum sibi à Vasallo oblatum emere recusset, aut Omittat, defuncto alienatore vel etiam vivo, si illicitè alienavit, revocare potest.*

150 Æs alienum *à Vasallo contractum an ab eius successoribus exsolvendum? hoc & nu.* 151.

157 Feudum *ob non petitam investituram amissum non ad Dominum, sed filios, vel agnatos devolvitur.*

158 Præscriptio *contra proximiores completa remotioribus non obest: Et sic in Camera Imp. pronunciatum num.* 159. *Vide quoque num.* 160.

164 Actori *satis est ad agendum, quod intentionem habeat fundatam.*

165 Incerta *in consideratione esse non debent, sed sufficit utiliter inchoare.*

166 *An* agnati remotiores *feudum in proximiorem agnatum alienatum vivo alienatore revocare possint? Neg. hoc* nu. 171. *Contrarium asseritur* n. 172. *Vide etiam* n. 173. 174. 175.

167 Agnatis *remotioribus nondum nata est actio, ideoq; nihil in judicium deducere possunt.*

168 Creditor conditionalis *propriè creditor non est.*

169 Filius *ob adventitia bona à patre alienata, eo vivo experiri nequit: Præjudicium Camerale num.* 170.

176 Successor maioratus *potest agere in vita possidentis, ut declaretur jus suum in eodem Majoratu post mortem possessoris.*

177 Actio *ad observantiam inveterata consuetudinis.*

178 Natura & consuetudo feudi *proximiores agnatos, quotocunq; tandem gradu distent, sive à primo investito, sive ab ultimo possessore, usque in infinitum ordine successivo vocat.*

179 Nemo *cum alterius jactura locupletari debet.*

180 Princeps *præſumitur circumventus.*

181 Principis actus *regulantur à iure fori & poli.*

182 Error *probatur eo ipſo, quod liquet, rem aliter ſe habere, quàm dictum vel ſcriptum fuerit.*

183 Inveſtitura *erronea non officit.*

184 Vaſallus *an ſine venia Dominum in ius vocare poſſit? Aff.*

185 *Quo remedio* Vaſallus *uti poſſit contra Dominum recuſantem inveſtire, & numer.* 186.

187 Dominus & Vaſallus *habent jus reciproca obligationis & charitatis: Quod declaratur* num. 188.

189 In obligationibus facti *ſuccedit obligatio ad ad intereſſe.*

190 Propter *culpam præſentem poteſt agi ad id, quod intereſt de futuro.*

191 Mandata *non decernuntur, ubi via juris ordinaria ſuppetit.*

192 *Quæ* actio *hoc caſu intentanda? & quomodo Libellus formandus?* hoc & num. 193. *& num.* 198.

194 Nullitatis actio *& petitio reſtitutionis in integrum an, & quomodo cumulari poſſint?* & num. 195. 196.

197 *Omnis* cumulatio actionum *in dubio admitti debet.*

199 Litium *modus multiplicatus ſummam parit difficultatem.*

200 Fruſtra *fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora.*

201 Cauſæ continentia *non eſt dividenda: Et num.* 205. 206.

202 Sententia *in realibus non obſtat, niſi iis, qui in lite fuerunt.*

203 Res inter alios acta, *aliis non præjudicat.*

204 Privilegium Auſtregarum *quare ſtatibus Imp. indultum.*

207 Auſtregæ *non habent locum in realibus.*

208 Sententia *lata contra Principalem Venditorem quando poſſit executioni demandari contra tertium poſſeſſorem?*

FACTI SPECIES.

DIeſ iſt das Adeliche Stammgutt S. à primo acquirente in die zweyhundert Jahr hero bloß gemuthet / aber kein Lehenbrieff von den Lehenherrn den hochlöblichen Hertzogen zu A. weder außgefertigt / noch begehret worden / ſondern bey bloſſem Lehenſinnen verblieben / vnd von Fällen zu Fällen richtig erfolgt / inmaſſen ſolches / vnd daß es alſo herkommen / von dem Lehenherrn niemals in zweiffel gezogen / es iſt auch berürtes Lehenguth von dem erſten Erwerbern C. Rittern anfangs vff ſeinen Sohn D. dann E. vnd endlich auff F. von Bulaw Seniorn kommen / welcher / weil er keine Leibs-Lehens Erben gehabt / vnnd in zimlichen Schulden geſteckt / darin aber kein Vetter Conſentirt, daſelbſt Anno 1595. ſonder einigen Conſens G. der Herrn Conſulenten Vattern H. von Bulaw ſeel. ſeines Vatters Brudern Kindern I. vnd K. bey lebendigem Leibe Cedirt vnd abgetretten / vnd ſeine vbrige Lehengütter zu Nam Lüneburgiſchen Lande zu ſeinem Vnterhalt behalten / mit dieſer Condition vnd Verwahrung / daß jetzerwehnte ſeiner Vettern dargegen ſeine gemachte Schulden / ſo ſich auff 3 1000. Reichsth. belauffen / auff ſich nehmen ſolten / warauff ſich begeben / daß der einer Ceſsionarius K. von Bulaw Anno 1599. wieder verhoffen für F. Seniorn dem Cedenten, ſine hæredibus maſculis todes verfahren / vnd den Caſum ſucceſsionis nicht erlebt / ſein vermeintes Recht deß halbſchiedes aber / ſo er in Krafft deß angezogenen Anno 1595. getroffenen Vortrags / wiewol ſine conſenſu der Conſulenten Vattern H. zu haben vermeint / vnd gar nicht ex legitima ſucceſsione feudi herrühret (weil ſein Bruder L. ſelbiges Jahrs bereit vor jhme verſtorben) auff deſſen Bruders Sohn M. B. Iuniorem L. Vattern ſeel. verfellet hat / L. aber / ſo den andern halben Theil deß S. Guts in Beſitz hat / wiewol er die gantze S. gleich den andern Lüneburgiſchen Lehengüttern zu N. excluſo ſeines Vettern K. Brudern Sohn M. Iuniore deß newen inveſtirten L. Vattern ex legitima ſucceſsione feudi billich allein haben mögen / vnd ererben ſollen / wann er dero Zeit vnnd deß Glücks erwarten wollen / vnnd durch den Vergleich Anno 1595. Jhme ſelber nicht præiudicirt, da er Anno 1608. mit Tode abgangen iſt ſein Ius auff ſeine Söhne M. vnnd deſſen drey Gebrüder devolvirt, vñ welchen ſeinen Söhnen L. ihr Antheil dero S. ferner ohne der Conſulenten Conſens für wenig Jahren Anno 1632. erhandelt vnd an ſich gebracht / auch bey dem Durchleutigen Hochgebornen Fürſten vnd Herrn O. als Lehenherrn / ohn vorwiſſen der Conſulenten vnd ſeiner Brüder es nicht allein dahin dirigirt vñ gerichtet hat / daß er zuvorderſt nebens ſeinen Leibes Lehens Erben / zu Mitbehuff ſeiner Brüder P. vnd Q. dann Vettern I. ſeel. Söhne / vñ dern Männlichen Leibs-Erben / letzlich auch zu geſambter Hand der Conſulenten, als R. ſeel. Söhne / von jhrer Fr. Gn. beliehen worden / welchen aber die Conſulenten, nachdeme es zu jhrer Wiſſenſchafft kommen / nit allein in dreyen verſchiedenen Supplicationen vnd Schrifften widerſprochen / ſondern es iſt auch nachgehends ferner wider alle Billigkeit vnd rechte / zu noth gröſſerm præiudiz vnd dem gäntzen Geſchlecht zu Nachtheil / ſolch altväterlich Stam- vnd Lehenguth an die Durchleuchtigen Hochgebornen Fürſten vnd Herrn O. Erb vnd eigenthumblich verkaufft vnd würcklich vbergeben / in welche wiederrechtliche alienation ſ. Lehenherr Hertzog A. mit conſentirt, Es iſt auch ſolcher alienation von deß Vorkeuffers L. Brüdern P. vnd Q. im gleichen von den Conſulenten, vnd ſämbtlichen Agnaten vnter eins jedwedern Hãd vnd Sigillin einer geſambt Schrifft / ſo viel die Vettern betrifft / ſolenniter contradicirt vnd wiederſprochen / beſage dero auß Fürſtlicher Regierung zu T. ertheilter vnd hierbey ſub Num. 1. befindlicher recognition.

Alldie-

Alldieweil dann ermelten Herrn Consulenten in alleweg gebühren will / (1) die newe hochpræjudicirliche Investitur, vnd (2) darauff erfolgte alienation weiters rechtlicher Gebühr zu anden/ vnd zu jhrem höchsten præiudicio, Verfang vnd Nachtheil darzu nicht still zuschweigen/nach dem mahl alle sein L. an der S. erlangtes Recht von dero zwischen F.I. vnd K. Anno 1595. am 28. Novembris getroffener vnd sub Num. 2. beygefügter Handlung: Warinn der Lehenherr laut Beylag sub Num. 3. aber der Consulenten Vatter Seel. nicht Consentirt: Auch dahero weder er/noch seine Söhne/daran verbunden/Vrsprünglich herrühret/vnd da dieselbe nicht vorgangen/weil K.L. vnd G. Gebrüdere vnd Gevättere tempore obitus F. Senioris, als Anno 1601. alle vorhero verstorbē gewesen/diß Lehenguth allermassen wie seine vbrige im Fürstenthumb V. zu X. gelegne Güter ex alle auff I. allein / vnd von demselben auff seine Söhne verstammet were/da in Ewigkeit M. Iunior, weil so wol sein Vetter L. als dessen Bruder K. fast zwey Jahr für F. Seniorn todts verblichen/zur Succession der S. so wenig/als zu den andern Lehengüttern im Lande zu V. warvon er ja ohn wiedersprechlich gäntzlich außgeschlossen worden/vnd I. allein geerbet/nicht gelangen können/dahero dann ohnwidertreiblich folgt / vnnd von L. toties quoties gestanden wird/daß vielerwehntes H. seel. Söhne/da I seel. Söhne vnd seine Brüder ohne Leibs-Lehens Erben hiernechst abgehen solten/angesehen/die Consulenten denselben im fünfften Grad/L aber erst im siebenden Grad verwand denselben in diesem vñ andern V. Lehengüttern allein Succediren / vnd er vnd seine Brüder gentzlich darvon außgeschlossen werden/ wie solches Num. 4. bemerckter Stambaum/da derselb mit diesem Bericht conferirt wird / im gleichen die Y. vnd V. Lehenbriefe sonnenklärlich zu erkennen geben / vnd ausser allem Streit vnnd Zweiffel ist: Derowegen sichs anders nicht gebühren wollen/dann: daß I. seel. Söhne / wann je eine Enderung oder newe Investitur mit der 5. vergehen sollen / für sich / jhre Männliche Leibs-Lehens Erben/zu mit Behuff G. vnd seiner Brüder/ aldern nechsten Agnaten /vnd da jhrer zu kurtz werden solte/alßdann erst L. mit zum besten suchen/ empfahen vnd tragen müssen / Inmassen bey den V. vnd Y. zu X. belegnen Lehengüttern / es also gehalten/vnd sonsten offentlich am Tage ist.

Hierbey ist in gutes Auffmercken zu fassen/ wie albereits im Anfang gemeldet / das im Lande zu Sachsen vnd Meckelnburg die vralte ohnwiderspreckliche Observantz vnnd Freyheit hergebracht/daß etliche adliche Geschlechter vnd Lehenleuthe keine Investituren oder Lehenbrieffe fordern / noch Lehen-Eyde ablegen/massen dan auch à primo acquirente dieses Lehens C. von Rittern/ welcher in 200. Jahren nicht gelebt / vnd seinen Nachkommen keine Lehen-Eyde abgestattet vnd Lehenbrieffe gegeben oder außgefertigt seyn / sondern es ist die Lehen nur bloß gemuthet vnd gesonnen worden /welches der Lehenherr selbstē gern gestendig/weil aber dessen ohngeachtet L. zweiffels frey/der Vrsachen daß die Consulenten vnd jhr Vatter seel. in obangerechte Refutationes & Cessiones nicht Consentiren wollen / vnnd dann er gesehen / daß Vicke Fritze vnd Christoff keine / Jobst aber nur einen Sohn / vnd ausser Hoffnung/ daß mehr folgen / bey obhochgedachtem Herrn Herrzogen A. eine newe ohngewöhnliche Belehnung in geheim vnd der Consulenten ohnwissend erpracticirt / alles damit zuverkehren vnd zu verwirren/in deme L. darin die Lehen (1) für sich/seine Brüdere / vnd dann zu mit Behuff I. seel. Söhnen die Lehen empfangen/vnnd wie fast verlauten will/gar außgeschlossen vnd excludirt, gestalt er dann den Lehenbrieff zu Communiciren bißweilen gute Vertröstung gethan / aber nie denselben fürgezeigt oder in probanti forma herauß gegeben / sondern bald diese / bald jene Entschuldigung eingewand.

Wann dann zu besorgen / das obhochermelter Lehen: Vnnd Landesfürst / sich anders / als S. Fürstl. Gn Vnterm dato 17. Novembr. Anno 1634. geschehen / nicht erkleren / noch die bereits volzogene Investitur endren / vnnd in melius reformiren, oder obangedeuteter massen declariren möchte / vber diß alles auch darzu kömbt / daß vielbesagter L. das Lehenguth / wiewohl wieder vnnd ohn deß Lehenherrn vnnd Herrn Consulenten Consens vnd Willen/gar Vorkauff / vnd illicitè alienirt, dahero dann die Sach durch den Lehenherrn gar an den Keysserlichen Reichs-Hoffrath gebracht / weil jhrer Fürstl. Gn. Herr Bruder Herrzog. O. von beschlossenem Kauff nicht abstehen / vnnd wieder seines Herrn Brudern Willen sich bey dem Guth S. manuteniren will/so wird gefragt.

Erstlich / Ob ex præmissa facti specie so viel zu colligiren vnnd abzunehmen/ daß die Herrn Consulenten, zu Erhaltung jhres Rechtens/ einen Proceß fruchtbarlich anstellen vnd außüben mögte?

Fürs ander / was für eine Action, vnnd ob dieselbe wieder ein oder andern absonderlich / oder wieder L. vnnd beyde Herrn Herrzogen A. vnd O. Conjunctim vnnd in gesambt anzuordnen?

Drittens / für welchem Richter dieselbe zu intentiren vnd außzuführen sey?

SVFFRAGANTE
Iehova.

Demnach die Wohl Edel Gestrenge vnnd Veste G. vnd sämbtliche Gebrüdere von B. vber die zwischen jhnen vnnd jhrem Vettern L. schwebende differentien vnd Mißhelligkeiten mein rechtlich Guthachten großgünstig gesonnen / so hab / denselben pro justitia dienstlich zu willfahren/ich die zu mehrerm Bericht mir zugeordnete facti speciē sampt beygefügten Recessen, Stambaum / vnd darnebens eingenomner Schrifft vñ mündlicher Information, mit embsigem Fleiß verlesen vnd erwogē/

auch/

auch / damit auff die vorgetragene Fragen meine reſolutiones, vnd jedes Theils Fug vnnd Vnfug deſto baß zu vernehmen / für rathſamb ermeſſen / die fundamenta, ſo hiernechſt / da die Sachen zum Rechtlichen Proceß veranlaſſet werden ſolte / hinc inde ventilirt vnnd angeführet werden möchten / ad juridicum examen zu ziehen / vnnd per rationes dubitandi & decidendi zu verfahren / Zumahl daß auß ſolcher Gegenſatzung vnnd diſputation die Warheit / vnnd was man ſich im Standt Rechtens deß Obſiegs halber zu getröſten / heytter herfür leuchten wird.

Cum diſputando & opponendo veritas clarius emergat *l. fin. §. mixta. ff. de muner. & honoribus.*

Et oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcant, ſecundum Philoſophum, quem refert Corneus *conſil. 5. in princ. vol. 2.* Jacob. Thoming. *deciſ. 27. num. 5.*

Et ſicut aromata magis redolent, odoratioraque fragrant, quò magis conteruntur, ita veritas quantò plus conteritur, & oppugnatur, tantò ſplendidior expulſis nebulis in lucem progreditur Caſtrenſ. *conſil. 23. ſolet aroma in princ. vol. 1.* Cravetta *conſil. 135. numer. 18. & conſil. 202. numer. 1. & conſil. 988. num. 1.* Roland. à Valle *conſil. 6. numer. 2. vol. 1.* Simon de Prætis *conſil. 23. num. 1. & conſil. 77. nu. 1. cent. 1.*

Ut non inconcinne dixerit Baldus, ferro viam aperire, qui per contraria tranſit Bald. *in l. precibus. numer. 73. C. de impub. & al. ſubſtit.* quem referunt Afflict *deciſ. 150. numer. 3.* Roland. *conſil. 43. numer. 7. vol. 1.* Flamin. de Rubeis *conſil. 20. numer. 1. & ſeq. vol. 1. & conſil. 78. n. 1. vol. 2.*

FUNDAMENTA ET Rationes dubitandi pro L. von B.

ANfänglich kan L. ſein factum, daß er nemblich die newe Inveſtitur / wegen deß Hauſes vnnd Guts S. auff ſich vnnd ſeine deſcendentes principaliter richten / vnnd nach deren Abgang ordine ſucceſſivo allererſt H. von B. ſeeligen Söhne zu geſampter Handt mit belehnen / oder / wie es ſcheinet / wohl gäntzlichen außſchlieſſen laſſen / damit ſcheinbarlichen coloriren vnnd beſtreichen / daß dieſelbe vnnd deren Vorfahren von C. von B. Rittern / oder jhr deſſen Sohn / D. ſeeligen / tanquam à primo ſtipite & communis agnationis parente nicht poſteriren, auch an der S. die Samptbelehnung oder einig jus quæſitum niemals gehabt / vnnd / wann ſchon das jus agnationis, vnnd daß ſie eines Nahmens vnd Stammes / eines Helms vnd Schildes / oder auch à primo acquirente erſproſſen / vnnd in deſſen erſter Inveſtitur vnnd Belehnung mit begriffen / zu beſcheinen / 1 vnd darzuthun were / ſo müſte doch das jus proximitatis, deßwegen ſie jhme in der Lehen vorzuziehen / durch vhralte Stammbücher / Lehen-Brieffe oder andere Vhrkunden (de quibus Gail. 2. *obſ.* 149. *num.* 7. *& ſeq.*) der Gebühr erwieſen werden.

Seitemahl zu Recht lauter verſehen / Quod agnati in feudo antiquo ex pacto & providentia, defuncto vaſallo ſuccedere volentes, primum acquirentem, cujus beneficio & proviſione ipſi ad ſucceſſionem vocantur, in primis oſtendere debeant; putà quod à primo acquirente deſcendant, ſi hoc à Domino vel aliis agnatis ejuſdem nominis & familiæ in controverſiam vocetur: Quia in feudis ſemper ſucceſſio ſuum ſtipitem aſpicit, nec alium, qui non ſit ſtipes communis agnationis, ſequitur text. 2 *in capite primo, §. his verò. de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucc. cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* Gail. *d. obſervat. 149. numero primo, & per tot.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 161. numero nono. verſic. Nec nocet.* Nicol. Everhardi Junior *conſilio trigeſimo nono, numero ſecundo, & conſil. 44. numero vigeſimo ſecundo, volumine ſecundo.* Hartman. Piſtor. *libro ſecundo, quæſtione decima nona, numero decimoſeptimo.*

Et in inveſtituris poſtremis nomen hæredum & proximorum non conſideratur reſpectu ultimi vaſalli, deß letzten Lähenträgers / ſed reſpectu ejus perſonæ, à qua feudum originem habet; eò, quod in feudis de huius acquirentis ſucceſſione ſemper tractari intelligatur, utpote in 3 quibus non admittitur quis ex nunc, ſed ut tunc, & inveſtitus cenſetur habere cauſam à primo acquiſitore Iſern. *in tit. de inveſt. de re alien. fact. verſic. quod autem.* Vultejus *libro primo de feud. cap. 9. num. 102. & 104.*

poſitam materiam accommodentur Everh. *loc. à ſubject. mater. n. 1. & 2. & per tot. & loc. à privat. ad habit. nu. 3.* nequaquam cavillandum aut detorquendum eſſet verbum hoc **eigenthümblich be-** 28
ſeſſen/ ſed intelligendum potius in favorem & commodum Actorum ſive confitentium Maſcard. *concl. 344. n. 12.* Franciſc. Herc. *de prob. neg. n. 198 fall. 9.* Meno. *li. 1. præſumpt. 2. n. 46.* ut taceam, ejuſmodi confeſſionem vel hac de cauſa, nec Actorib. nocere, nec Reis prodeſſe poſſe, quod fuit à Reis contradicta. Herculan. *d. nu. 198. fall.* 40. Et quod repugnat cæteris Actorum aſſertio- 29
ribus, quibus & ipſi paſſim & ante eos d. Johan. Vlricus affirmarunt multoties, prata hæc ſe in feudum ab Electore Palatino recognoſcere. Burſ. *cōſ. 197. n. 22.* Adhęc ut maximè detorqueri in alium ſenſum hæc confeſſio poſſet, tamen erronea eſſet, ex quo conſtat, tam patrem Johannem Vlricum, quàm tutores filii ejus Philippi Ruperti ſeſe palam geſſiſſe pro Vaſallis Electoris Palatini intuitu iſtorum pratorum. At erronea confeſſio nullo caſu, nulloq; tempore præjudi- 30
cat. Maſcard. *concluſ. 378.*

Ad alterū autē reſpondetur, ſimiliter ineptā eſſe hanc illationē, Actores ſpoliati non imploraſſe opē & aſſiſtentiā Electoris, Ergo non fuerunt ejus Vaſalli. Nam ut paulò ante dictum, actiones utiles tàm poſſeſſoriæ, quàm petitoriæ remanſerunt apud ipſos: nec iis opus fuit ad eas exercendas interventu vel conſenſu domini directi, quod adeò verum eſt, ut vaſallus in agendo con- 31
tra tertiū poſſeſſorem domino præferatur. Hart.

Hartman-

Hartmanni *lib.2.tit.54.obs.12.* Borch. *d.c.9.n.2.* Quinimò dejecto Vasallo de possessione feudi interdictum contra extraneum spoliatorem, nõ domino, sed soli vasallo competere, disputat idem Borch. *d.c.9.n.26.in fin.* Sed enim cum Rei hoc saltem, confiteantur, Actores lite pendente sese pro Vasallis Electoris gessisse & nihilominus tamen ejus auxilium nunquam efflagitasse, satis ipsimet ostendunt, quam sit falsa & vana hæc illorum illatio.

33 Manet igitur istud jam fixum firmumq; , Reos neutiquam probasse, quod dicta oblatio in feudum facta sit vel à tutoribus Philippi Ruperti vel lite pendente atq; ita tempore illegitimo & impermisso: sed potius contrarium ex ipsorum-met assertione constare, puta quod vel ejus pater Johan. Ulricus vel (quod vero propius est) avus paternus Henricus qui fuit Electoris Cancellarius, eam primus fecerit, idque ante hanc controversiam natam.

Sed posito, fuisse directũ dominiũ pratorũ in Electoré alienatũ lite pendente; non propterea tamen sequetur inde, hãc alienationẽ fuisse illicitã aut irritã, tanquã factã de re litigiosa. Quonié re litigiosa tum dicitur, quãdo lis est de ejus
34 proprietate sive dominio, ut do. et Auth. *litigiosa C. de litig.* & probat Coler. *tract. de process executiv. p.2.c.3.n.*419. non autem, cum agitur super spolio & possessione, ut hoc nostro casu *gl.* 1. *in princ. in c.1. extr. de confirm.* ut velinut. Bover. *in singul. verb. vitium litigiosi num.*3. Fab. de Monte *tract. de empt. q.4. pr. n.*33. Natta *cons.2.n.2. lib.*1. Sich. *d. auth. litigiosa nu.*7. Guid. Pap. *singul.*810. Curt. Jun. *cons.*165. *n.*5. Ang. *in Auth. d. litig. pr. n.*3. Dec. *cons.*109. *n.*7. *vol.*3. Men. *de arb. cas.*202. *n.*18. Andr. Gail. *l.obs.*118. *n.*5. Cacher. *decis.*144. *n.*
35 10. Qua de causa potest etiam post litem super possessorio contestatã res jure domini liberè alienari Marc. Anto. Peregr. *tract. de jure fisci li.*4. *c.*6. *nn.*4. Petr. de Benint. *dec. Bonnon.*48. *nu.*7. *& seqq. per tot.* Lancell. *tractat. de attentat p.*2. *c.*4. *in præfat. n.*491. Adeoque ne quidem super reluitione mota quæstio potuit facere rem ipsam litigiosam aut inalienabilem Anton. Fab. *de error. pragm. decad.*23. *error.*6.

36 Quod si igitur alienatio ista directi dominii sive recognitio in feudum potuit sine vitio fieri ipsa lite contestata & pendente multi certe magis ante litem cœptam sive introductam fieri potuit, etiamsi aliqua jam orta esset inter partes dissensio & controversia.

Frustra enim obiicitur Edictum de alienatione judicij mutandi causa facta, cui non est locus
37 nisi his tribus concurrentibus, quæ notat gl. *in l.1. verb. restit. C. de al. judic. mut. caus. fact.* videlicet 1. ut res alienata sit causa judicii mutandi. 2. ut dolo malo, & quo durior adversarius substituatur 3. ut Reorum interfit quarum rerum nulla est, quæ in proposito quadret. Nam primum alienatio isthæc nostra judicium mutare non potuit, neque in alium adversarium litem sive actionem transtulit, quia directum tantummodo dominium fuit alienatum, non etiam utile, cui tamen demonstratum est actiones tàm petitorias, quam possessorias adhærere. Non fuit igitur judicium translatum in Electorem, sed remanfit inde ab initio usque ad finem penes ipsos Hasios sive Vasallos. Deinde quod nul-38 la intervenerit fraus aut propositum subiiciendi durioris vel potentioris adversarii, sicuti exigit *l.1. & l. non solum* 1. *§. siquis ff. d. titul.* Panormit. *cap.1. numer.2. extr. eodem* Surdus *decis.*172. *numero secundo.* hujus rei testes sunt locupletissimi ipsi Rei, cum negant, **daß die Vögt Ihr Churfürstliche Gnad. vmb** assistens **vnd beystand angeruffen. Item daß sie niemahln Ihr Churfürstl. Gn. ersucht/oder daß dieselbe sich mit einem Wort in solche Rechtfertigung eingelassen habe**/ ubi ergo dolus malus, sive propositum mutandi judicii aut opponendi potentioris adversarii?

Tertiò Rei non possunt dicere, minus ostendere, quid ipsorum interfit, aut in quo deterior 39 facta sit eorum conditio per hanc alienationem, quod tamen necesse erat in hoc Edicto *d. l.3. in fin. & l.4. in pr. ff. d. tit.* Unde sufficere debet Reis, quod alienans per semet jure expertus sit, ita ut res magis, quàm lis translata videatur ut ait l. pen. ff. eod.

Quartò etiamsi verum esset alienationem aliquam interveniisse intuitu futuri judicii; tamen nihilominus valeret alienatio & rata maneret recognitio in feudum, ac tantummodò Reis eo nomine daretur actio in factum contra alienan- 40 tem, id id quod interest *d. l.1. & d. l. item si* 4. *§. hæc actio* 4 *ff. de al. jud. mut. caus. fact.* Cujac. *in parat. C. tit. de litig.* ubi dicit, Re non litigiosa vendita tametsi prospectu futuri judicii emptio non rescinditur, nec emptor ulla exceptione repellitur. Quæ quidem omnia & singula rectè opponuntur etiam adversus allegatum titulum. *Ne liceat potent. pat.* Et hoc præterea, q̃ in eo titulo 41 potentiorum nomine intelliguntur nõ magnates aut Principes exteri remotiq; , sed officiales, qui ratione officii sui possunt esse adversæ parti terribiles *gl in l. un. C. d. t. non lic. pot.* Panormin. *in c.2. n.7. extr. de al. jud. mut. caus. fac.* Decian. *cons.* 109 *n.*4. *vers. Secundo. vol.* 3. Cacher, *decis.*144. *num.*12.

Ex his omnibus conficitur alienationem directi dominii sive recognitionem in feudũ, neq; à 42 tutoribus Philippi Ruperti neque de re litigiosa nec pendente lite aut cõtroversia nec mutandi futuri judicii causa, sed ante controversiam natam, ab ipso, qui pratam emerat anno 1548. Hẽrico vel saltem ejus filio Johãni Ulrico sine vitio ac proinde legitimè, ritè valideq; factam esse: ita ut Elector per eam recognitionem directum, & deinde per mortẽ Philippi Ruperti plenũ dominiũ consecutus sit & citra impedimentũ ullum Reassumẽtis Socerum ac deinde ipsum nomine uxoris de iisdem investire rectè potuerit.

Neque verò Reo fas est hac de re dubitare 43 postquam semel prædicaverunt se dictæ attestationi Electoris lit. A, plenam fidem adhibere. Ex hoc enim sequitur omnia in dicta attestatione contenta vera esse Alciat *Regul.3. præs.13. nu.7. & seqq. cum ibid. addit.* Wesemb. *cons.*28. *n.*27. *vers. cum ex Instrumento.*

Continetur autem in ea non solum, quod E- 44 lector prata hæc concessit Socero & uxori

Reaſſumentis, ſondern dz auch dieſelbe S. Churfürſtl. Gn. apert worden/ quod eſſe verum non poſſet ſine legitima recognitione & infeudatione præcedente. Et fruſtra Electoris ignorantiam cauſantur, quaſi is non fuerit recognitionem accepturus, wen S. Churfürſtl. Gn. einige Wiſſenſchafft rei litigioſæ getragen hetten/ ſondern würden die Haaſiſche ſelbſten außangeborner Churfürſtl. Mildigkeit vnd Eifer zur Gerechtigkeit/ davon abgehalten haben.

45 Nam ſicuti verum eſt Electorem tempore primæ recognitionis ſcientiam rei litigioſæ nō habuiſſe, quæ neq; tum fuit, neque poſtea facta eſt unquam litigioſa, ita hinc efficitur non à Philippi Ruperti tutoribus, ſed ab ejus patre aut avo Electorem recognitionem pratorum admiſiſſe, quoniam de tutoribus ignorare non potuiſſet, eos hujus rei poteſtatem ſine decreto non habere. Jā ſi prata controverſa ab Haſiis ad Electorem & ab hoc ad Reaſſumentis conjugē utiliter ſaltē pervenerunt, cōſequens eſt, ut ij ſucceſſerint etiā in litem atq; inſtantiam deſuper pendentem.

46 Nam licet regulariter inſtantia non tranſeat in ſingularem ſucceſſorē *l. is quo 57. ff. de Rei vēd. l. cum eandem. 57. ff. de pet. hæred. l. cum hæreditas. 36. ff. ad SC. Trebell. l. Lucius 78. §. rogatus. 13 ff. eod.* Ferrar. *ad execut. ſentēt. gl. 1. n. 26. &* 28. Bald. No-
47 vell. *tract. de dot. par. 9. priv. 10. n. 1.* Tamen in prēſenti caſu diverſum obtinet, idq; duplici ex cauſa. Primū quia translatio iſta prædiorū in Electorem ſive cōſolidatio utilis dominii cum directo cauſam habuit de præterito, hoc eſt, ipſa conſolidatione atque ſucceſſione antiquiorem, quæ cauſa translationis neceſſaria eſſe perhibetur Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gl. 14. n. 16. in fin.* Lancel. *de attent. part. 2. c. 4. lim. 8. n. 4. & ſeqq.* ubi dicit, translationem factam per mortem defuncti eſſe
48 actū neceſſariū. Iſto verò caſu translationis neceſſariæ tranſit inſtantia etiā in ſucceſſorem ſingularem, ut eſt text. *in l. operarū. ff. de oper. li.* Bart. *in l. ſi eū hominē. 33. ff. d. fideiuſſ. n. 4.* Jo. Bapt. Aſin. *in prax. judic. §. 2. c. 13. n. 36.* Jacob. Pateus *li. 2. dec.* 181. & in ſpecie de hoc remedio redintegrandæ, quod tranſeat ad ſingularē ſucceſſorē eſt deciſio Rot. Ro. *part. 3. li. 3. dec. 908. princ. in noviſſimis.*

Deinde quia jura illa omnia quæ negant inſtantiam continuari in ſingularem ſucceſſorem
49 intelliguntur de nolente ſuccedere in inſtantiam, qui cogi nequit, non autem de volente, qui non poteſt repelli, ut docet Aſin. *d. c. 13. num.* 38. & 39.

Atque ita ex hoc primo capite tituloq; indubitatum eſt jus Reaſſumentis, quod habet circa reaſſumptionem & proſecutionem hujus litis. Sequitur titulus alter.

50 Et enim fac, omnia iſta eſſe falſa, quæ ſunt veriſſima finge inquam, prata controverſa ad Electorem nunquam fuiſſe devoluta, quid inde conſequenter aut efficient Rei? nempe, ea remāſiſſe in pleno dominio Haſiorum, & mortuo Philippo Ruperto perveniſſe ad ejus hæredem univerſalem Evam Beckeliam. At hæc rurſus omne ſuum jus & quicquid in iis habuit, aut prætendere quovis modo potuit, tranſtulit in eundem Reaſſumentis ſocerum.

Et de hac ſaltem non negabunt Rei, quin ut 51
hæres ſucceſſerit etiam in inſtantiam hujus litis *l. ſciendum 58. ff. de O. & A. l. ſervus 14. ff. de his qui not. in fam. l. ſi remed. 42. ff. de Rei vindi. l. 1. C. ſi pēd. appell. & ibi Bald.* Mynſ. *cent. 3. obſ. 45, & centur. 1. obſ. 85.* Gail. *1. obſerv. 37. n. 9.* Si obiiciant prata fuiſſe litigioſa, jam id refutatum fuit ſupra, ubi oſtenſum, ea per poſſeſſorium recuperandæ, actionemq; ſpolii non fuiſſe affecta vitio litigioſi, aut inalienabilia propterea facta eſſe.

Sin ipſam actionem dicent litigioſam fuiſſe, 52
& propterea cedi transferriq; non potuiſſe *per l. pen. & ult. C. de litig.* ut latè explicat Lancellot. *d. tract. de attent. p. 2. c. 4. in præfat. nu. 451. cum ſeqq. & nu.* 493. negari id quidem non poteſt, ſed reſpondetur in hoc præſenti caſu licitam validamque fuiſſe dictam ceſſionem, quia facta ex cauſa & per modum tranſactionis, quæ ſpecies alienationis diſertè de prohibitione excepta reperitur, per ipſum textum *in d. l. ult. C. de litig.* Specul. 53
tit. de ceſſ. act. §. 1. nu. 5. Bald. *in Margar. verb. alienare licet* Mozz. *tractat. de empt. vendit. tit. de reb. quæ em. & vend. poſſ. n. 28.* Cravetta *conſil. 481. nu. 29.* Fab. à Mont. *tract. de Empt. quæſt. 4. princ. numer. 35.* Petr. de bella pert. *in d. l. cenſemus. 4. circa med. &* Stich. *n. 22. C. de litig.* Angel. *in Authent. de litig. nu. 7.* Cujac. *in Novell. 112. circa med.* Marc. Anton. Peregr. *de jure fiſci d. lib. 4. c. 6. nu. 23.* Lancell. *d. capit. 4. numer. 464.* Natta *conſilio 401. numer. 3.*

Ubi dicunt, rem vel actionem litigioſam alie- 54
nari per tranſactionem poſſe, non tantum in adverſariū (de quo nemo ſanus dubitat) ſed etiam in tertium, qui eam ex aliqua cauſa peteret. Non obſtat, quod Rei negant Reaſſumentis ſocerum potuiſſe aliquid petere aut prætendere juris circa hæc prata, & hanc actionem, ſi tollatur cauſa illa inveſtituræ Electoralis, perpetam inde colligentes, in re liquida non fuiſſe locū tranſactioni; ideoq; potius in donationē incidere iſtam ceſſionem *l. 1. ff. de tranſact.* Rom. *conſ. 371. n. 1. Alciat. conſ. 11. n. 3. li. 2.* Nā ex inveſtitura illa liquet Soce- 55
rum Reaſſumentis nactum eſſe, ſi non juſtam probatāq; cauſam, at certè ſpecioſum ac probabilem titulum repoſcendi prata vel illorum vice id, quod intereſt, ab hærede proximi Vaſalli Roſenth. *de feud. c. 9. mēb. 2. n. 19. & ſeqq.* Cavalc. *deciſ. 30. n. 11. verſ. licet Campeſij teneantur p. 2.* Specul. tit. *de Emph. n. 68.* Alex. *conſ. 91. n. 13. verſ. nec poterit li. 1.* Schrad. *in tract. feud. p. 2. pr. ſect. 5. nu. 1. & ſeqq. per tot.* Et hæc poſtulatio per ſe ſolarem fecit controverſam præbuitq; Reæ idoneā cauſam ad tranſigendum. Non enim requiritur, ut 56
lis ſit mota, ſed ſufficit ad tranſactionem, ſi ſubſit timor litis *d. l. 1. ff. de tranſact. l. 2. C. eod.* Alex. *conſ. 42. n. 17. li. 1.* etiamſi de facto tantum & ſine 57
juſta intētetur dummodò, qui agit vel defendit, credat juſtā eſſe cauſam *gl. in d. l. 1. verb. qui trāſigit. ff. de tranſact.* neq; per apertam calumniā con- 58
troverſia fingatur *gl. in d. l. 2. verb. nulla C. eod.* Jo. Bapt. Caccial. *tractat. de tranſact. q. 1. n. 1.* Hartm. Hartmanni *lib. tit. 22. obſerv. 7.* Weſembec. *conſ. 38. nu. 19.* Cacherand. *deciſ. 91. n. 23. & n. 24.* ubi pro legitima cauſa tranſigendi ponit, quod bona proponerentur eſſe feudalia.

Jam

59 Iam verò quis in proposito fictioni aut calumniæ locus? ubi altera pars nitebatur investitura Electorali altera autem pars videlicet Beckelia sciebat & meminerat, fratrem suum, patremq; & avum eadem illa prata, quę peterentur, in feudũ à d. Electore recognovisse, adeò quidem, ut ipsa vivo fratre nullum in iis jus prætendere ausa fuerit, utpote in feudo masculino. Suberat igitur vera non ficta controversia, & causa si non justa, attamen ejusmodi, ut de ea confidere una pars & altera dubitare justè ac probabiliter posset.

60 Et hinc est, quod sæpè mentionata attestatio Electoralis litera A. (de cujus fide nihil Rei ambigunt) dicat disertè, hanc cessionem, qua de agitur, factam esse **vertrages Weise**/ quod & in litera B. ipsa Beckelia expressit, & ex quo præsumuntur ea præcisè, sine quibus translatio non consistit Menoch. *libro tertio præsumpt.* 132. *numero decimoquinto & decimoseptimo cum sequent.* quò etiam pertinent hæc cætera verba dd. attestationum **dem newen Lehenmann** / hæc erat enim causa petendi, **Item an stat würcklicher restitution solcher Matten** / hæc ipsa petitio si veres petita, **item neben anderer Vergleichung** unde colligitur non donandi, sed transigendi animo Beckeliam accessisse ad istam cessionem. Et quidem causæ nihil est, cur credamus Beckeliam 61
62 suum jactare absque necessitate voluisse *vulg. l. cum ex indebito* 25. *ff. de probat.* Nam cum donare
63 sit perdere *l. filius famil. 7. in princ. ff. de donat.* quęvis potius alia conjectura sumenda, quam præsumenda donatio est Mascard. *conclus.* 554. *num.*
64 13. Sed neque fraus aut simulatio præsumitur per se Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num.* 14. *& seqq.* præsertim ubi non subest causa aut lucrum id *ibid. n.* 17. *&* 18. neq; hoc casu temerè admittenda aut inducenda est, contra auctoritatem tanti Principis & præsentiam atque assensum proprii
65 mariti Menoch. *li. 3. præsumpt.* 128. Quamobrem valdè vitiosum est illud Reorũ dilemma, si prata fuerunt feudalia, nihil remansit apud Beckeliã, de quo transigeret: si fuerunt allodia, non valet transactio, utpote super re liquida contracta. Quia non solum apertè falsa secundi est membri illatio, ut modò ostensum, sed potest etiã dari tertia species, videlicet si probabiliter dubitaretur, utrum essent feuda? an allodia? qui est proprius casus in quem cadit transactio, litis nimirum incertitudo *d. l. 1. ff. de transact. l. Præses in Cod. eod* Posset etiam fieri, ut aliquid ad Electo-
66 rem transierit, & aliquid adhæredem, puta ad illum proprietas pratorum ad hanc lis super spolio, qua supra ostendimus ex sententia nonnullorum ad dominum directum non pertinere. Vnde per additionem novæ speciei corruerè necesse est prædictam argumentationem *l. filius* 28. *§. filiusf. 1. ff. de li. & posthu.* multoq, melius reformabitur ac invertetur in hanc sententiam.

67 Si prata fuerunt feudalia, valuit cessio litis, quoniam causam habuit vetustiorum & originem necessariam, nimirum ipsam jam olim factã recognitionem, quo casu satis constat, etiam litigiosam rem vel actionem posse alienari text. expressi. *in l. alienationis* 13. *ff. fam. ercisc. l. divus* 5. *in princ. ff. de petit. hæredit.* Duar. *ad tit. ff. de litig. in fin.* Natta *consil.* 401. *n.* 5. Lancellot. *d. c.* 4. *limit.* 8. *n.* 3. *& seqq.*

Si fuerunt allodialia valuit rursus cessio, quia 68
facta ex causa transactionis, & ut adversarius jurium cessione contentus desisteret de reliqua petitione *ut in l. si super possessione* 9. *l. transactione* 35. *C. de tit. de transact.*

Quæ cum ita sint, nihil ne in hoc quidem titulo habent Rei quod admordeant aut reprehendant, quo minus quicquid fuit penes hæredem allodialem circa hæc prata juris, id omne legitimè contuletit in sororum & uxorem Reassumentis. Sed jam contra utrumque titulum si- 69
mul obiiciunt, eos invicem pugnare & sese mutuo subvertere, propterea quod dominium acquiri nisi ex una causa & semel non potest *l.* 3. *§.* 70
ex pluribus. ff. de acquir. possess. Vnde Reassumens, tanquam allegans contrarias ejusdem dominii causas atque auctores, feudalem puta & allodialem, non est audiendus *l. ubi* 188. *in princ. ff. de R. I. l. Titia.* 100. *ff. de cond. & demonstr. l. 1. C. de funct.*

Sed primum negatur, contrarias esse Reassu- 71
mentis allegationes; constat enim ambas istas allegationes seu ambos titulos veros esse ex Attestationibus A & B. & Reorum propria confessione, cum tamen ex contrariis plus uno verum esse non possit *l. si per errorem* 15. *ff. de jurisd. l.* 124. *ff. de V. S.* Cæterum an ambo vel alter tantum 72
sint necessarii vel utiles, alia est quæstio.

Deinde respondetur diversos esse istos duos titulos non autem contrarios, cum tendunt ad eundem finem & sese mutuo coadjuvent aut suppleant. Nam, ut ait Bald. *in l. un. num. 1. in fin. C. si serv. ext. se em. mand.* contraria sunt, quorum 73
finis est incomparabilis *& ibid. nu.* 9. ut non esse contradictionem in his, quæ se compatiuntur in origine & effectu, sed esse veluti duplicem clypeum retrò & ante. Habẽt autem hi ambo tituli originem eandem ab Hasiis, & eundem finem atque effectum in persona Reassumentis. Et hac ratione concludit Speculat. *tit. de caus. possess. & proprietat. §. 5. n.* 12. Rei vendicationem & publicationem non esse actiones contrarias, quia non 74
habent contrarios eventus vel effectus, & utraque datur ad eandem rem obtinendam esse tamen diversas, quia diversos habent authores sequitur Alexandr. *consilio* 96. *numero sexto libro quarto &* Gail. *libro primo observat.* 62. *num.* 5.

Tertiò ex tenore istorum duorum titulorum 75
apparet eos propositos esse potius disiunctivè & subordinatè, quàm specialiter copulativè & conjunctim, quod utique licet etiam in contrariis & compatibilibus *l.* 1. *§. quia autem. ff. quot legat. cap. constitutus & ibi Innoc. numer.* 12. *& 3. de restitut. in integr.* Bart. *in l. si expressim. numer.* 4 *&* 5. *ff. de appellat.* Ferrar. *in form. appellat. à definit. verbet. in quantum. numer.* 3. Wesembec. *consilio* 3. *nu.* 13. Zas. *lib.* 1. *singul. respons. c.* 20. *n.* 13. 14. 15. Nam Elector contulit per Investituram utile dominium, Eva Beckelia autem per 76
transactionem **alle ihre habende Recht** / action **Anspruch vñ Forderung / so ihr als Erbin gebüret oder einigerley Weise zustendig seyn mögen**; Ex quibus verbis perspicuum est, hoc cessisse Bee- 77
keliam, non quod ad Electorem, sed quod

ad ſe per fratris mortem perveniſſet, hoc eſt, vel nihil, ſi omnia Elector nactus eſſet, vel omnia, ſi nihil ille percepiſſet *v.l. decem* 116. *de verb. obligat. l. ſi decem* 21. *ff. de ſolut. l. ſi ita* 150. *de verb. ſignif.*

78 Atque ita fieri poteſt, ut uterque titulus proſit Reaſſumenti ſuo certo reſpectu, ut neuter proſit, fieri omninò non poteſt, quoniam ex alternativis ſemper altera pars ſuum ſortitur effectum *l. ſi m emptione* 34. *§. ſi emptio. 6. ff. de contrah. empt. l.* 2. *§. Scævola. 2 ff. de eo quod cert. loc.* Everhard. *loc. à nat. altern. n.* 15.

79 Et quoties unum ex diſiunctis ſive alternativis non poteſt verificari remanet integra virtus alterius *l. qui decem § ſtichum ff. de ſolut. cl.* Prat. *in reg. gener jur. lib.* 2. *c.* 1. *§. porrò copulativa in fin.* Quare ut ſit alter ex iſtis titulis ſuperfluus & inutilis, non tamen vitiabit alterum utilem *l.* 1. *§. ſi ſtipulanti* 4. *ff. de verbor. Obligat. l. ſi ex falſis* 42. *de tranſact. cum ſimilibus.*

80 Præterea etſi dominii acquiſitio non niſi ex una cauſa poſſit proficiſci, poteſt tamen, ſi illa cauſa ſit dubitabilis aut imperfecta, ex alia confirmari Felin. *in c. in noſtro num.* 2. *§. ex quo. extr. de reſcript.* Petr. Loriot. *de jur. apic. tract.* 8. *axiom.*

81 108. *cl.* Prat. *in reg gen jur. lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 2. Undenorum non eſt, ut tituli multiplicatio interponatur ad cautelam Soc. *reg.* 762. quæ & aliàs abundare poteſt, nocere non poteſt *l. teſtamentum.* 17. *C. de teſtament. l. ſi pupilli* 6. *§. item ſi ff. de neg. geſt.*

82 Hinc fit ut ejuſdem beneficii poſſeſſionem liceat petere ex duplici collatione, ſive cauſa ac titulo *c poſt electionem extr. de præbend.* Lapus *allegat.* 132. *num.* 2. Felin. *d. §. in noſtra num.* 2. Roman. *conſil.* 350. *num.* 13. *& conſil.* 433. *num.* 8. dicens, id eſſe tutius & nullam parere inconvenientiam. Denique de conſenſu horum duorum

83 titulorum extat præjudicium in terminis hisipſis latum in Camera Anno 1583. 18. Junii in cauſa **Stoßlauff** contra **Stoßlauff** ubi probatio iniuncta parti, **daß ſie Weyland Joachim Stoßlauffs Lehenfolger oder daß jhnen von deſſelben Erben jhr habende Gerechtigkeit in dieſer Sachen** cedirt ſey.

Ex quibus omnibus rectè concluditur, probatiſſimum eſſe jus & intereſſe Reaſſumentis tam in ipſis litigioſis pratis, quàm in perſecutione hujus litis atque inſtantiæ, ſive hoc ejus jus metiamur ex Electorali conceſſione, ſive ex ceſſione Beckeliana, ſive ex utraque certo reſpectu juncta.

DE SATISFACTIONE ſententiæ anni 1600.

QVÆSTIO. II.

SUperior Exceptio fuit dilatoria per trad. Marant. *part.* 4. *tit. de Except. numer.* 4. hanc jure vocaverit quis moratoriam, quoniam ad id unum comparata eſt, ut moram liti iniiciat, eamque faciat immortalem, cum ſit aliunde planè irrelevans & inepta.

Nam licet ſententia Anno 1600. poſt Doro- 84
theæ prolata utrique parti ex æquo editionem allegatorum inſtrumentorum injunxerit, & Rei ex ſua parte ne conati quidem ſint ei parere, tamen obliti regulæ, Quod quiſque juris &c. ſatisfactionem ab Actoribus tàm rigidè atque importunè exegerunt, ut proteſtarentur palàm in ſuis Exceptionibus poſt Michaëlis anno 1606. productis, **daß ſie nicht ſchuldig in eim oder dem andern Puncten zuantworten / es ſey dann daß zuvorderſt dem ergangenem Beſcheid ein Genügen beſchehe / ohn welches die Endvrtheyl nicht erfolgen könne.**

Et quamvis oſtenſum illis fuerit, non poſſe ſub hoc prætextu impediri curſum aut deciſionem cauſæ principalis, cum ad ipſius principalis negotii merita propriè pertineat hæc quæſtio? An Actor ſuam intentionem ſatis probaſſe videatur? idque ipſi Rei confiteri fuerint coacti in concluſionibus anno 1607. poſt Jacobi exhibitis, ideoque prius illud ſuum argumentum detorquere alio ſint anniſi, nihilominus tamen in fine earundem concluſionum perſtiterunt in propoſito, petieruntque rurſus decerni **daß Actori gebühre vnnd zuſtehe / die Vrkund** lit. B. **zu ediren vnd alſo dem Beſcheid ein Genügen zuthun.**

Nec ab hac tergiverſatione abſtiterunt poſteà, ne tum quidem, cum Actor eodem anno 607. poſt luciæ ſatisfactionem dictæ ſententiæ exhibuiſſet, ſed eandem moram alio colore ſtruentes cauſati ſunt.

Primum, **daß der Reaſumente ſeine Schrifft** 85
keine ſatisfaction ſententiæ, **ſondern eine fünffjährige Rechnungen** intituliren **ſollen** / Nam ſententiam non injunxiſſe editionem quinquennii rationum, **ſondern deß** Extracts liter. B. Deinde quod per d. **fünffjährige Rechnung** non probetur continuata & quieta 30. annorũ poſſeſſio, ſed tantum ab anno 1568. uſque ad annum 1573. unde nulla præſcriptio poſſit inferri.

Tertio etiam probaretur continua & quieta 86
poſſeſſio 30. annorum, puta ab anno 1548. uſque 1578. tamen adverſus jus reluendi, quod Reis competeret, præſcriptioni locum non fore.

Quartò, quod ſtatus cauſæ non in eo verta- 87
tur, An Actores quietè aliquandiu poſſederint, ſed quod non proferatur **der von denen von Rahtſamhauſen erſtmitgetheilte Kauffbrieffe /** ex quo conſtitutum eſſet de jure reluendi.

Quibus ex cauſis petierunt denuo **ſolche ver-** 88
meinte ſatisfaction **Schrifft nicht anzunehmen / ſondern zuverwerffen oder Gegentheilen auff das wenigſte eine Zeit** ſub comminatione ſilentii **anzuſetzen / in deren er ſeine Gerechtigkeit fürbringen vnd gedachtem Beſcheid ein Genügen thun / vnd das** documentum lit. B. exhibire **vnd eingebe.** At enim ſi Rei objectiones iſtas ſuas pro relevantibus aut veris haberent, & non potius earum prætextu ſubterfugia & tergiverſationes quærerent, non hoc utique peterent, quod petunt, ut Actori facultas detur plenius meliuſque probandi, atque ut adverſario ſuo ad probandum plus temporis indulgeatur, quam vel ipſe velit, vel jura ſinant, neque de ejus commodo & favore

vore tam essent solliciti: sed postularent potius viam probandi ipsi præcludi, seque ob eam causam (liquidem causæ suæ considerent) absolvi ab actione per *l. qui accusare 4. C. de edend. cum similibus* præsertim cum ipse Actor huic suo favori & ulterioribus probationibus concludendo renunciarit, ut est gl. *in c. cum dilectus. 9. verb. concluſum extr. de fid. inſtrum.* Specul. *titul. de renunciat. & concluſ. in princ. Iaſ. Inſtitut. de act. in princ. n.* 109. quo sane respectu vel sola causa pro concluſa acceptari & pronunciari in principali deberet per text. *in Authent. jubemus, C. de judic.* Spec. *d. tit. de Renunciat. n.* 1. 89

90 Verum quemadmodum illatio illa petitioq; informis & inepta, sic & substrata illi fundamenta nihili sunt & à re aliena, ut postea ex causæ principalis deductione liquebit, quò ea propriè pertinent: ne tamen hoc quoque loco prorsus neglecta aut præterita per silentium videãtur, hæc interea pauca admonuisse sufficiet. Nam ad primum objectum sive fundamentum respondetur, ob idipsum satisfeciſſe Actorem sententiæ quod rationes deß Haſiſchen Schaffners diu & anxiè perquisitas, tandem præter spem nactus, cum primum fuerit facultas protulerit in judicio. Etenim judex sub nomine deß angezogenen Extracts mit liter. B. signirt nihil aliud intellexit aut exegit, quàm has rationes, utpotè quas etiam Actores anno 1593. post vincula Petri his nudis verbis produxerant: Vbergibt Anwald beygelegten vidimirten Extract mit dem Buchſtaben B. auß welchem zuſehen/daß die Haſiſche Schaffner den Zinß von angezogener Muſigmatten von Jahr zu Jahr angenommen/ hoc tantum interest, quod Actor nunc an ſtatt deß vidimirten Extracts ipsa originalia in judicio edidit, atque ita plus etiam hac parte præstitit, quam ipsi fuerat injunctum.

91 Ad secundum respondetur, jam dictas rationes sive Rechnungen probare perceptionem redituum, quoad quinq; annos continuos (nimirũ 1568. 69. 71. 72. 73.) purè, quoad præcedentes autem & sequentes annos præsumptivè, ita tamen ut hæc quoque probatio sufficiat, nisi ex altera parte de contrario doceatur Cacheran. *deciſ. 43. n.* 4.

Nam ad præcedentes sive anteriores annos quod attinet quorum Actores habent titulum acquisiti Dominii per emptionem 1548. (ut probat originale instrumentum dictæ emptionis, quod extat apud Acta sub lit. A. (iccircò possessorio illa 5. continuorum annorum, quam 92 probarunt, præsumitur etiam retrò apud eos extitisse, ut in terminis tradunt Alciat. *tract præſ. regul. 2. præſ. 21. numer. 15.* Petr. de Benitend. *deciſ. 69. num.* 8. Mascard. *concluſ. 1195. num. 61. dicens.* quod possessio præsens juncto titulo facit præsumi possessionem de præterito. Semper enim 93 qui possidet, præsumitur possidere ex titulo præambulo *l. 2. l. de acquir. poſſeſſ.* Bart. *ibid. nume. 1. &* Bald. *num. 1. &* 5. Henric. Goden. *conſil. 109. num. 322. &* 323. Cephal. *conſilio* 85. *num.* 21. *lib.* 1. Cravetta *conſilio* 226. *num.* 5. ubi quod probato titulo præsumitur quis ex illo titulo possedisse. Idem Cravetta *conſilio* 317. *num.* 3. Mascard. *concluſ. 1196. n. 1.* quod si quis rẽ emerit aliquã & postea repertus fuerit, in ejus possessione præsumitur ex causa illius emptionis posse disse *& ibid. num. 5. & 6.* quod præsumitur traditio facta esse ex illo titulo & per eum ipsum à quo quis titulum habet. Quibus consequens est, Actores pratorum possessionem, in qua reperti fuerunt Anno 68. & sequentib. præsumendos esse à venditoribus & sic anno 1548. traditos accepisse. 94

Jam quoad annos sequentes & ab anno 1573. usque ad annum 1578. quo spolium commissum esse proponitur simpliciter Actorum possessio continuata esse, & eo usque perduraſſe præsumitur. Quoniam qui se probat semel possedisse, præsumitur perse veraſſe in possessione, usque quo allegat se possedisse Alexander *conſilio* 95 133. *nu. 3. lib. 1. cum ib. allegat. per Molinæ.* Afflict. *deciſ. 394. num.* 3. Cacheran. *deciſ. 43. num.* 2. Menoch. *ret. poſſ. remed. 3. num. 557.* Cephal. *conſil. 85. nume. 19. lib.* 1. Hieronym. Magon. *deciſ. Flor. 47. num. 38. ſeq.* Cavalcan. *deciſ. Firz. 23. num. 63. part.* 1. Gabr. *in commun. concluſ. titul. de probat. libr.* 1. *concluſ.* 10. *num.* 1. Alciat. *regul. 2. præſumpt. 21. numer. 1. & num.* 14. ubi infert, quod agenti interdicto recuperandæ sufficit probare, quod aliquando possederit, quia præsumitur etiam tunc possedisse, quando fuit dejectus, idem tradunt Menoch. *rec. rem. 15. num.* 386. *&* 387. Rot. Roman. *deciſ. 124. cum ibid.* adduct. in nov. Villab. *in commun. opin. lit. P. nume. 182.* Mascard. *concl. 1195. num. 13. & num.* 44. Covarruv. *in c. poſſeſſor. p. 2. §. 1. num.* 3. atteſtans hanc opinionem & veram & communem esse idem Mascard. *d. concl. 1195. num. 35. & 36.* ubi ostendit, quod si constet olim quendam possedisse, præsumendum sit eum possessionem continuo tempore obtinuisse, maximè si continuationem illam allegarit.

De aliis probationibus aut conjecturis concurrentibus in hac specie plura referre, non est hujus loci & dicetur infra, cum de iis ex profeſſo tractatio instituetur.

Tertium & quartum objectum sive fundamentum Reorum nihil habent commune cum satisfactione sententiæ de qua hic agitur. Et præterea ad tertium respondetur, præscriptione nihil esse opus in possessorio recuperandæ, sufficit enim possessionem semel habuisse atque eâ fuisse exutum, quamvis ex abundanti etiam de præscriptione liquebit, ex his qui postea suo loco subjicientur. Jus reluendi, de qua fuit quarta objectio, nec probatum est, nec ad hoc possessorium pertinere potest, ut alio loco plenius dicetur. Quod autem de instrumento primæ emptionis, quasi penes Actorem constituto adnectitur, obscurum est, & (si de documento anni 1425. à Reis sub Num. 2. anno 98. post exaltationis crucis copialiter producto intelligitur) non sine admiratione legendum. Unde enim id ad Reassumentem pervenisset: aut cur nunc primum ab hoc novo & omnium anteactarum rerum ignaro successore vetus illud instrumentum petunt, quod nunquam petierunt ab Actoribus prioribus & ipsis Hasiis? Ad hæc si instru- 96

mentum illud anni 1425. cui omnis eorum inni-
97 titur defenſio & prætenſa reluitio, non habent penes ſe ſed quærere apud Actorem coguntur, quo jure igitur aut qua fronte gloriantur paſſim, **ſie haben jhr Gerechtigkeit den Haaſiſchen in der Statt Straßburg in der Herberg zum Geiſt würcklichamblich auffgelegt/ vnd** ad oculum quaſi demonſtrit, **item / daß die Gegentheyl ohne Grund vorgeben/daß ſie auſſer Mangel der erforderten** documenten **ſich der Sachen nicht** informiren **können / ob ſie von der Matten abzutretten ſchuldig oder nicht / ſo doch ſchon fürlengſten mit den auffgelegten Brieffen kräfftiglich beſcheint vnd dargethan/daß ſie Hand davon abthun/vnd**
98 **die Loſung zugeſtatten pflichtig ſeyn.** Hæc Reorum inconſtantia & contradictio manifeſtum indicium ſunt cauſæ parum fundatæ & conſcientiæ non rectæ. Quod ſi Actor tamen prædictum Inſtrumentum haberet, nihil cauſæ foret, cur id ſuppreſſum iret aut cuperet, quandoquidem nudam ejus copiam nunquam impugnarit, ſed ultro ſuam de juſto reluitionis precio in auro ſolvendo fundare in eadem non dubitavit.

Sed hæc omnia fuſius explicabuntur in diſputatione cauſæ principalis, ad quam tempus nunc videtur progrediendi, amotis ijs, quæ Rei objecerant, impedimentis.

DE CAVSA PRINCIPALI.

QVÆSTIO TERTIA.

99 COgnitio cauſę principalis hisquatuor inſpectionibus comodè abſolvetur; Primũ quod remedium ſeu quæ actio intentata fuerit? Deinde an ex parte Actoris probata? Tertiò an per Reorum Exceptiones eliſa? Quartò & ultimò, quid de tota controverſia ſtatuendum & quæ ſententia ferenda eſſe videatur?

I. GENVS ACTIONIS.

EX medio concludendi, quod proponitur articulo potiſſimum 26. & ex concluſione libelli, qua petitur reſtitutio ſive redintegratio XII. jugerum pratorũ vulgò **die Müſigmatt** dictorum, cum fructibus à die dejectionis ſive
100 ſpolii, perſpicuum eſt intentatum eſſe poſſeſſorium recuperandæ & in ſpecie Remedium *c. redintegranda 3. quæſt.* 1. ſecundum Alexandrum *conſilio* 117. *in pr. & numer. 2. verſicul. & ex forma narrationis lib. 2.* & Dec. *conſilio* 57. *nume.* 1. quippe quod & in dubio propoſitum eſſe cenſetur Weſembec. *conſ. 6. nu.* 37.

Cum ſit omnium pleniſſimum & tutiſſimum
101 concurratque cum omnibus aliis remediis ſpoliatoriis Henning. Goden. *conſilio* 105. *numero.* 8. Mynſing. *conſilio* 28. *num.* 3. & 5. Gail. *lib. 2. obſervat.* 75. *num.* 10. Semper enim præſumitur actio
102 illa inſtituta eſſe, quæ rei propoſitæ maximè convenit *l. ſi quis intentione 66. l. ſolemus 61. ff. de jud.* Roman. *conſilio* 245. *num.* 8. Decian. *conſilio* 199. *num.* 3. *lib.* 3. Neque dubitari hodiè ultra po- 103
teſt, hoc remedium etiam in foro civili interque perſonas laicas & de rebus prophanis competere ex veriore crebrioreque & in foro recepta ſententia Menoch. *recuperand. remed.* 15. *numer.* 13. Schurff. *conſilio* 13. *num.* 8. *centur.* 2. Gabriel. *lib. 5. de reſtitution. ſpol. concluſ.* 5. Weſembec. *d. conſilio 6. numer.* 68. Gail. *d. obſerv.* 75. *nu.* 11. Goden. *d. conſ.* 105. *n.* 9.

II. AN ACTIO PROBATA?

AGenti hoc poſſeſſorio recuperandę duo incumbunt probanda, primum poſſeſſio ex parte Actoris deinde dejectio ſeu ſpolium *gl. in* 104
c olim cauſam 12. verb. reſtitutionem extr. de reſtit. ſpoliat. Specul. *d. tit. de reſtit. ſpol* §. 1. *n.* 13. Meno. *in prælud. recuperand. poſſ. n.* 21. Mynſing. *d. conſil.* 28. *num.* 6.

Sed dejectio iſta ſive ſpolium eo ipſo proba- 105
tum intelligitur, dum probatur, Actorem ante Reum, poſſediſſe atque ita ſufficit ad victoriam, ſi probetur antiquior poſſeſſio ex parte Actoris & recentior à parte Rei, quia poſſeſſio nova habetur pro invaſione Bald. *in diſpoſit. Accuſ. de* 21. §. *ſecundo modo poteſt. ita docent* Ferrar. *in fœm. lib. in cauſa ſpol. poſſ. verb. ſuperius. num.* 2. Alexandr. *conſil. numer.* 5. *lib.* 3. Decian. *conſilio* 47. *numer.* 3. *in fin.* Schurff. *centur.* 2. *conſilio* 13. *numer.* 4. Roland. à Valle *conſilio 6. numer.* 11. & 12. *volumin.* 3. Franciſc. Viv *deciſ.* 194. *numer.* 3. Weſembec. *conſilio 6. numer.* 61. & *numer.* 29. *cum ſequentib.* Menoch. *recup. rem.* 15. *numer.* 383. & 384. Gabr. *d. libr.* 5. *titul. de reſtitut. ſpol. concluſ.* 5. *numer.* 100. Maſcard. *concluſ.* 1321. *numer.* 1. & *ſequent.* Joſeph. Ludovic. *deciſ.* 17. *num.* 3. & 6. Mynſinger. *d. conſilio* 28. *numer.* 7. Gail. *d. obſervat.* 75. *numer.* 12. Henning. Goden. *d. conſilio* 105. *num.* 8. *verſic. hoc idem.*

Quoniam igitur de hodierna poſſeſſione 106
conſtat ex partium aſſertionibus eam eſſe & ab Anno 1578. fuiſſe penes Reos: iccirco hoc unum præcipuè ſpectandum in hac cauſa & inveſtigandum erit, an Actores probarint, ſe ante illum annum 1578. poſſeſſionem eorundem pratorum habuiſſe. Hic eſt enim ille annus, quo non ſolum Actores ſeſe dicunt fuiſſe ſpoliatos, poſitionali 15. & 16. ſed quem ipſi quoque Rei pro initio deſignant hujus controverſiæ, adeoque etiam, ſi quis attendat ſuæ poſſeſſionis. Hoc anno fatentur (in concluſionibus ſuis anno 607. poſt Jacobi productis) ſe Haſiis ſive Actoribus reluitionem controverſorum pratorum denunciaſſe & precium Argentorati depoſuiſſe, quod & atteſtatio Trium virorum monetalium liter. C. docet. Poſtquam depoſitionem cum Haſii ei non acquieſcerent, prædicant de ſe Rei, **daß ſie entlich verurſacht werden / ſich der jetzſtreitigen Matten zu unterziehen/vnnd zumächtigen** / ita loquuntur **in ſchrifftlichem Beſchluß** Anno 95. produc. & in concluſione poſt Jacobi Anno 607. prod. **daß jhnen** (actoribus) **von wegen der Wiederlöſung die Matten entzogen worden** / nec aliter intelligenda reſponſio eorundem ad d. poſit. 15. & 16.

daß

daß das Gelt zur Wiederlösung in die Münz zu Straßburg hinterlegt / vnnd daß Rei sich der Mußigmatten vnterzogen vnnd angenommen / auch heuttiges Tages besitzen / quam quod hæc omnia acciderint sæpè dicto anno 1578.

107 Quod ergo Hasij sive Actores ante istum annum 1578. controversa prata verè possederint, hoc evidenter & triplici probatione liquet, quarum prima in perceptione fructuum sive redituum, altera in multiplici Reorum confessione consistit, & tertia constat apertis atque indubitatis rerum indiciis atq; argumentis, de quibus singulis ordine erit agendum.

108 Quoad primam probationis speciem adsunt rationes quinque annorum confectæ & conscriptæ à Theobaldo Marquardo quondam dispensatore sive procuratore negotiorum Hasiacorum in originali forma judicialiter exhibitæ quibus probatur Hasios anno 1568. & quatuor sequentibus percepisse ex his pratis quotannis 32. Viertel Roggen vor 200. Wellen vnd 100. Bosen.

Hunc Marquardum Rei agnoscunt fuisse dispensatorem Hasiorum atq; ei sese dicunt reluitionem denunciasse ut ostendit etiam antedicta Triumvirum attestatio lit. C. neque diffitentur has rationes ab eo confectas, & hanc ejus manum esse, multò minus vel ipsius personæ vel ejus rationibus fidem abrogant, nihil denique contra earum contenta obiiciunt, quinimò pro justis & legitimis rationibus habent & agnoscunt, dum subinde eas vocant eine fünffjährige Rechnung. Et quamvis de dictarum rationum exemplis seu copiis nihil detrahunt, ac ne de copiis quidem negant eas veritatem continere, Non, inquam inficiantur probari per eas quinque annorum possessionem & redituum perceptionem, sed tantummodo dicunt per eas non probari possessionem ita quietam & continuam, ut ad præscriptionem sufficere queat.

109 Quod igitur de triginta annis in d. Rechnung non mentionatis Rei negant, hoc consequenter de quinque in iisdem disertè expressis concedunt *l. cum Prætor. 12 ff. de judic. l. maritus. 21. C. de perjur. l. inter socerum. 26. §. cum inter. ff. de pact. dot.* Surd. *decis.* 291. *nu.* 20.

110 Sed & quod libro antiquitatem ultro tribuunt vocantes ein alt Buch / fidem ejus & authoritatem adauget *c. cum causam. 13. extr. de probat. gloss. ibid. in princ.* Burlat. *consilio* 152. *numer.* 43. *in fin.* Et alias noti est, juris, scripturam quantumvis
111 privatam, quando fuit producta & contra eam pars nihil opposuit, censeri ab ea approbatam & præsumi continere veritatem Cravetta *tract. de antiquit. tempor. part. 1. §. quæritur etiam num.*
112 24. Mascard. *conclus.* 1294. *numer.* 18. Alexandr. *consilio* 185. *num.* 14. *libr.* 6. Franc. Herc. *tr. de probat. neg. numer.* 283. *circ. med.* Cacheran. *decis.* 71. *numero* 61. Johan. Petr. Surdus *decisio.* 199. *numero octavo.* Menoch. *libro secundo præsumpt.* 45. *in princ.*

Atque ita probata fructuum seu redituum perceptione quinquennali probata est, quinque annorum continua & quieta possessio. Quoniam nulla est aptior probatio possessionis, quàm quæ ex fructuum perceptione arguitur Cravetta *consilio* 978. *num.* 15. & *cons.* 107. *numer.* 2. Dec. *cons.* 400. *num.* 3. Natta *cons.* 292. *nu.* 2. Menoch. *retinend. possess. remed.* 3. *num.* 564. Cacheran. *decis.* 43. *num.* 3. Et ex sola perceptione pensionum (quæ sunt fructus civiles *l. si navis* 62. *in princ. ff. de rei vendic.* Menoc. *recuperand. remed.* 15. *num.* 623.) probatur indubitata possessio etiam con- 113
tra tertium Bartol. *in l. qui universas. §. quod per colonum. ff. de acquir. possess.* Cravetta *cons.* 434. *nu.* 5. & 12. Villal. *in commun. opin. sub lit. P. num.* 151. Francisc. Viv. *decis.* 194. *n.* 1. & 2. Maximè quando non probatur, quod alius tum fuerit in pos- 114
sessione Afflict. *decis.* 325. *n.* 2. Cravetta *cons.* 411. *num.* 63. Alex. *cons.* 118. *n.* 19. *libr.* 2. Menoch. *d. remed. retinend.* 3. *nu.* 567. Cæsar de Ursil. *in addit. ad Afflict. d. decis.* 325. *nu.* 1. dicens post Socinum, necesse esse, ut iste tertius demonstret alium esse in possessione & posse eum, qui pensiones recepit, movere interdictum recuperandæ contra omnes. Et quod ex solutione seu perceptione 115
mercedis probetur possessio contra tertium docet etiam Mascard. *conclus.* 1180. *num.* 5. & 7. di- 116
cens id verum esse, non solum si constet alium tunc non possedisse, sed etiã si dubitetur addens *num.* 9. & 10. sufficere, si unica tantum solutio pensionis probetur, ex quo tale hoc est, quod non solet gratiosè solvi, & maximè inquit *n.* 23. si concurrat titulus dominii, ut hoc quidem nostro casu ex dicta emptione anni 1548. Porrò probata possessione quinque annorum sive ab 117
anno 68. usq; 78. inclusive probata consequenter est, non tantum continuatio usque ad dictum annum 1578. sed planè etiam ipsa dejectio seu spolium jura latè superius adducta. Atque ita ex hoc solo capite fundata est intentio Actoris.

Sequitur altera species probationis, quæ col- 118
ligitur ex variis & varie iteratis Reorum confessionibus probandi modus longè omnium præstantissimus secundum Alexandr. *consilio.* 127. *in princ. lib.* 4. Cravetta *cons.* 178. *in princ.* & qui præponderat testibus ac instrumentis Franc. Herc. 119
d. tractat. de probat. neg. n. 196. utpote faciens notorium & vim habens sententiæ ut notat Grav. 120
ad vestr. lib. 5. *cap.* 10. *n.* 9. & *seqq.* Em. Soarezz. *in theat. recent. sentent. sub lit. C. nu.* 223. Joseph. Ludovic. *decis.* 17. *nu.* 17. Et in specie quod spolium 121
benè per confessionem probetur not. Francisc. Viv. *decis.* 219. *n.* 3. Hujusque probationis in possessoriis præcellentiam multis exequitur Meno. *recup. remed.* 1. *n.* 227. *cum seqq.*

Nam licet Rei identidem negent Actores 122
habuisse quietam, tranquillam, reluitioni non obnoxiam & ad præscribendum idoneam possessionem, neque sine contradictione possedisse eos concedant; tamen purè atque absolutè nusquam ausi sunt inficiari eos possedisse, aut tenuisse prata fructusve ex iis percepisse, atque ita negarunt non specialiter Actorum possessionem, sed secundum quid, hoc est, possessionem talem seu qualificatam. Hoc cum ex aliis, tum & ex 123
infra scriptis locis promptum est animadvertere.

Sic enim loquuntur in Exceptionibus suis

post

poſt Ulrici Anno 94. prod. §. daß dañ beim 7. &c. daß die Haaſen von anno 48. biß 78. in vnturbirtem Beſitz der Muſigmatten geweſen ſeyn ſollen/ iſt man jhnen keines Weges geſtendig Nota von anno 48. biß 78. & vnturbirten & addunt rationem: dieweiln Beklagte vnd jhre Voreltern nun viel vnnd lange Jahr hero dieſer Muſigmatten halber in Span vnnd Irrungen geſtanden/ auch ſich jhrer rechtmeſſigen Loſungs-Gerechtigkeit niemals begeben / noch Verzug darauff gethan/ quæ ratio non poſſeſſionem, ſed poſſeſſionis qualitatem ſive quietem afficit & impugnat & mox iterum, daß wegen deren von Nachſambhauſen vnnachlaſſigen Anſpruchs die Haaſen niemahln in ruhigem Beſitz dieſer Matten geweſen. Rurſus §. Wann aber nun ꝛc. das Reorum Voreltern vntereinander die Loſung angekündiget/ auch dahero Haaß niemahln in ruhigem Beſitz dieſer Matten geweſen/ ſic & in repliciis in po. defenſionalium poſt Matthæi eodem anno 94. prod. §. ferner iſt man den ꝛc. dz Klägern von Beklagten vnnd jhren Eltern Jederzeit wiederſprochen vnnd derowegen ex adverſo kein ruhige vnturbirte poſſeſſion dadurch einige præſcriptio cauſirt, inferirt werden kann; Et in Schrifftlichem Receß Anno 95. prod. daß die Kleger niemaln in tranquilla & quieta poſſeſſione geweſen/ ſondern jhnen jederzeit contradicirt werden / clarius in Exceptionibus contra Reaſſumptionem daß die Haaſiſche vnd deren Erben von anno 48. biß auff 78. in ruhigem Beſitz der erkaufften Güter / alſo auch der Muſigmatten geweſen / haben jhnen Beklagte Junckers ſimpliciter & nudè vermeint/ ſondern allegirt, daß ſie zu vnterſchiedlichen mahlen ſolche ruhige poſſeſſion durch Allegierung jhrer Wiederloſungs-Gerechtigkeit interrumpiren vnd zertrennen laſſen / ajunt ſe ſimpliciter & nudè negaſſe, ſed non ſimplicem & nudam poſſeſſionem, verum qualificatam hoc eſt tricenariam & quietam. Ex quibus & ſimilibus locis obſervandum. Primum non negari Actorum poſſeſſionem, ſed tantum poſſeſſionem quietam & perpetuam, deinde non tantum negari quietam & tranquillam eorum poſſeſſionem, ſed etiam affirmari contrarium, id eſt, quod habuerint poſſeſſionem inquietam & contradictam ibi: daß Klegern jederzeit wiederſprochen/ item / daß jhnen jederzeit contradicirt worden/ item/ daß ſie zu vnterſchiedlichen mahlen ſolche ruhige poſſeſſion interrumpiren vnd zertrennen laſſen/ Tertiò quod hujus ſuæ affirmationis, hoc eſt, continuæ contradictionis, moleſtationis, interruptionis cauſam hanc ſolam & unicam perpetuo aſſignant, quod nimirum jus reluitionis ad iſta prata prætenderint, adeò, ut in hac prætenſione reluitionis & per eam facta interruptione fundamentum & præſidium totius ſuæ defenſionis collocent, ut inferius videbimus & ipſi diſertis verbis exprimunt in dictis ſuis concluſionibus anno 607. poſt Jacobi productis ſub finem ibi: Mã will ſich aber nit alleine mit der Interruption, ſondern fürnemblich mit dem pacto retrovendendi behelffen / Hinc igitur prima ſeſe offert & elucet Reorum confeſſio. Nam cum Actorum poſſeſſionem dicunt fuiſſe contradictam & interruptam, fatentur utique fuiſſe aliquam cui contradiceretur, quæque interrumperetur, quandoquidem non entis, nullæ ſunt qualitates *l. ſi ſervum.* 4. §. 1. *ff. de act. empt.* Hieronym. Cagnol. *in l. non videtur* 83. 1. *ff. de regul. jur.*

Et privatio habitum præſupponit *l.* 4. *ff. de juſt & jur. l. nam etſi* 5. §. *poſt defectum. ff. de int. rupt.* 122. *teſtam.* Dec. *in d. l. non videtur n.* 2. *& ſequent. ff. de regul. jur.*

Qui igitur privationem rei fatetur, & in ea refundat, neceſſe eſt, ut præſupponat habitum Weſemb. *conſ.* 6. *n.* 44. Sic obiiciens compenſationem fateri de debito intelligitur Rom. *conſil.* 77. *nu.* 3. *in fin.* & qui allegat adverſariũ intruſum cenſetur fateri eum poſſideri Rot. Roman. *deciſ.* 202. *num.* 3. *in noviſſimis part.* 1. qui hac utitur ratione, quod non ſpecialiter poſſeſſionem, ſed tantum poſſeſſionem legitimam negarit.

Non obſtat, quod videri poſſit hæc Reorum confeſſio qualificata & propterea individua, ita ut vel tota & cum ſua qualitate ſit acceptanda vel tota repudianda Lanfranc. *in practic. titul. de confeſſione n.* 27. Primũ quia ipſi Rei eam diviſerunt, cum ſeorſimet purè citraque vel negationem vel conditionem affirmarunt, daß ſie zu vnterſchiedlichen mahlen ſolche ruhige (notetur) poſſeſſion interrumpiren vnd zertrennen laſſen/ nam ſic ſpecialiter & ſine condictione excipiens pro confitente habetur Dyn. *in reg. excipiens* 63. *n.* 6. *de reg. jur. in* 6.

Deinde, quia doctrina illa non procedit, quando qualitas confeſſioni adnexa præſumptionem juris contra ſe habet, ut docet Bart. *in l. Aurelius §. idem num.* 1. *& 2. ff. de liber. leg.* Felin. *in c. cum venerabilis extr. de except. numer.* 15. Cavalcan *deciſ.* 27. *num.* 87 *part.* 2. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 106. *num* 7. Craverta *conſilio* 150. *numer.* 5. ubi in his noſtris terminis loquens exemplum ponit in eo, qui confeſſus erat de poſſeſſione, ſed adjecerat eam inutilem & vitioſam eſſe, hanc enim confeſſionem probat, dividi & qualitatem ab ea rejici poſſe, quia præſumptio juris eſt in contrarium, quæ præſumit poſſeſſionem juſtam & Legitimam eſſe & Cravettam refert & ſequitur Joan. Petr. Surd. *deciſ.* 258. *num.* 6. & concordat Rot. Roman. ubi ſupra pro poſſeſſore purè habens eum, quem adverſarius confeſſus erat intruſum.

Atqui in præſenti caſu cum jam dicta generali juris præſumptione, quod nimirum quælibet poſſeſſio cenſetur legitima & injuſta, concurrunt totalia ex antiquiſſimo emptionis titulo & continuata à tempore d. tituli ſive ab anno 1548. poſſeſſione fructuumque quinquennali perceptione, qua de re ſupra eſt actum, ut dubitari non debeat abjecta qualitate turbationis & inquietudinis confeſſionem Reorum ſpecialiter ad Actorum poſſeſſionem eſſe accommodandam & appropriandam. Tertio ceſſat multò magis prædicta doctrina de individuitate confeſſionis, quando probatur falſitas adjectæ qualitatis Bart. *ad d. §. idem, numer.* 1. *&* 2. Lanfranc. *dict. titul. de confeſſ. numer.* 28. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. libr.* 2. *caſu* 93. *num.* 37. Fulv. Pacian. *libr.* 1.

lib. 1. de probat. l. 24. num. 13. & 27. ubi quod liceat Actori acceptare confessionem & probare contra qualitatem.

136 Jam autem falsitas adjectæ qualitatis non posset manifestius probari, quàm ex falsitate causæ efficientis, quam sicuti dictum, Rei ubiq; prætendunt, veluti in verbis paulò ante recitatis; ibi: **wegen deren von Rachsamhausen vnnachleßlichen Anspruchs / item / dieweil sie sich ihrer Lösungs-Gerechtigkeit niemahln begeben / item durch Allegierung ihrer wiederlösungs Gerechtigkeit interrumpirt** &c. *l. 1. C. de cond. ob caus. dat.* Causa enim deficiente, non est locus effectui *l. ult. ff. de testament. tut. gloss. in 3. l. 1. verb. haberi. C. de condic. ob causam dat. & in l. ult. verb. nupt. C. de donat. ante nupt.* Et sicuti se habet causa ad effe-
138 ctum in productione, sic se habet destructio causæ ad destructionem effectus Bald. *in l. cum mulier. ff. sol. matr.* Everhard. *loc. à contrario. numer. 7.*

Porrò de falsitate causæ apparet primum ex eo, quod Reis nullum jus reluitionis competit ad hæc controversa prata, sicuti infra perspicuum fiet. Deinde quia etsi competeret eis reluitio, tamen neque per eam, nec per ejus prætensionem affici possessio aut inquietari ulla ra-
139 tione potuisset, quoniam jus reluendi nihil juris tribuit in rem Mudæus *titul. de pact. pign. nu. 25. & seq.* Zas. *libr. 1. conf. 12. num. 33. cum seqq. & numer. 40.* Tiraquell *de retract. convent. §. 1. gl. 7. nu. 12. & 17.* Menoch. *conf. 16. nu. 12. lib. 1.* Anton. Faber. *de err. pragm. decad. 22. err. 7. per tot.* Varr. 8. & 10. Mynsinger. *cent. 6. observat. 69. num. 1. & 6. & observat. 70. num. 5.* Gail. *2. observat. 16. nume. 3. & 4.*

Et per consequens neque in possessionem, quæ est jus in re. Mascard *conclus. 1194. numer. 4.* Alc. *conf. 57. num. 3. & 4. libr. 2.* Cæsar Contard. *in l. un. C. si de mom. possess. in prima ratione decidend. num. 34.* ex quo rectè infert Molinæus *in consilio 9.*
140 *numer. 16.* Eum, qui retrovenditionem petit, adeò fateri eum, à quo vult redimere rem eam habere, ut illum per hanc prætensionem nec in jure, nec in possessione turbet *& in consil. 10. numer. 5. infin.* quod utens tali remedio (juris reluendi) nullo modo dicatur turbare possessionem, sed illam potius integram agnoscere, idq; optima quidem ratione, quia turbare est in dubium revocare & obscurum facere quis possideat *gl. in l. extat. 13. verb. non habebit. circa med. ff. quod met. caus.* Bald. *in disposit.* Accusatus *de vi. §. secundum substantiale*; hoc autem ille facit, non qui possessionem titulo emptionis in se transferri petit, sed qui eam se habere contendit.

141 Tertiò etiamsi prætensio ista reluitionis potuisset inquietam & turbidam reddere Actorum possessionem, non potuisset tamen incipere operari, aut effectum istum inquietudinis producere, nisi post denunciationem reluitionis quæ facta dicitur anno demum 1578. Ex quo sequeretur ante illum annum fuisse Actorum possessionem quietam minimeque vel interruptam vel contradictam alioqui effectus prior esset & antecederet suam causam contra *l. hujusmodi 12. ff. quando dies leg. ced.* Ex quibus conficitur rejecta falsa illa qualitate inquietudinis & interruptionis manere Reorum confessionem putam & Actorum possessionem ante annum 1578. quietam.

Sed ponamus non posse dividi Reorum 142
hanc, qua de agimus, confessionem, sed totam & cum sua qualitate acceptandam esse, tamen constabit ex ea habuisse Actores possessionem saltem contradictam & inquietam: ad hanc igitur saltem erunt restituendi & redintegrandi in cum statum quo fuerunt, cum Actores prata tenerent & reditus perciperent. Rei autem per prætensionem suæ reluitionis ipsis contradicerent & molestiam inferrent. Non enim si Rei 143
tum eos turbarunt in possessione, iccirco etiam spoliare eos debuerunt, propterea quod ambæ istæ violentiæ sunt prohibitæ, ut ait Bald. *in d. disp.* Accusat. *de vi. §. videmus. & §. sed si judex.* concludens eum, qui prius turbavit, deinde spoliavit ex interdicto unde esse condemnandum.

Quod verò dictum est de contradictione sive inquietatione idem dicendum est de prætensa interruptione, atque multò etiam magis. Primum enim non per contradictionem aut præ- 144
tensionem simplicem, sed per dejectionem possessio interrumpitur *l. naturaliter 5 ff. de usurp. & usuc.*

Deinde interruptio, possessionis obstare qui- 145
dem potest præscriptioni, quia hæc continuatam possessionem requirit *l. longi temporis 2. C. de præscript. long. tempor. l. omnis. 4. & l. competit. 6. C. de præscript. 30. annor.* Sed non obstat agenti pos- 146
sessorio recuperandæ in quo sufficit semel possedisse ante Reum ad hoc ut restitutio fieri debeat, quemadmodum abunde superius fuit ex jure confirmatum.

Qua de causa etiam malæ fidei possessor, si 147
dejiciatur restituendus est Menoch. *recuper. remed. 15. numer 61.* isque qui cum vitio possidet, dummodo eius possessio sit antiquior Ioseph. 148
Ludovic. *decis. 17. num. 2.* quantumvis injustissimè possideat ut docet Francisc. Viv. *in commu. opin. verb spoliatus sua possessione num. 2.* cum tamen mala fides quandocunque superveniens præscriptionem interrumpat *cap. ultim. extr. de* 149
præscript. Balb *tractat. de præscript. 2. part. 3. princ. quæst. 1. num. 3.* Rursus igitur concluditur, ex hac Reorum confessione fundatam esse Actoris circa possessionem & spolium intentionem.

Sequitur confessio alia, sed longe etiam aper- 150
tior & illustrior in d. Exceptionibus anno 94. post Virici product. *§. dahero es denen ein offenbahrer* &c. ubi dicunt, **daß die Gegentheile ohne Grund vorgeben / daß sie auß Mangel der** documenten **sich nicht informiren könten / ob sie von der Matten abzutretten schuldig** / Notandum **abzutretten**: Et sunt hæc quidem verba Actorum ante tamen spoliationem à Reis tantummodò relata, sed quæ sequuntur sunt Reorum propria, **daß mit ihren Brieffen kräfftiglich bescheint / daß sie (die Haasen) Hand davon abzuthun vnnd die Lösung zugestatten pflichtig seyn.**

Et enim ista verba **abtretten vnd Hand abthun** necessario inferunt & præsupponunt possessionem

nem

nem antecedentem quam dimittere nemo poteſt, niſi qui eam tenuit *l. Titio uſusfruct. 96. in princip. ff. de condition. & demonſtrat.* in tantum, ut talis confeſſio per ſe conſtituat poſſeſſionem apud Actores Specul *tit. de confeſſ. §. 3. n. 9. in fin.*

152 Cum hac confeſſione ex amuſſim convenit eamque confirmat confeſſio tertia in Exceptionibus contra ſatisfactionem ſententiæ in hanc ſententiam lata, **es ſey nicht vmb den ruhigen Beſitz zuthun / welchen** Actores **eine Zeitlang möchten ingehabt vnd gebraucht haben** / quam ipſis confeſſionem extorſerunt rationes perceptorum reddituum quinque totis annis ſucceſſivis, quam negare non ſunt auſi. Et notandum, quod in ea non ſolum detentionem atque uſum pratorum, ſed etiam quietam poſſeſſionem relinquant **den ruhigen Beſitz** & propterea ſtatum cauſæ libenter alio traducerent, qui tamen in eo ſolo vertitur an Actores ante Reos, hoc eſt ante annum 1578. poſſederint.

153 Quartò accedit confeſſio liquidiſſima in iiſdem Exceptionibus contra reaſſumptionem §. **Ob nun wol vber ſolches** ꝛc. ubi Rei negant, ſe teneri ad id precium, **ſo Egenolph von Rachſamhauſen darumb geben hat / vor deſſen Erben die Haaſiſche ſolche Matten bekommen** / his enim verbis fatentur planè & ſine circumlocutione Actores non ſolum adeptos eſſe prata controverſa & proinde in eorum poſſeſſionem veniſſe, ſed etiam à juſtiſſimis authoribus eam eſſe nactos, puta ab Egenolpho, qui anno 1425. ea emerat à Johanne de **Königſtein** cum pacto retrovenditionis.

154 Quintò ne quid ſuperſit omninò dubii vel de poſſeſſione Actorum vel de invaſione & ſpolio Reorum profitentur iidem **im ſchrifftlichem Beſchluß** anno 595. poſt Miſericordiæ Domini product. **daß ſie endlich** ſui juris tuendi gratia **gleichſamb wieder jhren Willen tringentlich verurſachet worden / ſich der jetzſtreittigen Matten durch erlaubte Mittel zuvor erziehen vnd zumechtigen** / Verba **vnterziehen vnnd mechtigen** clarius
155 exprimunt viam facti & invaſionem ſive occupationem, quam, ut conjecturis hic indulgeri poſſit *§. continuus* 137. *§. cum ita* 2. *in f. ff. de V. O.*

156 Tempus autem iſtius occupationis ac ſpolii demonſtrat particula **entlich** / nimirum poſtquam omnia quæ è loco commemorantur præceſſiſſent, hoc eſt, **nach dem beklagte jhre Loſungs Gerechtigkeit krefftiglich beybracht / die** denunciatio **durch einen Botten geſchehen vnd** ex adverſo **keine** præſcriptio **dargethan worden / vnnd doch kein billich Mittel vnnd rechtliches Erbieten**
157 **ſtat finden wollen** / hæc enim omnia ibi præceſſerant & propterea verum ſenſum d. particulæ **entlich** commonſtrant *l. ſi ſervus plurium 50. in fin. ff. de leg. 1. l. quoties. 10. C. famil. erciſc.* contigerunt autem eo anno 1568. Ergo & eo anno primum poſſeſſionem per invaſionem & viam facti Rei obtinuerunt, maximè cum in illa ipſa cauſam conferant ſuæ violentiæ & ſpolii, **daß ſie dardurch gleichſamb wieder jhren Willen tringentlich verurſacht worden / ſich der Matten zumechtigen.** Nam quia effectus ſemper ſequi- 158
tur & non antecedit ſuã cauſam *d. l. 13. ff. quãdo d. leg. eod.* Burſat. *conſilio* 191. *numer.* 4. finis eſt ſemper ultimus in Executione, ſed primus in intentione Petr. Andr. Gaub. *topic. lib. 1. loc. à cauſa fin.* 159
in princ. ſtatuendum neceſſario eſt, **zuvor vnd ehe Rei dardurch verurſachet worden / ſo haben ſie ſich der Matten noch nicht vnterzogen vnnd gemechtigt gehabt.**

Non obſtat, quod Rei ibidem dictam ſuam 160
occupationem & viam facti vocant **erlaubte Mittel.** Quoniam invaſio poſſeſſionis alienæ non eſt legitimus neque licitus modus tuendi ſui juris, ſed ſi habuiſſent jus reluendi, actione experiri eos oportebat & quidem perſonali ex vendito vel. præſcriptis verbis *l. 2. C. de pact.* 161
pign. l. ſi ſterilis. 21. §. 4 ff. de act. empt. Mudę. *tract. de pact. pign. numer. 26.* Zaſ. *conſilio 12. numer. 39. volumin. 1.* Gail. *2. obſervat. 16.* Vis eſt enim, non jus, quoties quis id, quod deberi ſibi putat, non per judicem repetit *l. pen. ff. de vi priv.* Unde cõcludebat Anton. Fab. *d. decad. 22. error. 8.* Eum, 162
qui vendidit ſub pacto de retrovendendo, non poſſe ſibi vel retinendo vel alia ratione quàm agendo proſpicere. Et rectè ſi enim emptor (aut quod tantundem eſt Redemptor) non ex voluntate venditoris poſſeſſionem nactus ſit, prædo ait *IC. in l. ex ſtipulatu 5. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Conſequenter non obſtat parentheſis ibi- 163
dem incerta (als die nicht allein **von vielen vndencklichen Jahren hero jhren Vordern zugehöret / ſondern deren** poſſeſſionem civilem **ſie auch jederzeit** animo retinuit) quia prior pars manifeſtum errorem juris continet, quaſi verò liceat unicuique id, quod aliquando majorum ſuorum fuerit de facto occupare etiam hoc caſu, quo illi ipſi prætenſi majores hæc prata per venditionem abs ſe alienarunt. Pars autem altera falſitatem in facto palpabilem præfert, quoniam oſtenderur infia luce clarius Reos ante annum 1578. civilem aut naturalem poſſeſſionem nec habuiſſe, nec habere omninò aut retinere animo potuiſſe.

Sextò, ne Actores quidem ſpolium hoc 164
deſignare apertius aut arguere ſplendidius potuiſſent, quam id Reimer præſtiterunt in concluſione anno 607. poſt Jacobi product. dicentes: **daß** Actores **die Churfürſtliche Pfaltz vmb aſſiſtentz nicht angeruffen / alſo jhnen von wegen der Wiederloſung die Matten entzogen worden /** non enim tantum fatentur deſtitutionem poſſeſſionis & ſpolium, ſed etiam cauſam addunt **von wegen der Wiederloſung** ex qua emergit etjam tempus ſpolii, nimirum quo oblata & denunciata fuit reluitio, id eſt anno 1578.

Septimò idem hoc ſpolium ex ordine verbo- 165
rum & rerum ſerie ac ipſa Reorum illatione, ſicut extat in ſæpedictis exceptionibus §. **angeſehen daß die Beklagte** ꝛc. dilucidè deprehenditur & colligitur. Nam poſtquam præſupposuerunt hæc quatuor requiſita ſuæ prætenſæ relutionis 1. **daß die Loſung in gebührender Zeit geſchehen** 2. **daß ſie das** precium offerirt **vnd** deponirt 3. **vnd daß ſie ſolches den Haaſen** denunciirt 4. **auch**

hierüber

hierüber Brieff vnd Siegel fürgelegt/ sic deinde ex his præmissis concludunt, daß demnach jhnen gebühren wollen / sich bey jhrer alten possession, quàm animo semper retinuerunt selbst Handzuhaben.

166 Nam dictio illa demnach sive eam ad tempus referas, sive ad causam, omninò evincit quatuor illa requisita prius extitisse, quam Rei incæperint sich selbst Handzuhaben & proinde Reos isti possessioni non incubuisse ante annum 1578.

167 Cæterum etsi verbum Handhaben dubium videri possit ad adeptionem ne ante retentionem possessionis pertineat verius est tamen eo denotari novam ingressionem & apprehensionem sive occupationem corporalem.

Primum propter adjunctam particulam selbst quæ in viam facti sonat & respondet vice judiciali, sunt enim opposita hæc duo, ingredi possessionem auctoritate propria & per judicem sive prætorem l. creditores 3. C. de pign. & hypoth. Deinde quia istud selbst Handhaben prædicatur non de possessione aliqua naturali (quam Rei nusquam sibi asserunt ante annum 1578) sed de
168 possessione civili, quam se dicunt animo retinuisse & sic à naturali separata *l. & habet. 15. §. eum qui precario ff. de precar.* Duar. *ad tit. ff. de acquir. possess. capit. 1.* ibi, civiliter qui cum rei non insistat & versic. Inde etiam illud consequitur. Fachinæ *controvers. jur. libr. 8. capit. 5. vers. respectu modi possidendi.* Menoch. *retin. remed. 3. n. 23. & 26.* Mascard. *conclus. 1778. numer. 10.* Iccirco sic capiendum atque interpretandum est, ut ad prætensam illam civilem adjunxerit etiam naturalem & illam, quam dicunt veterem, hæc nova auxerint, quo sensu manutentio possessionis civilis & occupatio naturalis in idem inciderent.

169 Et possunt sanè etiam coincidere & simul cõsistere, cum is, qui occupat possessionem naturalem, verè possidet civiliter *l. clam. possidere. § qui ad nundinas. ff. de acquir. possess.* Menoch. *recup. remed. 9. numero 194. & rem. 15. numero 391.* Sed neque Rei possederunt civiliter, ut postea perspicuè demonstrabitur & in præsentia sufficit hoc ostendisse, quod verbum selbs Handhaben hoc loco significet, novam & corporalem apprehensionem possessionis naturalis, hoc est dejectionem Actorum, qui eam antea obtinebant.

Tertiò quia hanc interpretationem confirmant cætera verba clariora in hac eadem re exprimenda aliis locis à Reis usurpata, veluti annehmen/vnterziehen/mechtigen/den Klägern entziehen &c.

170 Responsio Reorũ apud positionales articulos 15. & 16. dz das Gelt zur Wiederlösung hinterlegt vnd Rei sich der Musigmatten rechtmessiglich vnterzogen vnd angenommen/haud alio trahi, aut accipi aliter potest, quàm de eodem spolio eodẽque tempore, id est, post pecuniæ depositionem sive Anno 1578. commisso.

Nam præterquam q vnterziehen vnd annehmẽ non de continuatione, sed nova incæptione apprehensioneq; dici solẽt ipse perpetuus scriptu-

ræ ordo ostendit præcessisse depositionem & secutam apprehensionem esse quæ antea nõdum fuerit *l. quoties 34. in pr. ff. de usufruct. l. qui solvẽd. 60. ff. de hær. inst.* Wesembec. *cons. 41. n. 70. & seqq.* Et q prius est scriptum præsumitur prius factũ Everh. *loc. ab ordin. num. 7.* quem etiam ordinem clarius proponunt ipsi articuli his verbis concepti, daß die Beklagte etlich Gelt hinderlegt vñ alsbald darauff zugefahren vnd die Musigmatten zu sich genommen. Nam sensus responsionis elicitur, optimè ex interrogatione antecedẽte *l. si fine 9. §. qui interrogatus 4. ff. de interpr. in jur. fac.* & simplex responsio repetitionem cõtinere censetur qualitatum in interrogatione expressarum *§. præterea. Instit. de inutil. stipul.*

Hactenus de confessionibus Reorum quantũ satis superq; esse videtur ad fundandum Actoris 171
de antiquiore possessione & dejectione intentionem, etiamsi nec de perceptione fructuũ quinquennali constaret aliundè, nec accederent ea, quæ nunc subiicientur certa & necessaria argumenta atq; urgentes cõjecturæ, quas in singulis causis accuratè consectari & excutere pertinet ad boni & justi judicis officium Herc. *d. tract. de probat. negat. num. 315.* Menoch. *in arb. judic. cas. 115. numer. 9. & libro 1. præsumpt. quæst. 12. numer. 7.*

Et primum quidem certissimum est, Reos ante annum 1578, id est, ante depositionem precii reluitionis nunquam prata contentiosa vel civiliter possedisse vel tenuisse naturaliter.

De civili possessione, quam solum jactant se 172
habuisse & animo retinuisse, res clara est.

Primum quia civiliter possidere nihil est aliud, quam affectione & animo domini sive pro suo possidere *l. quæcũq; 13. §. 1. ff. de publ. in rem action.* Theoph. *§. quæ dicta sunt vers. Est autem possessio. Instit. per quas personas nob. acquir.* Duaren. *lib. 1. disput. c. 18.* Conn. *lib. 4. c. 10. n. 5. in fin.* Cujac. *in parat. C. de acquir. possess. §. illa civilis dicitur & observ. lib 9. c. 33. idem* Cujac. *in l. servi ff. de usurpat. & usucap.* Dyn. *in c. sine possessione n. 22. de reg. jur. in 6.* Wesembec *parat. ff. de acquir. possess. n. 3. in fin.* Hermann. Vultej *juris prud. Rom. li. 1. c. 67. §. civ. possessio.*

At Rei ante annum 78. animum & affectionem pro Dominis sive pro suo possidendi non habuerunt, quia tum primum dominii acqui- 173
rendi voluntatem susceperunt, per reluitionem & precium quod obtulerunt Actoribus pro retrovenditione pratorum, quod nihil erat aliud, quàm iterum & de novo emere Anton. Fab. *d. decis. 22. error. 2.* Nemo autem emit rem suam *l. suæ 16. ff. de contrahend. emptor.* Neque e- 174
nim consistit propriæ rei emptio *l. cum res 4. Cod. eodem* nisi eatenus, ut possessionem quis emat, quæ fortè est penes venditorem *l. si in emptione 34. §. rei suæ. 4. ff. dict. titul. de contrahend.* 175
emption. Neque ullo modo cohærent hæc duo, dominum se credere & dominum fieri velle *d. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. possess. l. sequitur. 4. §. Iana 12 ff. de usucap.* Ergò civiliter non possederunt.

Deinde quia Rei prætensum suum jus reluendi vindicant sibi ex pacto quondam Jo-

han Rachſamhuſij de Königſtein / qui eam reluitionem pepigit ſibi ſuiſque hæredibus & deſcendentibus, ut eſt videre in eorum probationibus defenſionalium, §. Belangend den vierten. verſic. vnd jrret hinwiederumb nichts/o-
176 portet ergo ut ſegerant pro ejuſdē deſcendentibus & hæredibus alioqui pactum illius ad ipſos nihil pertineret *l. ſi unus* 29. §. *pacta* 4. *in fin. ff. de pact.* At Johannes ille de Königſtein juxta documentum ſub n. 7. à Reis copialiter exhibitum A. 1425. alienarit abs ſe & hæredibus ſuis die Benzematt (quam Rei contendunt eſſe eandem cum noſtra hac Muſigmatt) tranſtulitq; poſſeſſionem vnd alle die recht / ſo er darzu gehabt oder haben mügen/ledigklich vnd genzlich von vnd auß ſeinen Händen / Gewalt vnd Wehr ceſſis his omnibus pleno jure in emptorem, falſum eſt ergo & impoſſibile, quod illa ſit alienata poſſeſſio continuata fuerit aut animo retenta à Reis Jac. Thoming. *deciſ.* 11. *n.* 27.

177 Non obſtat, quod idem ille Johannes venditor, ibidem ſibi ac ſuis hæredibus & deſcendentibus pepigiſſe legitur facultatem reluēdi prata, non enim eo minus, ſed multò etiam magis poſſeſſionem tranſtulit. Nam ut ait Anton. Faber. *deciſ.* 22. *error.* 8. qui vendidit & tradidit adeoq; precium conſecutus eſt, omne jus non ſolum dominii, ſed etiam poſſeſſionis à ſe abdicavit nec proinde aut retinendo aut qua alia ratione proſpicere ſibi poteſt, præterquam agendo, ſi vendiderit, inquit, ſub pacto de retrovendēdo & Zaſ. *in conſilio* 12. *num.* 40. de eadem renumquid ait, calumniabimur, dicentes, quod res uno & eodem tempore ſit translata & non tranſlata.

178 Non obſtat etiam, ſi dicatur dictum Inſtrumentum n. 2. non eſſe idoneam ſuper poſſeſſione probationem.

Nam præterquam, quod id non eſt perpetuū, ut poſtea dicetur, accedit, quod aliud juris eſt in acquiſitione, aliud in amiſſione poſſeſſionis. Acquiſitio enim corporali apprehenſione opus habet, quæ nō fit, niſi in re præſenti & propterea perſcripturam inter abſentes facta non transfertur, ut docet Cujacius *in l. prædia* 48 *ff. de acquir. poſſeſſ. tract. ad reſponſ.* Papin. 10. Sed amiſſio ſolo animo perficitur *l. 3. §. in amittenda* 5 *ff. eodem* Seb. Med. *de am poſſeſſ. numer.* 142. Et amittitur poſſeſſio ſimul, ut quis conſtituerit non poſſidere velle *l. ſi quis vi* 17. §. 1 *ff. de titul.* Atque hic animus ſeu hoc propoſitum probatur per ſimplicem aſſertionem Maſcard. *concluſio.* 94. *num.* 14. quam quidem luculentiſſimam nobis exhibet dictum documentum n. 2. ut modò audivimus.

179 Tertiò civilis poſſeſſionis effectus eſt, ut poſſeſſor fructus faciat ſuos Bart. *in l. ſi fur. nu.* 1. & 2. *ff. de uſufruct.* Guid. Pap. *quæſt.* 356. *n.* 1. *verſ. quintus.* Rot. Rom. *deciſ.* 4. *in princ. in nov.* Men. *retin. remed.* 3. *n.* 26. Bapt. à Villal. *in commu. opin. ſub lit. P. n.* 161.

Atq, in dicto numero ſecundo dictus Johannes Rachſamhuſius pepigit, ut fructus prætorum iſtorū nō prius ad ſe aut hæredes deſcendentesque redirent quam precium ſolutum eſſet ibi: Wann ich meine Erben vnd Nachkommen/ dem Keuffer / ſeinen Erben vnd Nachkomen mit 300. Gulden vnd jhnen die geben vor den H. Weyhenachten / ſo ſollen ſie darnach deſſelben Jahrs die Matten abenutzen/nieſen vnd heuren.

Porrò ante annum 1578. pretium nec, ſolutum nec depoſitum ac ne quidem oblatum facit, Ergo ante eum annum non Rei, ſed ij, à quibus Rei redimere voluerunt, fructus perceperunt & ſic civiliter poſſederunt.

Probatur quia ſi jam ſemel ante annum 1578. ſolutio precii facta foret, ſive à Reis ſive ab eorum anteceſſoribus expiraſſet dictum jus reluitionis per eam ſolutionem redemptionemque *l. actione* 65. *§. item ſi alicujus ff. pro Soc. §. ult. Inſt. de authorit. tutor.* Neque poſſent ſeſe ultra Rei in eo fundare *l.* 1. §. *interdictum ff. uti poſſidet.* Cum à privatione ad habitum non ſit regreſſus *l. quires* 98. *§. aream.* 6. *ff. de ſolut.* neque rem ſemel emptam rurſus emere, aut acquiſitam iterum acquirere *l. neque* 46. *l. non ut ex pluribus* 120. *ff. de reg jur. §. ſed ſi rem. Inſtit. de leg. §. ſic itaque Inſtitut. de Act. l. & an eadem §. actiones. ff. de except. rei judic. l. nemo rem ſuam* 87. *ff. de V.O.*

Quartò, ſi civilem poſſeſſionem tàm anti- 180
quam quam prætendunt Rei animo tenuiſſent, tamen eam diu ante annum 78. amiſiſſent, quia non præſumitur durare ultra decennium, ſed potius per negligentiam & oblivionem amitti *gloſſ. in l.* 1. *C. de ſerv. fugitiv.* Alciatus *libro ſecundo Regul.* 21. *nume.* 12. Menoch. *libro primo præſumpt.* 66. *nu.* 5. Maſcard. *concluſ.* 1195. *numero duodecimo &* 13.

Quia igitur Rei ante annum 78. neque affectio- 181
nem domini habuerunt neque poſſeſſionem à prætenſis ſuis majoribus & autoribus alienatam retinere animo aut retentam ultra decennium conſervare potuerunt, neque ante precii remunerationem adeoque oblationem fructus percipere debuerunt, patet eos poſſeſſionem civilem non habuiſſe aut animo, ſicuti aſſerunt, & maximè poſt decem annos retinuiſſe. Idem verò dicendum multò etiam fortius de poſſeſſione etiā naturali Primū quia Rei nullo verbo innuere in totis actis auſi ſunt, ſe poſt alienatam à d. Johanne de Königſtein abs ſe & ſuis hæredibus poſſeſſionem eam de integro ante annum 78. adeptos eſſe, aut corpore apprehendiſſe, ſine qua apprehenſione poſſeſſio non acquiritur, 182
nec amiſſa recuperetur *l.* 3. §. *in amittenda. 6. & l.* 8. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Maſcard. *concluſ.* 1778. *numero decimo* & quæ tum quoque neceſſaria foret, etiamſi eorum majores poſſeſſionem nunquam dimiſiſſent *l. cum hæredes.* 23. *in princip. l.* 30. *§.* 1 *ff. de acquir. poſſeſſ.* Thoming. *d. deciſio.* 11. *numer.* 11.

Deindequia iidem Rei ſemper de civili poſ- 183
ſeſſione ita loquuntur, ut eam vocent ſuam veterem animo retentam & à majoribus acceptam poſſeſſionem: quoties autem veniunt ad ea, quæ ſunt facti, ut loquitur *IC. in l. poſſeſſionem* 29. *ff. de acquir. poſſeſſ. l. nemo. C. eodem.* hoc eſt poſſeſſionis naturalis, veluti ſich der Matten annehmen/ vnterziehen / mechtigen / ſelbſt Handhaben/

horum

horum originem nunquam altius repetunt aut vetustiorem constituunt, quàm à tempore depositæ pecuniæ, id est anni 1578. Ex hoc consequitur naturalem possessionem ante annum 78. apud Reos non fuisse & perpetuam illam inclusionem possessionis civilis ante dictum annum exclusionem esse naturalis *l. cum prætor 12. in pr. ff. de jud. l. si verò 64. §. de viro. 3. ff. solut. matrimon.*

Tertiò Rei in suo defensionali 4. articularunt, eo casu reluitionem sibi competere, quo prata alienata & in manibus alienis reperirentur **auff den Fall da die Matten in frembde Hände gebracht/ verenssert oder vbergeben.** Si ergo anno 78. competit eis restitutio, sicuti prætendunt, necesse est, ut eo anno casus ille extiterit, utque prata fuerint possessa ab aliis, quia ut dispositioni lo-
184 cus sit, conditionem extitisse oportet, *l. qui hæredi 44. §. ultim. ff. de condic. & demonstrat. l. 1. §. fin. Cod. de caduc. tollend. l. 2. ibi*: in conditionibus post exitum earum. *Codicill. de iis quæ sub mod.*

Unde concludit Bald. *in l. acceptam. n. 36. C. de*
185 *usur.* quod pendente conditione non habeat locum jus offerendi, quem sequitur Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gl. 2. n. 24.*

186 Quartò hoc ipsũ per bellè confirmatur à Reis, qui in sæpè dictis conclusionibus sub finem fatentur expresè in reluitione opus esse retraditione, **man will sich ajunt nicht allein mit der Interruption, sondern fürnemblich mit dem** pacto retrovendendi **behelffen / daß wann die Verkeuffer die 300. Gulden wiederumb erlegt / die Matten jhnen sollen eingehendiget vnnd zugestellet werden / welches** pactum **niemand wird vmbstossen /** Nam si post solutionem precii necesse fuit Reis possessionem restitui, sequitur ut eam ante precii oblationem, id est ante annum 78. possessionem non habuerint.

Quintò quidem Rei postquam de depositio pecuniam omnem usque ad 200. fl. exemissent, reliquos deinde 100. fl. anno 607. in eandem depositi causam restituerunt, sed eam usuris à die quo eos ad se receperant, quia iniquum judicabant se eodem tempore fructus de pratis percepisse & precio simul usos esse, eadem ratione, si ante annum 1578. fructus pratorum percepissent obligati fuissent in prima eo anno facta depositione, non solum sortẽ, sed etiam usuras ab eo tempore, quo pratis frui incœpissent offerre & deponere *l. si creditrici 6. & l. acceptam C. de usur.*

187 Siquidem expresso jure cautum est cum reemptor fruitur, æquissimum esse, pretii usuras pendere *l. Iulianus. 13. §. ex vendito. 17. ff. de acto. emptor. l. 5. C. eodem.* ubi jubetur emptor, qui nactus possessionem fructus percepit, partem pretii, quam penes se habet cum usuris restituere idque propter perceptorum fructuum rationem, quæ illas usuras etiam nulla intercedente mora generavit, notatque ubi gloss. in verb. ratio. & post gloss. Dd. istam rationem
188 adeò justam esse, ut istæ usuræ etiam jure canonico obtineant, nimirum quia quasi interesse petantur similiterque gloss. *in l. 2. verbor. tradita in fin. Cod. de usur quærit*, An hæc usura jure canonum sit illicita? & respondet quod non 189 quia loco interesse præstatur & fructuum vice, idem tradunt ex communi Dd. sententia Alexandr. *consilio 69. numer. 4. lib. 1.* Gabriel, *in commun. conclusio. titul. de empt. conclusio. 4. numero quinto* Rot. Gen. *decisio 194. numero primo* Hondedæ *consilio. 30. numero. 16. & consilio 43. numero septimo & seq. volum. 1.* Johan. Petr. Surd. *consilio 101. numer. 19. & sequent.* Covarruv. *variar resolut. lib. 3. cap. 4. numer. 1. & 2.* Decian. *consilio. 119. n. 3* Francisc. Viv. *in commun. opin. verb. venditor. in princ.*

Hinc que Sich. *in d. l. 2. numero. 4.* Si vendo ti- 190
bi rem, inquit, ex qua capis fructus, non tamen soluto pretio in compensationem fructuum abs te acceptorum licitè tàm divino, quàm humano jure possum petere usuram, id est, interesse, quia ait, hæc pecunia non est lucrativa, sed onerosa quia pro ea accepisti fructus & Cujac. *in d. l. Iuli. §. 21.*

Non omittam, ait, quod etiam hoc Dd. notant, nec jure Pontificio improbari usuras pretii quæ venditori debentur, quia earum usurarum causa non est captatio lucri, sed ratio fructuum idem Cujac. *in respons.* Pap. *lib. 11. ad l. 9. §. 1. ff. de usur. vol. 1.*

Fructuum perceptorum ratio, inquit, vicissim 191
usuras præstari desiderat, Ex quibus efficitur alterutrum Reis fatendum necessario esse aut se ante annum 1578. simul fructus de pratis simulque commodum ex pecunia percepisse atque ira merce ac pretio usos esse eodem momento, ut ante illum annum fructus pratorum non percepisse, priore casu turpitudinem propriam detegerent, cupientes locupletari cum alterius 192
damno & detrimento *l. jure 6. §. si in dote ff. de jur. dot.* & propterea non essent audiendi *l. cum profitearis 4. Codicill. revocand. donat.* Altero casu constaret eos ante annum 78. non possedisse, id quod erat argumento demonstrandum.

Quia verò Rei anno 1607. usuras, ut dictum partis pretii simul cum pretio deposuerunt, sed anno 1578. sortem sine usuris solam deposuerunt & hujus diversitatis ratio alia non occurrit nec dari potest, quàm quod ante annum 78. nullos fructus perceperant ex pratis sicut postea perceperunt usque ad annum 1607. ob id propius vero est, existimandumque specialiter ante annum 78. Reos prata non tenuisse aut possedisse, sicuti fecerunt post id tempus id est, post spolium.

Pro secundo argumento notandum, eo ipso quod Rei jus reluendi sive reemendi sibi asserunt, agnoscere eos consequenter Actores pro dominis simul & pro possessoribus pratorum, quæ retrahere intendunt, saltem usque ad pecu- 193
niæ depositionem & sic annum 1578. Quoniam qui ad rem revendendam obligatus est, interim dominus & possessor pleno jure manet Tiraquell. *de retract. conv. §. 2. gloss. 1. numero trigesimo sexto & sequentib.* Anton. Faber. *decisio. 10. error. 2.* Menochius *consilio vigesimo sexto numero decimo & undecimo & consilio. 606. nume. 7.* Joh.

Bapt. Aymo *tractat. de Alluv. libr. 2. caput. 10. numer 6. & 8.*

194 Neq; redire ad reos prata ex dicto pacto ſeu jure reluendi potuerunt, ſine nova venditione & nova traditione Actorum atteſtante Cacheran. *conſilo* 48. *numer.* 33. Anguſol. *conſilio* 55. *in fin.* Alexandr. *conſilio* 10. *numer.* 4. & 5. *volumin.* 1. Guid. Panc. *conſilio* 144. *nu.* 3. Johan. Petr. Surd. *conſilio* 52. *num.* 22. Johan. Bapt. Aymo *d. tractat. de alluv. libr.* 2. Rauchbar. *quæſtio jur. civil. & Saxon. part.* 1. *quæſt.* 19. *numero ſecundo* Menoch. *d. conſilio* 26. *numer.* 32. Cor. Miſc. *libr.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. *in fin. & nume.* 6. Anton. Faber. *dict. deciſ.* 10. *error.* 3.

Ubi ait, cum pactum de retrovendendo interceſſerit non reſolvitur venditio ipſo jure & 195 ſolâ conventionis poteſtate, ſed facto opus eſt & retrotraditione, Retrovenditio enim ſecũda venditio eſt, non reſolutio prioris venditionis, ut idem Fabian. docet *d. deciſio.* 22. *error.* 1. & Boër. *deciſione.* 124. *numero. vigeſimoſeptimo* dicens novum eſſe contractum & novam traditionem.

196 Et certè non poſſunt teneri Actores ad retrovendendum, quin eadem opera obligentur etjam ad retrotradendum *text. expreſſ. in l. ex empto.* 11. *in princ. &* §. 4. *ff. de act. empt.* Cujac. *ad lib. prim. ſentent.* Paul. *titul.* 13 §. ſi id quod Eman. Soarez. *in theſaur. recept. ſentent. ſub litera R. numer.* 90.

Et quidem principaliter atq; ex natura ipſius contractus Zoan. *de empt. ſub pact. retrov. numer.* 71. *& numer.* 86. *verſic. ex punctis in fin.* Quod ſi igitur tradenda ſive retradenda fuit Reis per Actores poſſeſſio, neceſſe eſt, non illos, ſed hos 197 poſſediſſe *l* 1. §. 1. *ff. de act. empt.* Et actores, à quibus expectabatur revenditio, non Reos, qui Revenditionem poſtulabant, fructus interea ſuos feciſſe Anton. Fab. *d. deciſ.* 22. *error.* 1. *in fin.* Cacheran. *d. conſil.* 48. *nu.* 34. Menoch. *libr.* 3 *præſumpt.* 122. *num.* 17. Johan. Bapt. Aymo *de Alluv. libro* 2. *cap.* 40. *nume.* 7. & 10. Andr. Rauchbar. *d. quæſt.* 19. *num.* 9. Felician. de Sol *d. tract. de cenſib. c.* 6. *n.* 5.

198 Tertiò Rei ante annum 78. ſemper ſe pro Petitoribus geſſerunt, Ergò Actores fuerunt poſſeſſores. Antecedens probatur confeſſione Reorum in dictis Exceptionibus ſuis §. **bey dem achtẽ** articul ubi ajunt: **Daß ſie Hanß Ulrich Haaſen der Loſung halber ſchrifftlich vnd gütlich erſucht haben/ ſolches aber bey ihme keine ſtatt finden wollen. & §. betreffend der Kläger 23. ꝛc. daß Beklagte die Haaſiſche mit Anbietung vnnd Hinterlegung deß Kauffſchillings freündlich erſucht / ſie aber deſſen ohne rechtmeſſige erhebliche Vrſachen geſpert vnd beharrlich wiederſetzt.**

Sed & alibi dicunt, nihil ſe prætermiſiſſe, quo magis reluitionem à dicto Haſio impetrarent pecuniam offerendo deponendo, denunciando diem & ſibi præſtitui petendo, quo de ſuo jure docere poſſent.

199 Conſequentia quoq; patet primum quia civilis ac naturalis ratio facit, ut alius poſſideat, alius à poſſidente petat §. *retinendæ. Inſtitut. d. interdict. l. exitus* 35. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Et ſicut petitorium & poſſeſſorium ſunt correlativa Everhard. *loc. à correl. numero quinto* Sic etiam Petitor & Poſſeſſor, unde poſito, quod unus ſit petitor, ponendum eſt & alterum, quod ſcilicet alter ſit poſſeſſor *l. nemo.* 5. *C. de leg. tut. l. cum eſſent.* 33. §. *ultim. ff. de ſerv. ruſtic. prædior* Everhard. *d. loc. à correlat. numer.* 7. Johan. Vincent. de Anna *alleg.* 13 *numer.* 2. *verſic. non obſtat. part.* 2. Adde quod præter inſtantem & aſſiduam pretij oblationem, obtulerunt etiam prætenſi juris ſui probationes, ut prædicant in dictis Exceptionibus §. **es ſein auch dißfalls ꝛc. ſie ſein jederzeit vhrbietig geweſen/ ire Loſungs Gerechtigkeit außfündig zumachen/ item ſie haben dem auch im Werck nachgeſetzet/ vnnd ihre Gerechtigkeit würcklich auffgelegt/** cum interim de Haſiis fateantur defenſionali 7. & alibi, eos de ſuo titulo ſimiliter nunquam docere voluiſſe. Nimirum quia etiam probatio petenti incumbit, non poſſi- 202 denti *l. ſi priuſquam* 15. *in fin ff. de nov. oper. nunciat. l. qui accuſare* 4. *C. de edend. l. ultim. C. de rei vendic. l. actor.* 23. *C. de probat.* licetque interea 203 poſſeſſori ſecuro quieſcere & commodo ſuæ poſſeſſionis otioſo perfrui *l. ultim. C. de rei vend.* §. *commodum Inſtitut. de Interdict.* Adeò, ut poſſeſſor nedum probare, ſed nec allegare titu- 204 lum ſuæ poſſeſſionis teneatur *l. cogi.* 11. *C. de petit. hæredit.* quia hoc petitionis munus eſt non poſſeſſoris inquit *l. in ſpeciali* 73. *in princip. ff. de Re vendit.*

Sed quid argumentis opus, quando ipſi Rei 205 hæc duo correlativa ita inter ſe oppoſuerint, ut ſe petiiſſe adverſarios autem poſſediſſe dicant in modo dictis Exceptionibus §. **daß beim 7. ibi: daß wegen deren von Rachſamhauſen vnnachleßlichen Anſpruchs die Haaſen niemahln im ruhigem Beſitz dieſer Matten geweſen /** quid clarius quam Rachſamhuſios perpetuos petitores, Haſios autem poſſeſſores fuiſſe & Actores pratatenuiſſe, illos ut obtinerent, laboraſſe prætextu aſſertæ ſuæ facultatis reluendi.

Deinde obſervandum, ſecundũ ea quæ à Reis 206 proponuntur, non ſolum Haſios ante annum 78. nihil ab ipſis pratorum iſtorum occaſione petiiſſe, aut judicialiter vel extrajudicialiter attentaſſe. Sed tum quoque cum Rei paratos ſeſe oſtenderent vel prata illis permittere, ſi de ſuo titulo ac jure docerent, vel pecuniam preciumq; numerare, ſi Reorum jus potius eſſe apparerer, utramq; harum conditionum ſpreniſſe & conſtanter repudiaſſe.

Quæ enim hujus ſecuritatis alia ratio reperie- 207 tur, quàm quod Actores poſſeſſione ſua contenti, præſenti ſtatu gaudere conſtituerant, ſperantes adverſarios vel jure ſecum experturos vel quieturos eſſe, & nihilominus, quam viam iſtam facti & ſpoliationem ſuſpicantes, alioqui neceſſe eſſet, eos omnium mortalium negligentiſſimos in ſuis propriis rebus fuiſſe, qui nec de pratis recuperandis laborarint ante annum 78. neque pecuniam oblatam recipere ſuſtinuerint, quam negligentiam rerum ſuarum juris præſumptio non admittit *c. audientiam* 13. *ibi principaliter extr. de præſcription.* Rota, 208

Roman.

Roman.*decis.*125.*in nov.* Cravetta *cons.* 77.*n.*11. Men.*l.*6.*præsumpt.*77.*n.*3.

Nec obstat, quod Rei in 5. defensionali innuere velle videtur, quasi Actores aliquid de facto moliri cogitarint dz sie sich vnter dem Schein eines Kauffs der Matten vnterziehen wollen. Nam 209
si istud vnterziehen denotat manutentionem seu conservationem possessionis, sequitur Actores tum possessionem habuisse: si autem occupationem invasionemque violentam eo verbo intelligunt, non solum falsum id erit, sed etiam perridiculum ac planè absurdum, primò quod Actores vnter dē Schein eines Kauffs (quem omnes contigisse ann. 1548. juxta instrumentum lit. A.) 30. totis annis post, nimirum anno 1578. cogitarint primum de adipiscenda rei emptæ possessione.

Deinde quia Rei fatentur prata sita esse in deren von Rachsamhausen Obrigkeit/zwingen vnd bannen/ubi Hasijs utpote privatis & procul dissitis impossibile fuit eos de possessione deturbare eamque ad se propria authoritate pertrahere. Unde etiā Rei in suis probationibus, cū ad hanc quintam defensionalem pervenerūt, nullū aliud argumentum solcher vorhabender Vnterziehung proferre potuerunt, quam præsentem hanc litē, quę tamen vix decennio post initium cœpit.

Sicut autem de Actorib. tam supina negligentia non præsumitur, ita neq; de Reis tanta fatuitas præsumenda est, ut cum ante annum 78. prata hæc quiete possederint, subito tandem eo anno Hasios de recipiendo precio & examinandis suis probationibus, tractandaq; concordia assiduè importuneq; interpellare ac pecuniam suā 210
Argentorati deponere suumque quovis modo jactare ac profundere voluisse credantur *l. ult. versicul. neque enim. C. arb. tut.* glos. *inl. nec codicillos. 5. verb. probari. C. de Codic.* Rom. *cons.* 281. *n.* 7. Mascard. *conclus.* 760. *& conclus.* 1048. *num.* 14. *& 25.*

Quæ cum ita sint, apparet fitq; luce meridiana clarius, Reos ideo pecuniam obtulisse ac deposuisse, cęteraq; quę diximus, fecisse, ut prata ab Hasijs obtinerent, & possessionem eorum volūtate acquirerent. Actores verò ideo hæc omnia repudiasse, ne accepto pretio, rem restituere ac possessionem tradere Reis cogerentur. Atque ita ante annum 78. commissumque spolium non Reos, sed Actores fuisse in possessione.

Quartò, quod ajunt Rei in dictis Exceptionibus & d. §.

wen aber nun durch ꝛc. Es müsse diß falls antiquior possessio considerirt vnnd darumb nit disputirt werden / wie oder welcher Gestalt die von Rachsamhausen / auß solchem jren mehr dē hundertjährigen ruhigem Besitz kommen / sive ut loquuntur in Replicis, die Matten in frembde Hände kom̃en/Nam possessio illa antiquior necessari- 211
am habet relationem ad aliam possessionem juniorem seu recentiorem Everhard. *loc. à correl. num.* 2.

Hæc recentior non est illa quam in præsentia tenent Rei, nam hac ratione remansisset possessio semper penes Rachsamhusios, essetque una & continuata possessio, cum tamen ibi dicatur, daß die von Rachsamhausen darauß kommen / item / daß die Matten in frembde Hand kommen. Fuit igitur alia possessio intermedia inter illam veterem & hanc hodiernorum Rachsamhusiorum possessionem interjecta, non certè alia, quàm quæ ab hæredibus veterum Rachsamhusiorum per venditionem anni 1548. fuit in Henricum Hasium translata & deinde Hasiis an. 1578. à Reis rursus erepta. Neq; enim ipsi Rei se ac suos majores aliis præterquam Hasijs possessionem inquietasse & interrupisse prætendunt, neque ab aliis quam Hasijs prata sibi revendi petierunt.

Quapropter constituenda necessario erunt 212
tria tempora treśve gradus istius possessionis 1. antiquissima veterum Rachsamhusiorum. 2. media sive recentior Hasiorum & 3. recentissima sive hodierna Reorum.

Quod si ita est, dubitari jam nequit, quin ex 213
duabus istis ultimis possessionibus, illa quam mediam & secundam fecimus præferri debeat tertiæ sive hodiernæ Reorum, quia hęc respectu illius recentior est & propterea præsumitur vitiosa & violenta juribus supra deductis.

Sed non est eadem ratio inter primam & mediam possessionem, quantumvis Rei ad eas accommodare voluerint dictam juris præsumpti- 214
onem de vitiositate posterioris possessionis. Et ratio diversitatis evidens est & in promptu: quia nimirum medii isti possessores sive Hasii & Actores suam possessionem justo emptionis titulo consecuti sunt ab ipsismet illis primis & antiquissimis possessoribus Alex. *cons.* 92. *n.* 5. *li.* 1. Rot. Rom. *decis.* 62. *in nov.* Gabr. *li.* 4. *tit. de restit. spol. concl.* 5. *n.* 35. ut nec Rei negant & probat instrumentum lit. A. de cujus fide mox plura commemorabuntur.

Hoc verò casu legitimi tituli cessat præsumptio 215
clandestinitatis aut violentiæ in nova & recentiore possessione Mascard concl. 1193. numer. 6. Dec. consil. 56. nume. 4. versic. non obstat si dicatur; quia eliditur per tituli probationem Menoch. recuper. remed. 15. nume. 402. & sequent. ubi ait: adversus novum possessorem titulo possidentem non sufficere probari antiquiorem possessionem, sed probandam etiam clandestinitatem, quam tamen probari posse negat, ubi de titulo apparet, iccirco contra ejusmodi titulatum possessorem non competit ne quidem 216
ordinarium *c. redintegranda remedium.* Alexan *consil.* 118. *num.* 187. *vol.* 2. Molinæ. *ad consuet. Afflict. 6. num.* 17. *volum.* 3. Brun. *consil.* 19. *num.* 25. Natta *consilio* 188. Fachinæ. *libr. 3. capit.* 12. Menoch. *in caus. Finar. consilio* 2. *num.* 19. Decian. *consil.* 52. *numer.* 25. *libr.* 13. *& consilio* 23. *in fin. libro primo. idem* Menoch. *recup. rem.* 15. *nu.* 68. 71. 72. 77. *& seqq.* Quod similiter dicendum est, quando antiquior possessor juniorem possidere sciverit & permiserit Meno. *ret. remed. 3. nu.* 776. Virgin. de Boccac. *tractat. de manut. in poss. c.* 10. *numero.* 4. *in fin.* Carocc. *de sequest.* 1. *quæst.* 6. *numer.* 3. *& sequent.* Necenim legitur veteres Rachsamhusios unquam Hasiorum possessioni contradixisse & si fecissent, nihil id tamen Reis aut

Reorum modernæ poſſeſſioni patrocinaretur, qui ſe non probarunt eſſe veterum illorum Rachſamhuſiorum hæredes.

Sed, ſicut dictum, ſufficit Actorum poſſeſſionem mediam titulo ſuſtineri ad hoc, ut modernæ præferatur privilegio temporis & antiquiſſimam excludat prærogativa tituli.

217 Quintò ſæpe memoratum Inſtrumẽtum Emptionis anni 1548. ſub lit. B. An. 1593. poſt vincula Petri exhibitum in judicio non ſolum juſtum & legitimum Actorum titulum atque emptionem perſpicue probat, ſed etiam de tradita ipſis poſſeſſione luculentum exhibet teſtimonium his verbis: **vbergeben die hiemit bemeltẽ Keuffern für ſich jhre Erben/vnd Nachkomẽn / alſo daß ſie dieſelbe nun hinführo inhaben / beſitzen / nutzen/ nieſen vnd gebrauchen ſollen vnd mögen** / traditis etiam illico inſtrumentis & literis ad eam rem ſpectantibus, de cujus inſtrumenti fide non eſt, quod dubitetur. Primum quia in Originali &
218 authentica ſolenniq; forma prolatum neque ullo verbo impugnatum ex adverſo fuit Burſ. cõſ. 181. n. 14. Deinde quia etiam expreſsè à Reis approbatum, adeo ut eo viſo negationem ſex priorum articulorum revocare non dubitarint in principio ſæpe dictarum exceptionum dicentes: **Es befinde ſich auß itztangezogenem Kauffbrieff ſo viel/daß des Gegentheyls ſechs erſte articul alle von Wort zu Wort auſſer demſelben gezogen vnd dahero auch ſo hoch nit geſtritten wird / ob die darin** ſpecificirte **Güter Weyland Henrich Haaſen**
219 **ſeel. verkaufft worden.** Nam ſi articulos veros eſſe crediderunt propter inſtrumentum, multò igitur magis de inſtrumenti veritate non dubitandum cenſuerunt, per regulam, propter quod unum quodque tale *l. cum autem* 20. §. *perveniamus ff. de aur. leg. Authentic. multo magis ibi*: Jacob. de Butr. *C. de SS. Eccleſiis* Everh. *loc. à. min. in fin.* Weſembec. *conſilio* 51. *numero trigeſimo tertio.*

220 Tertiò, quia Rei quoq; ſe in eo fundant, eoq; ipſo Exceptionem ſuam prætenſi juris luendi comprobare nituntur, aſſerentes, **Es ſey durch ſolchen Brieff verificirt vnd wahr gemacht / daß nemblich denen von Rachſamhauſen die Loſung in ſolchen Kauff außdrücklich reſervirt worden ſey/** Weſembec. *conſilio decimoquarto numer.* 70. Quartò, quia reliqua ejuſdem inſtrumenti contenta & ſimul eodemque verborum complexu venditas res alias Rei ſuamet voce dilucidè confirmant, dicentes, **dz die vornembſte Stücke in ſolchen Kauffbrieffe vor langẽ durch der Beklagten Voreltern wiederumb gelöſet worden/vnnd derowegen auch dieſer Muſigmatten** in ſpecie **darin**
221 **gedacht worden/** Eſt autem ſcripturæ indiviſibilis fides Weſembec. *conſil. 2. num. 78. verſic. Inſtrumentum*, & qui parti ejus innititur, toti ſtare cogitur Petr. Peck. *in reg. ex eo 31. num. 1. & 2. de reg. jur. lib. 6.* Franciſc. Viv. *commu. opin. verb. ſcripturanu. §.*

222 Non obſtat, quod confeſſio regulariter per inſtrumentum directè non probatur *l. prædia 48. ff. de acquir. poſſeſſ.* quia reſpondetur Primum eam regulam ceſſare in antiquis, ſive antiquo inſtrumento, nam per hoc benè probatur poſſeſſio Decius *conſil. 36. n. 6.* Cravetta *conſil 54. nu. 11. & tract. de antiq. temp. part. 1. §. viſo de fama n. 20.* Weſembec, *conſil. 21. nu. 66.* Malcard. *concluſ. 1181. n. 30.*

Deinde præſumptivè ſaltem probari per in- 223
ſtrumentum poſſeſſio poteſt Weſembe. *d. conſ. 21. num. 65.* Etiamſi Inſtrumentum non ſit antiquum Oldr. *conſil. 199. num. 6.* maximè quando de adverſarii poſſeſſione ejus temporis non liquet ex actis Rota Roman. *deciſ. 202. n. 3. part. in noviſſimis.*

Tertiò quia dictum inſtrumentum atteſtatur 224
in continenti tradita fuiſſe inſtrumenta huc pertinentia ibi: **Deßwegen auch jhnen Keuffern alsbald die** Original **Zinß vnnd Gült Verſchreibung verſi gelt vnnd ohnverſehrt zuhanden vberantwortet** / quibus certè verbis intelligitur & probatur etiam ipſius rei facta traditio *l. 1. C. de donat.* Rebuff. *in conſtitut. Reg. tractat. de matern. poſſeſſ. in præfat. numer. 89.* Burſat. *conſilio 100. numer. 12.* etiamſi id non acciderit in præſentia rei gloſſ. *in d. l. 1. C. de donat. & ibi* Sichard. *nume. 4. in fin & numer. 5.* addens id in omni contractu locum habere Zaſ. *in l. 1. §. poſſideri n. 12. & 13. ff. de acquir. poſſeſſ.* Bapt. Vill. *in comm. opin. lit. P. n. 110. & 111.*

Quartò quia Rei ſeſe fundant in Emptione, 225
quæ in dicto inſtrumento continetur, utpote reemptores, ex hoc ſequitur, ut per tale inſtrumentum probetur, non ſolum dominium, ſed etiam poſſeſſio, ita determinat Caval. *deciſ. Teiviz. 23. numero 55 p. 2. & deciſio. 5. numero vigeſimoprimo p. 4.*

Sextò ne hoc quidem negligendum, aut te- 226
merè dictum eſſe exiſtimandum videtur, quod extat in dictis Replicis, **ſo bald die Matte in frembde Hände kommen / ſey ſie alsbald gelöſt worden.** Nam neque illud **frembde Händ** de aliis, quam Haſiorum manibus, neque illud **gelöſt worden**/de alia, quàm præſenti anno 78. inſtituta reluitione verificari poteſt, quod ex ſequenti deductione patebit.

Nam Reorum propriis documentis num. 2. 3. 4 §. docetur, inde ab an. 1425. quo anno ſæpè nominatus Johan de **Königſtein** vendidit Egenolpho Rachſamhuſio die **Benzmatt** (quam Rei eandem faciunt cum noſtra **Muſigmatt**) uſque ad annum 1548. quo ea pervenit ad Henricum Haſium, nunquam dicta prata exiiſſe de manibus Rachſamhuſiorum, eorumve hæredum, ſive **in frembde Händ** perveniſſe. De dicto anno 1425. res clara eſt ex d. numero ſecundo Anno deinde 1458. facta inter liberos Philippi de Rachſamhauſen diviſione, dicta **Matte** ceſſit in partem Barbaræ dicti Philippi filiæ, quæ nupta fuit Henrico **Meyer** juxta d. copiam n. 4.

Poſtea an. ſequenti 1459. jam dictus Henricus 227
Meyer eam vendidit Henrico de Rachſamhauſen, ementi pro Egenolpho, Jacobo & Joanne Henrici filiis Rachſamhuſios ut oſtendit d. copia num. 43.

Ab his pervenit ad Giſelam Rachſamhuſiam 228
& ab ea Anno. 1500. ad ejus filios & nepotes, qui eam tandem vendiderunt Henrico Haſio, ſicuti hæc omnia continentur

in d.

in d. instrumento anni 1548. litera A. signato. Quia igitur ante jam dictum Henricum Hasium neq; ad quenquam exterum hæc prata pervenerunt, neq; unquam à quoquo per reemptionem tetracta à Rachsamhusiis fuerunt, necesse prorsus est, ut istud verbum **gelöst werden**/ capiamus de controversa hac reluitione, quam Rei anno 78. prætendere incæperunt, antequam prata fuerunt **in frembden Henden**/hoc est, ab ipsis Hasiis possessa. Nam ubi alius sensus non occurrit ibi deveniendum necessario est ad eum, qui solus supereſt & quadrare potest *l ult ff. ubi pup. educ.* Mascard. *concl.* 1196. *n.* 22.

Ex hac triplici acie probation ũfundatissima evadit Actorum de sua antiquiore possessione 229 & per Reos facta dejectione ac spolio intentio. Nam primum ex Instrumento lit. A. non solum de justissimo emptionis titulo, sed etiam de tradita ipsis reali possessione anno 1548. evidenter constat. Deinde rationibus quinq; annorum **deß** 230 **Haasischen der Zeit gewesenen Schaffners** probatum est eosdem annis 68. 69. 71. 72. 73. adhuc fructus & pensiones percepisse, unde tum retrò à tempore tituli tum successivè ad tempus spolii continuata possessio præsumitur. Accedunt ter- 231 tiò confessiones propriæ Reorum. 1. **daß die Hasen den ruhigen Besitz wol eine Zeitlang möchten ingehabt vnd gebraucht haben**/ 2. **daß sie die Matten von Egenolphen von Rachsamhausen bekommen. 3. daß die Haasische Hand davon abzuthun vnd abzutretten pflichtig gewesen 4. daß jhnen jederzeit jhr ruhige** possession contradicirt **vnd zertrennet worden / 5. daß auff verweigerte Annehmung der angebottenen Lösung beklagte Vrsach genommen sich der Matten zu vnterziehen / anzunehmen**/**zumechtigen vnd selbst Handzuhaben**/ 6. **item daß die Matten den Haasen wegen der Wiederlösung entzogen worden.** Quæ omnia & singula sic aliis insuper certis argumentis & necessariis rerum indiciis confirmantur, veluti quod Rei falsò civilem possessionem retentam abs se animo asseruerint, naturalem ante annum 78. nunquam acquisierint ac ne allegarint quidem petitoriũ probationisq; onus semper subierint, pecuniam suam Actoribus ultrò ingesserint & accipere detrectantibus deposuerint, usuras tamẽ, quibus fructus percepti pensarentur non adjecerint, Hasios pro iis, qui facultatem revendẽdi haberent & sic pro dominis & possessoribus agnoverint & similibus aliis, ut omninò nullus scrupulus, aut suspicionis rima relicta videatur, quin præsens actio notoriè probata meritissimè censeri debeat, præsertim si judicantis æquitas 232 non tantum singulas probationes seorsim expẽdere, sed etiam omnes conjungere & quod uni fortassis deesse existimaverit ex aliis supplere nõ fuerit gravata, sicuti sanè fieri jus & æquum exigit & præscribit c. cum dilectus. 3. extr. de succes. ab intest. Masc. *de prob. concl.* 539. *n.* 19. Franc. Viv. *decis.* 200. *n.* 3. 4. *&* 5.

233 Et quidem tàm manifesta est cunctarum istarum probationum conspiratio & consensus, ut satis constet nullo alio præterquam veritatis glutino cohærere tàm aptè & sese mutuo coadjuvare potuisse. Qua de causa ipsimet Rei vi veritatis victi & de oppugnanda Actoris intentione desperantes totos se ad defendendum præsidium suarum Exceptionum cõtulerunt, palam dicti- 234 tantes in dictis Exceptionibus, statum in principio: **Es beruhe der Scopus causæ vnd** principalis quæstio **allein darauff / ob den Beklagten von Rachsamhausen die Lösung zu der Musigmatten gebühre.**

Et in Exceptionibus contra satisfactionem sententiæ, paulo ante finem, **so ist auch der** Status causæ **welchen Gegentheyl jmmer gern** intervertiren **vnd vmbkehren wolte / nit vmb den ruhigen Besitz zuthun / welchen seine vermeinte** authores **eine Zeitlang möchten ingehabt vnnd gebraucht habẽ / sondern** &c Nam quod ajunt, **allein darauff /** ostendit de Actoris intentione nullam supereſſe quæstionem aut litem, quin ea sit jure optimo 235 fundata, quoniam dictio illa taxativa **allein** ita affirmat illud, quod ponit, ut simul excludat atque neget omne aliud Bart. *in l.* 1. *n.* 1. *ff. si quis jus dic.* Viv. *lit.* 2. *decis.* 380. *n.* 19. Everh. *loc. a nat. dict. taxar. n.* 1. *&* 2.

Et quoties status causæ reducitur ad solam examinationem Exceptionis Rei, tum necessario præsupponitur fundatam esse intentionẽ Actoris *l. si quidem* 9. *C. de Except.* hoc est, probatã esse antiquiorem Actoris suorumq; Auctorũ pos- 236 sessionem respectu recentioris, quæ nunc est penes Reos, sive ut hoc ipsum Rei verbis modo recitatis extulerunt, **daß** Actoris authores **den ruhigen Besitz eine Zeitlang innengehabt vnd gebraucht haben.**

Maneat ergo hoc jam firmum fixumq; probatum esse ab Actore articulatum spolium & deinceps de Reorum Exceptionibus sive defensionibus dispiciamus.

III. AN ACTIO ELISA.

In Reorum defensionalibus duæ hæ Excepti- 237 ones proponuntur. Prima art. 1. & 2. **dz die Musigmatten von jhren Voreltern erkaufft / vnter sie vertheilt vnnd vber Menschen Gedencken eigenthümblich zugestanden / item / daß sie auch noch jnen dẽ Beklagtẽ eigenthümblich zustẽdig sein soll.**

Altera extat artic. 3. **daß auff den Fall / da sie in frembde Händ gebracht / jnen die Wiederlösung zu solcher Musigmatten zustehe / dahero sie jren Gegentheylen dieselbe mit Recht verkünd vnd den Lösungsschilling hinterlegt haben.**

Addi autem potest ex actis, quod semper re- 238 tinuerint animo possessionem civilem, unde inferri posse videtur, licuisse eis propria authoritate ingredi naturalem per *l. clam. possidere. 6. §. qui ad nundinas ff. de acq. poss. l.* 1. *§. interdictum.* 13. *ff. de vi arm.* Men. *recupe.* 15. *n.* 391. De singulis ordine videndum.

Quod igitur attinet ad primam Exceptionẽ, 239 respondetur omnium primò ei cum ad quæstionem dominii spectet simpliciter locum in hoc recuperandæ possessorio non esse, nec audiri vel admitti ullo modo debere *c. ult. extr. de ordin. cognit.* Dec. *cons.* 57. *n.* 6. Vasqui. *ill. q. li.* 2. *c.* 88. *n.* 1. 2. 3. 4. Gabr. *li.* 5. *de restit. spol. concl.* 1. *n.* 45. Viv. *in cõmun. opin. verb. spol. sua possess. n.* 4. Men. *recup. remed.* 15. *n.* 479. *& seqq.* Henning. Goden. *cons.* 105. *n.* 16. Laur. Kirckov. *commu. opin. cent.* 6. *concl.* 38.

240 Gail.2.*obſ.*75.*n.*3. ſed ante omnia faciendam eſſe reſtitutionem *c.in literis S.& ibi gl.verb.canonica extra de reſtitut.ſpolii.* Gabr.*d concl.*1.*n.*1.*& ſeqq.* Fachin.*controverſa.jur.li.*8.*c.*10. Joſeph.Ludov. *deciſ.*17.*n.*1.2.3. Gail.*d.obſ.*75.*n.*7.

Deinde licet prata controverſa fuerint olim veterum Rachſamhuſiorum; tamen rei nõ pro-
241 barunt, ſe eſſe illorũ, qui hæc prata acquiſiverũt vel tenuerunt hæredes. Qui verò admitti vult, ut talis, debet prius probare ſe talem *l. non ignor.*
242 9.*C.de iis qui accuſ.poſſ.* Neq; ut hęres auditur vel admittitur, niſi qui liquido ſe hæredem eſſe docuerit Bart.*in l.ſi quis inficiatus nu.*1.*ff.depoſiti.* Joſeph.Ludov.*dec.*15.*n.*2.*&* 4. Quod quidem eo magis præſtandum Reis in hac cauſa fuit, quia ex
243 ipſorum documentis nu.2.3.4. apparet diverſos fuiſſe & varios Rachſamhuſios, ſive utipſi alibi profitentur Rachſamhuſiorum lineas, quorum ſubinde alii aliis iſta prata vendiderũt vel ceſſerunt Unde tàm fieri poteſt, ut Rei ab iis deſcenderint, qui alienarunt, quàm qui acquiſiverunt, quo caſu falliſſima eſſet eorum illatio, **daß die Matten noch heutiges Tages jnen zuſtehen ſollen/** *l.nemo plus commodi l.hær.* 59.*ff.de reg.jur.l.ſi pactum.*9.*ff.de probat.* Thoming *deciſ.*11.*n.*29.

Tertio inſtrumentum Emptionis lit.A. probat iſta prata à Rachſamhuſiorum tota gente in exteros, & ut loquuntur Rei, **in frembde Hände/** ſive in manus Haſiorum eſſe trãslata. Ergo dominium Eorum nec ad Reos, nec ullum alium ex Rachſamhuſiis poteſt pertinere, niſi accederet nova acquiſitio, quæ nulla proponitur, quia cõ-
244 traria ſunt alienare & retinere, ita ut uno poſito, alterũ neceſſariò removeatur *l.3.§.ult.ff.pro Soc. l.hæc verba.*124.*in princ.ff.de verb.ſignific.*

Quartò ex infra ſcriptis patebit, Actores fuiſſe & eſſe dominos pratorum controverſorum, ex juſto emptionis titulo. Ergo falſum eſt Reos eſſe eorundem dominos, quia non magis dominium, quàm poſſeſſio penes duos in ſolidum eſ-
245 ſe poteſt *l.ſi ut certè* 5.§.*ult.ff.comm.l.ſi inter.*15 *ff. de exec.rei judic.*

Quintò hæc Exceptio pugnat è diametrò cũ ſequenti ſecundo. Nam ſi Rei ſunt domini ex
246 ſucceſſione, non poſſunt fieri domini ex reluitione *l.poſſideri* 3.§.*ex plurib.*3.*ff.de acqui.poſſ.l.non ut* 159.*ff.de R.I.* Rom.*conſ.*433.*n.*7. hoc enim agi-
247 tur ab emptore ſemper, ut dominium ſibi pariat *l.pen.in fin.ff.de contrah.empt.* neque poſſunt, ſive hoc ſive aliud ullum jus in re propria prætendere, cum nemini res ſua ſerviat *l.utifrui.* 5.*in prin-*
248 *cip.ff.ſi uſusfruct.petat.l.in re commun.* 26.*ff.de ſervit.urban.prædior.*

249 Licet autem concedatur Reis pluribus & diverſis Exceptionibus uti *l.nemo* 8.*ff.de Except.c. nullus* 20.*extr de reg.jur.li.*6. adeoq; etiam con-
250 trariis gl.*in l.nemo.* tamen hoc ita intelligitur, ſi cõditionaliter & ſubordinatè proponatur Dyn. *in d.c.nullus n.*8. Peck. *ibi.n.*3. Gabr.*li.*2.*tit.de act. concl.*2.*n.*12./19. 20. Sed quia iſti Rei purè & copulativè tàm de ſe, quam majorib. ſuis affirmarunt, quòd & domini fuerint & tamen etiam jus reluitionis habuerint: **daß Beklagte vnd jhre vor Eltern ſich jhrer rechtmeſſigen Loſungs Gerechtigkeit niemaln begebẽ noch verzig darauff gethã/** iccircò tanquam contraria allegantes meritò nõ 251
eſſent audiendi *l. ubi repugnantia. ff. de reg.jur.* Alb.de Roſate *in l.nemo ex his.n.*6.*de reg.jur.*

Quomodo enim non pugnent inter ſe, quod 252
Rei ſibi jus vendicant ſimul Emptorum & venditorum? quodque videri volunt ſucceſſivè tàm **iis denen die Muſigmatten vber Menſchen Gedencken eigenthümblich zuſtendig geweſen/** võ **dahero noch jhnen den Beklagten zuſtendig ſeyn ſoll/** quàm his, **die ſich jrer rechtmeſſigen Loſungs Gerechtigkeit zu ſolcher Matten niemals begeben haben** / ſalvo nihilominus & integro utroq; iſtorũ correlativorum contra *l.cum eſſent.*33.§.*fin.ff.de ſervit.ruſt.prædior.l.quicquid.ff.comm.prædi.l.verbor.*107.*in fin.ff.de ſol.* Bald.*in l.un.n.*2.*in princ.C. ſi ſervit.ext.ſe em.mand* ut tamen admittantur contrariæ iſtæ Exceptiones, certè falſam eſſe alterutram neceſſe eſt Dyn.*in d.c.nullus n.*7.

Imò utramq; & de hac prima quidem ſatis o- 253
ſtenſum eam & falſam & irrelevantem eſſe & planè à propoſito alienam. Secunda Exceptio nec falſa minus impertinens multiplici reſponſione perimitur. Primum enim jus iſtud reluendorum pratorum, etſi competeret Reis, nihil tamen ipſis juris tribueret, neq; quoad proprietatẽ, neq; quoad poſſeſſionem, ſed tantummodo actionem perſonalẽ, cujus prætextu ſi quis poſſeſſionẽ ingrediatur, jam ante oſtenſum eſt eum eſſe prædonem *d.l.ſi ex ſtipulatu* 5. *ff. de acq.poſſ.* tantum abeſt ut licuerit Reis ſub ſpecie & colore aſſerti iſtius juris poſſeſſionem apud Actores cõſtitutam propria authoritate invadere & antiquos, juſtos & legitimos poſſeſſores inde deiicere, atq; aliter longè Welemb.*in conſ.*2.*n.*89. ubi illuſtri ſuo clienti jus reluitionis habenti viam facti dejectionemq; multis magniſq; rationibus 254
diſſuaſit, allegans non licere ſibi ipſi jus dicere in cauſa propria, nec incipiendum eſſe ab executione nec cuiquam poſſeſſionem, quantumvis injuſtam, ſine cauſæ cognitione auferendam nec à judice quidem aut Principe eſſe, quibus & ſimilibus præclarè ex jure firmatis, tãdem exclamat, Quo enim res erit abitura, ſi liceat ante cauſæ cognitionem poſſeſſores ejicere propria authoritate? Talium, inquiens, conſultorum in conſilium non veniat anima mea.

Deinde etiamſi per prætenſam reluitionẽ jus 525
aliquod in re adeoque dominium adepti eſſent, tamen hæc quoque exceptio utpote cauſam dominii & petitorium concernens, nihilominus quam prior ab hac poſſeſſionis cauſa reiicienda minimeq; attendenda foret. Neq; enim tenetur 256
ſpoliatus adverſariis de ſuo jure reſpondere, ante pleniſſimam tùm poſſeſſionem, tùm fructuũ percipiendorum peræquè ac perceptorum damnorumq; & expenſarum reſtitutionem Franc. Viv.*in comm.opin.verb.ſpol.ſua poſſ.n.*5.*&* 6. Gabr.*d.concl.*1.*n.*11. Laur.Kirckov. *comm.opin.cent.* 7.*concl.*61. Welemb.*conſ.*6.*n.*56.

Tertio negatum fuit ab Actoribus præciſè, neque à Reis probatum aſſertum iſtud jus reluitionis in his litigioſis pratis. Nam Rei cum negare 257
nõ poſſent Haſiis hęc prata an.1548. per juſtam emptionem fuiſſe acquiſita, probationem ab Actorib. poſtularunt, nõ quod emerint, ſed quod

libe-

libera & nulli reluitioni obnoxia emerint, **daß vielbemelte Musigmat** ablq; onere reluitionis **oder als ein vnbeschwert frey / ledig vnd eigen Gut erkaufft worden sey**/Item ab iisdem exigunt probationem **dz den Beklagten die Losung nit gebühre**/Sed meminisse debebant, primã hanc suã esse exceptionem & proinde abs se probandam *l. in exception. 19. in princ. ff. de prob. l. 1. ff. de except.*

258 Deinde cum de emptione constet, hanc qualitatem sive hoc onus retrovendendi ab eo probandum esse, qui in eo se fundat Mascard. *concl.* 1244. *n.* 3.

259 Tertiò instrumentũ emptionis añi 1548 lit. A. cui innituntur & quod pro se allegant, expresse ipsis probationem injungere, ꝙ jus reluendi in his pratis habeant, si modo eo uti vellẽt, his verbis: **so viel den Verkauff der Musigmatten wegen hierin beschehen/da wir denen von Rachsamhausen Losung ob sie die hetten / vnnd zu recht genung darthun möchten in diesem Kauff vorbehalten.** Frustra igitur probationem negativè ab Actoribus exigunt & frustra jus reluitionis semper in ore habent, atq; ubiq; cũ tædio inculcant, nisi id a se pertinere, liquidò demonstraverint.

260 Sed verò probatio eorum omnis consistit primo documento n. 2. copialiter tantum-modo producto in quo dictus **Hanß von Rachsamhausen von Köngstein** vendens agnato suo Egenolpho Rachsamhusio **die Benzemat**/ pepigit anno 14-5. ut liceret sibi, **seinen Erben vnnd Nachkommen** / dictam **Matte wiederkauffen**/ **wann sie 300. Gulden jhme Egenolphen seinen Erben vnd Nachkommen geben.**

261 Deinde in paulo ante recitata reservationẽ cõditionali, quæ in dicto Instrumento lit. A. anno 1548. facta repetitur. Et tertio in asserto Actorũ confessione **dz die von Rachsamhausen die Wiederlosung an der Benzermatten haben.**

262 Sed quam leves nulliq; ponderis aut momenti sint hæ probationes, facile est cuivis primo intuitu perspicere. Nam quod dictam copiam n. 2. ponamus eam & authenticam esse & Benzẽmat in ea mentionatum esse, eandem cum nostra hac **Musigmat** / attamen reluitio ibi reservatur non omnibus Rachsamhusiis ut præferunt Rei, imò ne Rachsamhusijs quidem, sed dicti Johannis Paciscentibus hæredibus & descendentib. non distinguendo an per mares an vero per fœminas descendãt. Nihil igitur prodest vel pactum illud

263 vel nomen Rachsamhusiorum Reis nisi ante omnia probant se esse dicti Johannis successores & hæredes Bart. *in l. si quis invitatus n. 1. ff. depos.* Mandel. *conf. 61. n. 1.* Fulv. Pacian. *conf. 119. nu. 20.* Gail. *obs. 149. li. 2. n. 1.* Quid enim si fortè ab Egenolpho emptore descendissent? nimirum successissent non jam in jus reluendi, sed in onus & obligationem revẽdendi *d. l. hær. 59. ff. de reg. jur.*

264 Quid si successores essent Jacobi fratris Barbaræ, de quo est Reorum documentum n. 4. certe hoc casu etiam de evictione tenerẽtur, si quis alius reluereconaretur, propterea quod d. Jac. d. Barbaræ sorori suæ in divisione fraterna dictam **Matte** pro libera attribuit, quæ deinde eadem **vendidit similiter für frey vnd ledig** juxta documentum Reorum *n. 3. l. sive possess. l. cum successor. 23. C. de evict. l. si fratres 7. C. comm. utr. jud.* & quos de evictione teneret actio, eosdem multò magis reluere volentes, repelleret exceptio *l. 1. & tot. tit. ff. de except. rei vend. & trad.*

Ad reservationem autem anni 1548. quæ extat in d. Instrumento lit. A. respondetur simpliciter, eam factam esse sub conditione, **ob sie die Losung hetten vnd zu recht darthun möchten**/ cõditio autem nihil ponit in esse *l. edere diem. 213. in princ. ff. de verb. signific. l. si quis 8. ff. si quis omiss. caus. testet.* Cacher *dec. 166. n. 5.* Et cum hactenus quidem adhuc conditio illa non extiterit, consequens est cessare ipsam quoq; reservationẽ *l. qui hær. 44. §. ult. ff. de cond. & demonstr. l. 4. ff. quand. dies leg ced.* Bursat. *cons. 151. n. 6. haberiq;* adeo pro non scripta seu non facta Johan. Petr. Surd. *decis. 202. n. 5.*

Non obstat, quod affirmant Rei cæteras res in d. Instrumento A. simul cum his pratis venditas, fuisse jam olim à suis majoribus redemptas, concludentes eandem esse pratorum causam & conditionem, id est, ut sint redimibilia.

Nam præterquam quod Actores negarunt, illas res fuisse redemptas ipsum illud instrumentum lit. A. falsitatem istius allegationis cõvincit, quo pacto enim vigore dictæ reservationis reliquæ res relui potuissent, cum ea reservatio ad illas res minimè pertinuerit, sed disertis verbis restricta fuerit ad solam **Musigmat** ibi: **so viel den Verkauff der Musigmatte wegen hierin beschehẽ.**

Quod attinet ad allegatam Actorum confessionem ipsa ejus verba ostendent non confiteri, sed diffiteri eos voluisse & fecisse quoque planè perspicuè, sic enim sonant.

Daß die von Rachsamhausen an der Benzemat vnd nit an der Musigmatten die Wiederlosung haben. Nec obstat quod Rei volunt utroq; nomine rem eandem designari, nam hoc quoq; Actores negarunt & quidquid sit de nomine, de re constat, nimirum non affirmationem, sed negationem suam Actores ad hæc prata de quibus agitur & ad **Musigmatt** retulisse deq; ea sensisse. Nõ igitur potest ista cõfessio detorqueri nõ solũ cõtra mentẽ, sed etiã cõtra expressa verba cõfitẽtium Alc. *rég. 3. præs. 1. n. 9.* Masc. *concl. 344. n. 12.* Surd. *decis. 291. n. 28. & 30.* Sed & quod de ipsa **Benzematt** largiti eo loco Actores videntur, id non de Reis dictum est, sed de Rachsamhusiis, puta quibus dicta reluitio competitura esset, an competere demonstraretur.

Ex his manifestum est, Reos Exceptionem suam circa prætensum jus reluitionis minimè probasse. Quinimò contrarium & illud ipsum cujus probationem Rei Actoribus obtrudere præterrationem præterq; jus voluerunt, videlicet, **daß solche Matten** absq; dicto onere, **als ein frey eigẽ ohnbeschwert Gut erkaufft worden**/ abundè exactis elucet non solum enim in dicto documento n. 3 vendita fuerunt hæc prata ann. 1459. **daß sie ledig vnd frey seyn / item dz emptores damit thun vnd lassen/ alles daß jhnen fügt / als mit andern jren eigenen Gütern / ohn Intrag Mennigliches** cum qua sua conditio caulaq; postea ad Hasios, utcunque singulares successores pervenerunt *l. qui in jus 137. ff. de R. I.* Dec. *ab. n. 1.* Sed etiam anni 1548. propter deficientem conditionem reservationis

vationis in ea facta purè citraque ullum retrovenditionis onus facta intelligitur *l. item quia* 1. *& ibi* gl. *& Dd ff. de pact.* Cavalc. *deciſ. Trivig.* 45. *in addit. n.* 41. *part.* 1. Franc. Viv. *dec.* 259. *n.* 3.

Quartò ad hanc ſecundam Exceptionem reſpondetur, Etiamſi Rei probaſſent, ſe à dicto Johanne de Königſtein deſcendiſſe & ex ejus perſona atq; pacto habere jus reluitionis, attamen 273 non poſſent id exercere adverſus Haſios aut Actorem, utpote qui non ſunt hæredes Egenolphi, qui non alios, quam ſe, **ſeine Erben vñ Nachkommen** obligare voluit aut potuit.

Nam quod ex iſto pacto nullum jus reale exiſtat, quod tertium poſſeſſorem aut ſingularem 274 ſucceſſorem comitetur, ſed tantummodo actio perſonalis adverſus ipſum emptorem atq; ejus hæredes, jam ſupra multis authoritatibus fuit confirmatum & tradunt ac probant nominatim etiam Alex. *conſ.* 10. *n.* 2. *li.* 1. *& ibi* Moli. *in addit.* Curt. Senior. *conſ.* 12. Jaſ. *in l. ab Emptione n.* 8. *ff. de pact.* Ant. Gomez, *comm. jur. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 29. Ang *conſ.* 55. *n.* 1. Zoañet. *tract. de empt. ſub pact. retrov.. n.* 3. *verſ. epitome & n.* 5. *& 37. & nu.* 79. *verſ. quinto reſpondetur. & n.* 86. *in princ.* Cravett. *conſ.* 12. *n.* 7. Sich. *in l.* 2. *n.* 3. *& 4. C. de pact. inter empt.* Hartm. Hartm. *li.* 2. *c.* 21. *obſ.* 5. Mynſing. *conſ.* 31. *n.* 4. Lud. Schrad. *tract. feud.* 2. *part.* 9. *ſect.* 10. *n.* 4. Hart. Piſt. *q. jur. civi. & Saxon li.* 1. *q.* 21. *n.* 7. Andr. Barb. *conſil.* 51. *n.* 14. *verſ. præterea. vol.* Celſ. Hugo *conſ.* 58. *n.* 12. *& ſeq. volu.* 3. Petr. Jo. Anchor. Regiens *q.* 13. *n.* 1. 2. *& 3. part.* 1. Lud. Moli. *de juſt. & jur. part. de contract. tract.* 2. *diſputat.* 274. *§. dubium eſt.* Petr. Ant. de Petra *tract. de fideicomm. q.* 8. *n.* 233. *& ſeq.* Franciſ. Marc. *deciſ.* 600. *n.* 5. *& ſeqq. vol.* 1. Viv. *in commu. opin. verbo vendens rem cum pacto.* Anto. Fab. *decad.* 22. *error.* 3. *verſ. cum interim nec contradictio. & err.* 4. *in pr.*

Et hoc maximè in præſenti caſu extra omne 275 dubium eſt tum quia pactum dicti Johannis cõceptum fuit verbis non directis ſive reſolutivis & quæ venditionem infectam facere poſſint, ſed his obliquis, **damit mögen wir die Matten wieder kauffen**/quę novam venditionẽ requirunt Fach. *controv. jur. li.* 2. *c.* 15. *verſ. tertia eſt ſententia.* Dec. *conſ.* 187. *n.* 4. Hier. Mag. *deciſ. Florent.* 105. *n.* 2. *& n.* 5. *in fin.* Fabia de Mont. *tract. de empt. q.* 7. *n.* 12. *&* 13. tum etiam quia nulla pacta fuit hypotheca 276 ſive realis obligatio, in quibus terminis loquuntur plerique, qui contra ſupra poſitam veriorem & communiorem opinion. putant rem ipſam hoc pacto affici poſſe Guid. Papa *q.* 579. *n.* 2. Bru. *conſ.* 67. *n.* 6. *&* 7. Crav. *conſ.* 201. *n.* 3. *in fin.* Foller. *in praxi conſ.* §. 7. *n.* 15. Cavalcan. *deciſ.* 16. *n.* 6. ibi cum obligatione bonorum *& n.* 10. *&* 11. *part.* 2. Carol. Cott. *in memorial. verb. pactum de retrovendendo. verſ. ſed ut fugias.*

Quintò reſpondetur ad eandem ſecundum 277 exceptionem. Non ſolum Haſios ſive Actores fuiſſe ſingulares ſucceſſores ſive tertios poſſeſſores horum pratorum, ſed etiam eorum auctores jam inde ab an. 1459. eadem ſingulari emptionis titulo & quidem **für frey/ledig vnd eigen** citra mentionem ullius retrovenditionis acquiſiviſſe ac poſſediſſe, ut oſtendit dictum documẽtum N. 3. Ex quo conſequitur, quod etſi pactum de retrovendendo ſecundum nonnullos, quos refert Tiraq. *de retract. convent. gl.* 7. *§.* 1. *n.* 6. *&* 7. rei inhæret & ſequeretur etiam ſecũdos emptores alioſque poſſeſſores (quæ tamen ſententia & juri legibus repugnat & communi Dd. calculo eſt exploſa) attamen exiſtorummet, qui ſic cen- 278 ſent ſententia periiſſet jus iſtud & actio realis, nedum per tanti temporis intervallum quod lõgè excedit ſpatium centum annorum, ſed per 10. aut 20. annorum præſcriptionem Tiraq. *d. §.* 1. *gl.* 2. *n.* 3. Petr. Foller. *in prax. conſ. §.* 7. *n.* 14. Weſemb. *conſ.* 2. *n.* 8 *. in fin. juriscons. Saxon. in dec. p.* 1. *de contract. q.* 1. *n.* 16. *&* 17.

Et maximè accedente ſecundi emptoris bona fide Boer. *dec.* 182. *n.* 44. quæ utiq; tum præſu- 279 mitur per ſe in dubio ſemper Maſc. *concl.* 224. *n.* 1. cum multo magis & titulo id. ib. *n.* 12. *& concl.* 228. *n.* 1. & omnium maximè ex lapſu longiſſimi temporis id. Maſc. *concl.* 225. *n.* 1. Weſemb. *conſ.* 14. *n.* 18 Non obſtat quod Camera Imperialis il- 280 lam partem amplexa ſit & obſervet, quæ ſtatuit jure reluendi nullo tempore præſcribi Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 4. *& cent.* 1. *obſ.* 16. Weſemb. *conſ.* 12. *n.* 23. Gail. *li.* 2. *obſ.* 18. *n.* 4. Quoniam hoc intelligi- 281 tur de obligatione ſive actione perſonali, quâ tenetur primus emptor & ejus hæredes idque propter malam fidem, qua & alii moventur potiſſimum, qui illam opinionem tenet Zoannet. *d. tract. de empt ſub pact. de retrovend. nu.* 20. *verſ. Secundo adducitur. & n.* 35. Jo. Ceph. *conſ.* 700. *n.* 75. *li.* 5. Fabian. de Mont. *tract. de Empt. q.* 7. *n.* 5 *in fin.* Fach. *controv. jur. lib.* 2. *c.* 13. *verſ. prob. hæc ſent.* Hier. de Cæval. *opin. comm. contra comm. q.* 207. *n.* 24. Weſemb. *conſ.* 2. *n.* 50. Gail. *d. obſer.* 19. *n.* 7. *& ſeqq.* Nõ autem de actione in rem ſive utili vindicatione & adverſus tertium bonæ fidei & titulatum poſſeſſorem. Nam quia Camera hanc actionem non agnoſcit, ſed contrariam ſententiã 282 ſequitur, nimirum quod non competat realis actio, ut teſtatur Mynſing. *cent.* 6. *obſ.* 69. ideo non poteſt eam habere pro inſcriptibili aut æterna *l. ejus quod* 41. *verſ. quoniam tunc ff. ſi cert. petat. cũ ſimilib.* ſive igitur cum Camera ſentiemus, nullam ex tali pacto actionem realem dabimus cõtra ſingulares ſucceſſores ſive contraria ſententia arriſerit dabimus locum actioni, ſed & præſcriptioni locum faciemus 10. vel 20. annorum.

Sextò ad dictam Exceptionem ſecundam reſpondetur. Poſito, quod Reis competat reluitio & quidem contra actores nulla obſtante præ- 283 ſcriptione, adhuc tamen dicto ſuo jure uti non poſſent, quamdiu non à ſua parte omnia, quæ ad reemptionem requiruntur adimpleſſent. Quoniam fruſtrà adimpletionem contractus ab adverſario exigit, qui jure non per omnia eidem 284 prius ſatisfecerit *l. edules* 25. *in fin. ff. de edil. edict.* Bart. *in l. ſi ſolutionis. n.* 3. *ff. de ſol.* Jaſ. *conſ.* 41. *n.* 1. *li.* 3. Rol. à Valle *conſ.* 69. *n.* 1. *& ſeqq. lib.* 4. *& conſ.* 53. *n.* 27. *cum ſeqq. li.* 1. Requiritur autem ſicut à parte venditoris traditio rei, ſic à parte emptoris ſo- 285 lutio precij. *§. precium autem verſ. tunc omninò Inſtitut. de Empt. Vend.* Ergo prius, ut pretium Rei ſolvant, quam vel traditionem exigant vel rem ullo modo ſibi uſurpent, neceſſe eſt, *l. ſi pater.* 8. *in fin. C. de act. empt.*

Atqui

286 Atqui certum est Reos Actoribus nec solvisse pretium nec alia ratione sicuti oportet satisfeciſſe. Nec obstat allegata & in totis passim actis jactata depositio pecuniæ & denunciatio anno 1578, 12. Augusti Argentinæ facta. Nam etsi ve-
287 rum est oblationem legitimam cum consignatione & depositione vim habere solutionis, eandemq; liberationem adferre *l. obsignatione 9. C.*
288 *de solut.* tamen in proposito casu istarum rerum nulla ritè interveniſſe reperitur, sed est omnis illa observatio dicis tantum causa adhibita prorsusq; lusoria & inanis propter subsequentes de-
289 fectus. Primum enim etsi Triumviri monetales testentur apud se depositas fuisse anno 1578. Augusti quingentas libras vel 1000. **Gulten vnd sey verkünd Herrn Hanß Diebolt Marquarden/ als Schaffnern Schaffnern Hanß Virich Haasen.**

Tamen neque in oblatione neque in depositione expressum uspiam reperitur, quid quantumve pretii nomine oblatum depositumve intelligi debeat, aut quantam pecuniam senserint, tum deponentes numerari dicto Marquardo de universa summa posse vel debere, quę tam gene-
290 ralis & incerta oblatio nullius est momenti Rol. à Valle *cons. 53. n. 41. li. 1.*

Deinde neq; numeratio pretii neq; consigna-
291 tio ulla interceſſit ut requiritur *l. acceptam 19. C. de usur. l. 1. in fin. & l. debitor 7. ff. eod. l. tutor pro pupillo 28. in fin. ff. de admin. tut. l. creditor. 20. C. de pignor. l. creditrici 7. C. d. tit. de usur.* Tertio etsi Rei in Exceptionibus anno 607. post Mich. product. quid pretii nomine intellexerint, designarunt, nimirum trecentos florenos argenteos: attamen pactum illud anni 1425. ex quo unico suum ius prætendunt, disertis verbis florenos totidem aureos expressit **vmb 300. Reinische Gülden Guter vnd gerechter an Gold vnd an Gewicht genger vnd geber** / quæ verba tot inspecie aureos requirunt & non valorem. Est autem juris certi Doctorumque communibus suffragiis & multis
292 in Camera præjudiciis comprobati, quod ubi de auro nominatim convenit, ibi aurum sit præstandum Cavalcan. *decis. 3. num. 14. & 15. part. 4.* Gabr. *li. 3. tit. de sol. concl. 2. n. 2. & 10. cum seqq. & n. 28.* Crav. *cons. 47. n. 6.* An. Robert. *rer. jud. li. 1. c. 16. in fin.* Borchol. *in c. un. quæ sint reg. n. 16.* sicut & lege Imperii publica cavetur **in deß H. Reichs**
293 **Münz** edict, de an. 1559. §. **die jetzgemelte**/ ut scilicet pacta sint rata, **wie es hiebevor auff Gelt gethedinget vnd verschrieben vnnd deromassen pacisciert vnd angedinget worden**; Ac alias quoq; quale
294 pretium fuit in vendendo tale restitui debet in revendendo Zoannet. *d. tract. de empt. sub pact. retroven. n. 112. & mult. seq.* Tiraq. *de retract. conv. §. 1. gl. 3. n. 1. & 2.* Ar. Pinel. *in repet. l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. c. 3. n. 26.* Jos. Lud. *decis. 79. n. 17.*

295 Atq; hic rursus habemus Reos confitentes in Exceptionibus contra Reassumptionem §. **ob nun wol vber ꝛc. wo sie von W. Egenolphen von Rachsamhausens Erben die Musigmatt retrahiren vnd wiederkauffen wollen / daß sie die 300. Gulten schwer an Gewicht vnd an Gold hetten müssen erlegen / dieweiln solches der rechte Kauffschilling ist gewesen.**

296 Sicuti ergò aliud pro alio inutiliter solvitur invitò, ita frustra quoq; offertur atq; deponitur *l. debitorem aliàs Paul. an. 99. ff. de sol. ubi* Castr. Ar. Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. part. 2. c. 3. n. 16.* Jos. Lud. *decis. 79. n. 17.* nisi species debita non amplius extet Borcholt. *d. c. unic. quæ sint regal. n. 65.* Mynſ. 4. *obs. 1. n. 6.* Gail. *obs. 73. n. 5.*

Quartò etiamsi posset æstimatio & non præcisè solvi, tamen tota æstimatio valorq; & integra precii summa offerenda & deponenda fuisset, quia nihil emptor agit, qui non totum preci- 297
um offert *l. Iulianus 5. §. offerri 7. ff. de act. empt. l. in executione 85. §. pen. ff. de verb. obligat. & l. cum fundus 56. in princ. ff. de cond. & demonstr.* Men. *d. arb. jud. q. ca. 5. 232 n. 7.* adeò ut tota oblatio sit inefficax, quamdiu de pretio desit unus denarius 298
Bald. *l. ult. nu. 2. C. comm.* Sich. *in d. l. acceptam. n. 4. C. de usur.* Cæs. de Ursil. *ad Afflict. decis. 205. n. 10.* Jas. *cons. 41. n. 1. in fin. li. 3.* Alex. *cons. 105. n. 19. vers. accedat quod lib. 3.* Rol. *cons. 69. n. 8. lib. 4.* Surd. *d. cons. 101. n. 7.*

Inane est, quod obiiciunt Rei jam dicto loco, **sie seyn jetzunder nit 300. Gulden Reinische/ sondern nur 300. schlechter Gulden zuerlegē schuldig/** idq; hoc colore, **dieweiln sich actores nit beruffen/ auff den** in an. 1425. **sondern auff den** annn. 1548. **auffgerichteten Kauffbrieff / in welchen nur 300. schlechter Gulden begriffen**: Nam non hic agitur de probanda intentione Actoris, quam fundavimus supra, sed de fūdamēto & probatione Exceptionis Reorū, quę cōsistit in pacto opposito venditioni an. 1425. & nō an. 1548. quoniā in hac facta est tantū reservatio sub conditione si eare luendi facultas jam ante competierit & competiisse probaretur.

Posito jam Reos eam probasse, certè tale jus 299
habebunt quale habuerunt ante dictam reservationem & ante annum 1548. quia reservatio nihil novi juris tribuit, sed vetus tantummodo conservat. *l. Papinianus 72. §. 1. ff. de contrah. empt.* Oldrad. *cons. 214. n. 3.* Mazol. *cons. 4. n. 47.* Reusn. *cons. 12. n. 29. li. 1.* Surd. *decis. 8. n. 25.*

Et quia ante illum annum illamq; reservationem nihil uspiam occurrit, unde Rei suum jus petant, præter illud pactum Johannis de **Königstein** anni 1425. per quod pretij quantitas definita & ad aurum in specie restricta est, certè eo pacto Reos uti oportebit cum omni sua & qualitate *l. Pomponius 13. § cum quis. 1. ff. de acq. possess.*

Nemo enim plus commodi hæredi suo relin- 300
quit, quam ipse habet *l. 125. ff. de R. I.* Jos. Lud. 15. *n. 25. in fin. & n. 13.* ubi dicit qualitatem, quæ instrumento venditionis adhæsit nō posse mutuari aut alienari in persona hæredis & Cavalc. *decis.* 301
Fivizz. 21. n. 25. part. 1. quod agens ex instrumento debet agere secundum qualitatem instrumenti, cum suis modis & temporibus. Quod si Henricus Hasius ex post facto prata minoris fortassis emit vel ex mera liberalitate donata aliunde accepit, hæc res inter alios acta est, quæ Reis nec 302
prodesse nec obesse potest *tot. titul. C. res inter. al. act.* Hartm. Hartm. *li. 2. tit. 21. obs. 6. in pr.* Et Reos par est prætensionem suam ex suo proprio jure metiri, non ex eo, quod adversarius vel tenet *l. 1. §. 1. ff. si pars. hær. pet.* vel sua industria ex alia causa quæsivit *l. si hæres. 5. in pr. ff. ad l. Falcid.*

Neque

Neq; verò credibile etiam eſt, ſi dictus Henricus Haſius eadem hæc prata mille fortaſſis aureis aut pluris emiſſet, Reos propterea maius pretium pro reluitione, quam initio inter Johānem & Egenolphum conveniſſet oblaturos fuiſſe: cujus ergo Rei incomodum recuſaſſent ejus
304 neq; comodum eos ſentire par eſt *l. ſecundū naturam ff. de reg. jur.* §. *qui ſentit. de reg. jur. li. 6.*

Quintò qualiſcunq; illa depoſitio nequidem durare aut conſiſtere potuit, quin Rei pecuniam eam fermè omnē partim an. 1581. partim poſtea ad ſe receperint, relictis tantummodo in depoſito apud Triūviros 100. libris ſive 200. fl. Atqui
305 depoſitum non videtur, quod non durat depoſitum, *l. ſi pro parte* 10 §. *verſum autem* 3. *ff. de in rē verſ. gl. in d. l. acceptā verb. eas receper. in fin.* Stich. *ibid. in fin.* & qui pecuniam conſignatam recipit,
306 beneficium quod per oblationem & depoſitionem aſſequebatur amittit. Salic. *in l.* 1. *C qui pot. in pign.* Boër. *deciſ.* 23. *n.* 33.

Neq; cauſam Reorum relevare aut ſubſidio eſſe poteſt, quod lōgo intervallo, nimirū an. 1607. 20. Junij depoſuerunt in locum oblatæ pecuniæ 62. li. 10. ß. quaſi pro reſiduo precii & uſuris, ut quidem ipſi aſſerūt (nam atteſtatio Triumvirorum dictæ ſumæ meminit, ſed cauſam finemve in quem dicta ſuma ipſis numerata ſit, nō exprimit) Etenim præterquam quod hæc nova depoſitio iiſdem illis nobis omnibus laborēt, quos in priore depoſitione notavimus, hoc quoq; pecu-
307 liariter habet vitii, quod nulli oblata nec facultas accipiendi cuiquam vel nunciata vel permiſſa eſt. Et quomodo nihil non in tota hac oblati-
308 onis depoſitioniſq; fabula ludicrum & luſoriū occurrit, ita hoc quoq; nimis ridiculum ludibrium eſſe videtur, quod uſuras ejus partis quā ad ſe receperant, depoſuerunt, reliquæ autem partis quæ in depoſito manſerat nullas uſuras adjecerūt: quaſi vero depoſito nō integro pro parte tantum corrueret & pro parte valere ac operari effectum ſuum poſſet, cum tamen ſupra probatum extet, totam depoſitionem inutilem eſſe, quamdiu unicus deſit nummus.

Supradictis non obſtat, quod nonnulli exiſti-
309 mant, in pacto de retrovendendo nō requiri depoſitionem, ſed ſufficere ſimplicem oblationem pretii Hipp. de Marſ. *ſing.* 479. *n.* 2. *poſt* Jac. Andr. *in addit. ad ſpecul. in rubr. tit. de empt. vend. in pr.*

310 Primum quia in contrarium eſt textus expreſſus *in l. ſi ita* 7. *in fin. C. de pact. inter. empt. & vend. ubi &* gl. *in verb. contra fraudem* & Cyn. *n.* 4. *& ibi* Bart. dicens, quod ad actionem conſequendam nō ſufficit ſola oblatio, ſed requiritur depoſitio & conſignatio idem tradit Petr. Jac. *in gener. lib.*
311 *act. in rem pro re Emphyt.* quod in pacto reemptionis ſi emptor nō vult accipere precium, ſit neceſſaria conſignatio & depoſitio ſeq. Rol. *d. conſ.* 53. *n.* 35. Ferrar. *in form. libel. in cauſ. vend. verb. ſupraſcriptum n.* 3. *Vrſil. ad* Afflict. *deciſ.* 205. *n.* 8. *& ſeq.* Quibus accedit & Cuja. *in d. tit. C. de pact. in-*
312 *ter empt. colu.* 2. Sola, inquiens, oblatio non ſufficit, debet enim obſignare, quo jure ait, etiā utimur, cum quid retrahitur vel pactionis hujus ju-
313 re vel προλήψεως ſolam oblationem non ſufficere oſtendit *l.* 7. *hoc tit. hæc ille.* Deinde, quia etiā qui ſunt in contraria opinione tamen adhunc tantum modò effectum putant ſufficere nudam oblationem, ut offerens petere poſſit. Sic enim loquitur in terminis Jo. Andr. *d. loc.* quem refert tantum & ſequitur Marſil. ubi ſupra.

Sed ut ex tali oblatione contingat liberatio, 314
aut ut non tantum ad revendendum agi, ſed etiam res pro inempta aut jam revendita haberi, adeoq; fructus percipere & lucrari emptor poſſit (quod alioqui juris eſt poſt perfectam venditionē *d. l. Iul.* § *ſi fructib.* 8. *ff. de act. empt. l. fructus* 13. *C. eod.* quaq; in re conſiſtit potiſſimū effectus poſſeſſionis *d. l. Iulian.* 13. §. poſſeſſionem 18.) ad hunc, inquā effectum, nemo eſt qui dubitet præ- 315
ter oblationem etiam requiriri conſignationem & depoſitionem. Sic fermè diſtinguit Caſtr. *in d. l. ſi à te n.* 1. *&* 2. *&* Boër. *dec.* 124. *n.* 25. *dicitq;* Bald. *in d. l. acceptam n.* 15. quod ſola oblatio non ſuffi-
316 cit ad reſolvendum contractum, quia non ſuffi-cit ad liberandum & appoſitiſſimè Tiraqu. *d. retract. conv.* §. 4. *gl.* 6. *n.* 4. diſſidentes opiniones in concordiā reducens docet, ad lucrādos fructus opus eſſe cōſignatione, & oblationem ſolā non impedire curſum uſurarum, quæ fructuum loco ſunt, niſi fiat & conſignatio, quod notandum in hac cauſa, in qua Rei ab an. 1578. fructus pratorū perceperunt, precio interim nec conſignato, neque uti conveniebat, oblato aut depoſito.

Suma dictorum eſt, Exceptionem hanc de præ- 317
tenſo jure reluendi ordine ſecūdam, ſed tractatione præcipuam ac tantū non ſolam in qua Rei arcem ſuæ defenſionis præſidiumq; conſtituerunt neq; admitti aut attendi ulla ratione in hac ſpolii actione debere, neq; ſi admittatur veram aut probatam eſſe, neq; ſi probaretur relevaturam, quia nihil minus ſequitur, quā mihi competit ad hanc rem reluitio, ergo poſſum propria authoritate ſpretoq; omni juris ordine dominū & poſſeſſorem deturbare de poſſeſſione meq; ipſum in eādem ingerere oblato qualicunque & qualitercunq; pretio, ut & per ſe patet & ſupra multis rationibus & legibus & authoritatibus fuit confirmatum.

De tertia & ultima Exceptione nihil attinet multis admonere, eandem eſſe ejus, quam præcedentium rationem.

Patet enim id per ſe poſtquam ſupra in fundanda Actoris intentione prolixè probatū fuit Reos ante an. 1578. controverſa prata nunquam civiliter aut naturaliter poſſediſſe, ſed eo demū anno ſub ſpecie oblatæ ſeu denunciatæ reluitio- 318
nis poſſeſſionem Actoribus de facto & privata authoritate eripuiſſe.

Sed & aliunde irrelevans eſt hęc exceptio, quia certi juris eſt, etiam ſi Rei civilem animo poſſeſ- 319
ſionem retinere potuiſſent, non propterea jus fuiſſe illis eum qui in poſſeſſionem naturalē veniſſet ſpoliare, quin in eos recuperādæ remedio jure agi poſſet, docente Meno. *recup. remed.* 9. *n.* 817. *& remed.* 15. *n.* 58. & maximè hoc caſu, quo naturalis iſte poſſeſſor juſtiſſimo titulo interetur, tanquam legitimo ſuæ poſſeſſionis primordio & fonte. Quibus omnibus inter ſe collatis conſideratiſque intrepidè tandem & verè concludere licet, non eſſe per oppoſitas Reorum

Excepti-

Exceptiones actionem ulla ex parte labefactatam aut elisam.

IV. QVID PRONVNCIANDVM.

320 ACtione probata neq; per Exceptionem ullam elisa, proximum est ut sententia pro Actore feratur *c. cum super 8. extr. de conces. præb. Dec. in l. non videtur 13. n. 5. ff. de reg. jur.* utq; da-
321 mnentur Rei secundum petitionem libelli *l. ult. C. de fideicomm. libert.* & ex institutæ actionis natura, nimirum ad restituendam redintegrãdamque ante omnia Actori possessionem cõtroversorum duodecim jugerum pratorum ut supra probavimus multis locis habita quoq; ratione
322 fructuum à tempore commissi spolii sive ab An. 1578 *l. 1. §. annuus 24. ff. devi & vi arm. l. generaliter 78. & ibi* Decian. *n. 3. & seqq. ff. de Reg. Iur.* nec
323 tantum perceptorum, sed etiam eorum, qui percipi potuerunt *l. certum 22. C. de re vendic. c. gravis 11. extr de restit. spol.* Franc. Viv. *com. opin. verb. spol. sua possess. n. 5.* Cavalc. *dec. 44. n. 108. part. 1.* Gail. *d.*
324 *obs. 75. n. 7.* omnium damnorũ *d. c. gravis 11. extr. de restit. spol. ubin* Mol. *in addit.* Crav. *cons. 140. n. 1.* Wesemb. *d. cons. 6. n. 101. & seqq.* Gail. *d. obs. 75. n. 7.* Viv. *ubi supra n. 6.* Ferr. *in form. libel. spol. poss. verb. ad reintegrandum n. 1.* Atq; Expensarum *d.*
325 *Dd. locis alleg. per l. properand. 11. §. sive autem alterutra C. de judic. c. ult. in fin. & ibi gl. extr. de majorib. & ob.*

Nec refert, quod in libello tantum perceptorum fructuum expressa facta reperitur mentio,
326 quia etiam percipiendi veniunt officio judicis adjudicandi §. *si hared. vers. illorum. Instit. de offic. judic.* quod judicis officium saltẽ generaliter im-
327 ploratum fuit in libelli fine. Et potest judex spoliatorẽ condemnare in fructus atq; accessiones, etiamsi spoliatus id omninò non petierit Innoc. *in d. c. gravis in pr.* Ferr. *in form. action. real. verb simul cum fructib. n. 1.* Men. *recup. remed. 15. n. 413.* quod & Camera servat generaliter Mynsi. *cent. 4. obs. 55. n. 3.* & ipsius verbi restitutionis vis requirit *l. cum prator 81. ff. de verb. signif.*

DE PETITORIO.

DUbium non est, quin Actorum intentio fuerit principaliter super spolio agere, & ante omnia restitutionem possessionis plenissimam, remedio *c. redintegr. recuper.* quæ & adjudicanda jure meritoq; erit, ex his, quæ hac de re fuerunt hucusque prolixè & perspicuè pertractata. Sed quia ijdem Actores initio instituẽ litis in omnes casus sibi prospicere etiam ex abundanti voluis-
328 se videntur, non absurdè dicetur, secundum allegata & probata cumulasse eos in eventum petitorium cum possessorio & utrumq; subjecisse judicis cognitioni, quod tam ex proceſlu, quam ipsius libelli conclusione & concludendi medio facile est animadvertere.

329 Etenim articulo libelli sui 20. affirmarunt, **daß jhnen die gedachte Matte/als ein vngezweiffelt Eigenthumb** à veris dominis ac hæredibus **verkaufft worden** & art. 6. **daß jhnen das Eigenthumb frey vnd ledig/als daß den Verkauffern in der erblichẽ Abtheylung** an. 1501. **für Eigenthumb zugetheilt/ eingeraumbt worden/** quod nihil aliud est, quàm se dominos factos esse pratorum per justam emptionem.

Deinde subjecerunt art. 16. **daß Rei solche Mat.** 330 **re noch heutige Stunde besitzen/nutzen vnd nieſen.** Quæ sunt duo extrema sive requisita rei vendicationis, videlicet Rei dominium ex parte Acto- 331
rum & possessio à parte Reorum *l. officium 9. in pr. l. in rem actio 23. in pr. ff. de rei vend.* Ex quibus rectè & jam dictæ actioni convenienter intulerunt eam rem sive ea prata restitui sibi debere u- 332
na cum fructibus petentes Reos ad hunc modũ condemnari *per l. Julian. 17. §. 1. & l. 20. ff. d. t. de rei vendic. l. certum 22. C. eod.* Nec dissimularunt 333
tamen & ante & post libellum, ista sic jure proprietatis acquisita prata se in feudum recognoscere ab Illustrissimo Electore Palatino & eo respectu tanquam Vasallos utili actione experiri potius quam directa, quam & competere ipsis initio hujus consultationis demonstratum est.

Nec obstat quod petierunt simul seponi quæstionem de jure reluitionis à Reis prętenso, quia 334
hęc quęstio non minus aliena est à petitorio, quã ipso possessorio, utpote quæ nec dominium nec possessionem ullum ve jus in re contingat, sed ad actionem tantummodo personalem pertineat, prout hoc quoque in superioribus abundè fuit probatum.

Ad hæc procedendo deinde Actores super ipso prætẽso reluitionis jure destitisse de illa protestatione & favori suo renunciasse possunt existimari *l. 1. ff. de serv. export.* Meno. *rec. remed. 1. n.* 194. Cæterum constat cumulari posse duo hæc remedia Rei vindicationis & possessorii recu- 335
perandæ & conjungi in uno eodemque libello posse *ex l. cum fundum 18. §. ult. ff. de vi & vi arm. c. cum Ecclesia 2 & c. cũ dilectis 6. extr. de caus. poss. & propr.* Spec. *de pet. & poss. §. 1. n. 30.* Ferr. *in form. libel. in caus. spol. verb. pleno n. 1.* Alex. *cons. 117. n. 3. li 2.* Oldendorp. *class. 2. act. 10. n. 11.* Wes. *cons. 21. n. 22.* Anton. de Matth. *de caus. poss. n. 72.* Schrad. *tract. feud p. 9. c. 7. n. 145.*

Quam vis autem eo casu, quo super utroq; ac- 336
tum proceſlumq; est possit judex de utroq; cõmixtim cognoscere Cuj. *in c. 1. & 2 extr. de caus. poss. & propr. in fin.* Burs. *cons. 140. n. 33.* & utrumq; 337
una sententia terminare *c. cũ dilectis de caus. poss. & propr. & c. 1. de rest. spol.* Afflict. *dec. 193.* Anr. de Matth. *in tract spol. ant. om. resti fall. 57.* Hart. Pist. *q. 45. 12.* tum maximè cum pro Actore utrobiq; 338
liquet, videlicet quia utrũq; actor probavit Panor. *in c. pastor. 5. n. 32. in pr. extr. de caus. pos. & propr.* quem etiam refert & sequitur Ant. de Matth. *d. tract. n. 72.* Crav. *cons. 341. n. 7. & 8.* Meno. *retinend. remed. 3. n. 809.* tamen Actorum nostrorum mens videtur fuisse potius, ut purè de spolio, de dominio verò non nisi in eventum cognoscatur ac pronuncietur, quemadmodum & per se juris 339
est, ut quæstione super possessione simul & proprietate orta, possessionis quæstio prius finiatur *l. certi 3. C. de interdict. l. ordinarij 13. C. de rei vindi.* Spec. *d. §. 1. n. 22.* Gothof. *in summa tit. de rest. spol. n. 11.* Et ut supra dictum, ea semper actio proposita videri debet, quæ agentis rationibus videtur 340
accommodatissima, maximè ob imploratum in libelli fine judicis officium Jas. *in §. omnium Inst. de A-*

*de Action n.*145. Weſembec.*conſ.*6.*n.*91. Guid. Pap.*conſ.*49.*n.*7.

AN PROBATVM.

341 DE Reorũ poſſeſſione altero hujus actionis requiſito inter partes conſtat. Alterius autẽ requiſiti, puta dominij Actorum probatio, etſi alioqui difficilis admodum ſit Maſc. *conclu.* 535. hic tamen ſatis expedita videtur ex ſubjectis argumentis.

Primum enim dum Rei ab Actoribus petierunt, ut pro oblato precio ſibi hæc prata revenderent eo ipſo agnoverunt eos pro Dominis &
342 hoc quoq; jam ſupra probatum extat: Nam licet Rei etiam alienæ venditio hactenus ſubſiſtat, ut & ea actio perſonalis hinc inde naſcatur *l.* 1. *C.de*
343 *reb. alien. non alien.* tamẽ in omni venditione hęc eſt mens & intentio Emptoris, ut dominium à Venditore in ſe tranſeat *l. pen. in fin. ff. de contrah.*
344 *empt.* Cuj. *in par. C. eod.* etſi alia foret contrahentiũ intentio, non poſſet videri res vendita Weſ. *in par. ff. dict. tit. n.* 12. *in fin.* Hier. Mag *dec. Flore. n.* 13. & 14. Quod igitur dominium Rei ab Actoribus acquirere voluerunt, id neceſſe eſt apud actores extitiſſe.

345 Et quidem recuperationis ex hoc pacto (retrovendendi) effectus eſt, teſte Ant. Fabro *deciſ.* 22. *er.* 1. ut ejus aliquando fuerit, à quo venditor recuperat, qui nec alioqui ab eo recuperare poſſet & *err.* 10. ubi Non enim, inquit, efficere unquam poſſis, ut ab emptore tranſeat in venditorem dominium, quod nunquam Emptoris fuiſſe intelligatur, & jam ante probavimus, eum, qui ad revendendum obligatus eſt, interea dominiũ pleno jure manere. Deinde Rei reluitionem adverſos Haſios actoreſq; prætendendo ex pacto olim an. 1425. inter Joh. & Egenolphum Rachſamhuſios interpoſito, præſupponũt neceſſario, ſe quidem à dicto Johanne ſtipulante Haſios au-
346 tem à dicto Egenolpho promittente cauſam habere & in eorum jus ſucceſſiſſe *l. invitus* 156. §. *cũ* 152. *l. qui in jus* 177 *ff. de R. I. l.* 1. *C. ut act. ab hær. & cond. har.* alioqui nec in illos actio, nec in hos obligatio tranſire potuiſſet §. *ex his itaq; Inſtitut. per quas perſonas nob. acq.* Peck. *in reg. is qui in jus* 46. *n.* 4. *d. reg. jur. li.* 6. Et Rei fatentur, **daß die Haaſiſche von deſſelben Egenolphen Erben ſolche Marken bekommen** loco ſupra citato.

Jam ſi Actores ſucceſſerunt in jus dicti Egenolphi, certè ſunt pratorum Domini. ſiquidem Egenolphum illum dominum fuiſſe Rei etiam prædicant & jactant *d. l. qui in jus* 177. *ff. de R. I.*

Tertiò venditor dominus facit dominũ Em-
347 ptorem *l. ex empto* 11. *in pr. ff. de act. empt.* At Haſij emerunt hęc prata à Dominis, ſunt igitur Domini. Major propoſitio juris eſt manifeſti. Minor probatur, quia emerunt à liberis Giſelæ Rachsã-
348 huſiæ an. 1548. ut patet ex Inſtrumento lit. A. ibi: **daß Philips von Helmſtatt / ſo dann Friederich / Hanß Erhard vnd** Tiburtius **Bechtolff Gebrũdere von Fleißheim** an. 1548. 9. Januar. **Henrichen Haaſen etliche Zinßgülten vnd Güter** (in iiſq; etjam **die Muſigmatt** / utpote cujus etiam reluitio ſub gemina conditione paulò poſt reſervatur) **verkaufft haben / wie ſie ſolche von Frawen Geyſel. von Rachſamhauſen ihrer Mutter vnd Altmutter ererbt / vnd als ihr Eigenthum ingehabt vñ genoſſen für** 1784. **Gulden** quos ſe accepiſſe profitentur, promittẽtes, dz **die Eigenthum frey ledig / als jnen die auch im Jar** 1501. **in jrer Eltern Erbthey-lũg für Eigenthum eingetheilet vñ angeerbet** / cum renunciationibus ſolennibus & ſub ſigillis dictorum venditorum.

Neq; Rei dictam venditionẽ totumq; Inſtrumenti tenorẽ approbare & confirmare certius potuiſſent, quàm fundando ſe in reſervatione ibi inſerta, quia licet conditionalis ſit & nihil reis 349
ſuffragatur, niſi cõditionẽ adimpleverint, tamẽ probat nihilominus venditionẽ neceſſariò præceſſiſſe Bald. *conſ.* 39. *in fin. li.* 3. ubi dicit: ꝙ teſtes probantes pactũ de retrovendendo, probãt pro inſtrumẽto venditionis quia ſi venditio nõ præceſſiſſet, non haberet locũ revenditio ſeq. Hart. Hart. *li.* 2. *tit.* 22. *obſ.* 4. *verſ. unde probato cõtractu.*

Quod verò venditores ſupradicti fuerint pra- 350
torum domini neq; negant Rei, & probatur primũ ex contentis ejuſdem inſtrumenti A. quod & teſtatur eos acquiſiviſſe ea à matre ſeu avia Giſela Rachſamhuſia jure hæreditario & **eigenthümlich** per diviſionem anni 1501. 351

Deinde ex conceſſione Reorum affirmantiũ, **daß die Muſigmatt durch die võ Rachſamhauſen erkaufft vnd jnen erblich vertheilt vnd jnen als eigenthümblich zugeſtanden habe** / quę verba de dicta Giſela Rachſamhuſia ejuſq; liberis vel maximè intelligenda eſſe, patet ex eo quod ea verba Rei per idem illud inſtrumentum probarunt in replicis an. 94. poſt Michaëlis productis dicẽtes, **daß mit gegen Anwaldts ſelbſt producirtẽ Kauffbrieff erwieſen welcher Geſtalt die Muſigmatt durch die von Rachſamhauſen erkaufft / ererbt / vertheilt vnd beſeſſen worden.** At qui in dicto inſtrumento emptionis, nullius alterius Rachſamhuſii, quàm Giſelę nec alius ſucceſſionis, diviſionis vel poſſeſſionis, quàm liberorum ejus ſupra nominatorum mentio facta eſt. De his igitur capienda verba Reorũ, ꝙ fuerint pratorũ domini.

Tertiò quia ſi dicti venditores non fuiſſent do- 352
mini jure hæreditario, tamẽ domini facti eſſent per uſucapionem ex quo ab An. 1501. uſq; ad diẽ venditionis an. 1548. prata quietè bonaq; fide & juſto titulo pro hærede poſſederunt etiãſi acceſſione ſuorum auctorum non uterentur, quia ea tamen eodẽ dominii proprietatiſq; jure inde ab an. 1459. pro liberis obtinuerant, ut probatũ eſt Reorum documento n. 3. §. *diutina Inſt. de uſuc.*

Quartò pro dominio Actorum argumentum 353
ſuppeditat, ꝙ ſe Rei fundant in reſervatione dicti Inſtrumenti lit. A. nam hoc caſu per ejuſmodi inſtrumentum probatur dominium Cav. *dec. Firiz.* 23. *part.* 2. Et propterea dicit Guil. Benedi. *in c. Raynut. ſect.* & uxorem nomine Adelaſiam &c. *n.* 458. *de teſta.* quod quando tàm Actores, quàm Rei dominium prętendunt ab iiſdẽ auctoribus, facilis eſt dominii probatio, quia inquit, ex intentione omnium conſtat de jure auctoris.

Ex quibus omnib. colligitur & conficitur etiãſi in hoc petitorio fundatã eſſe Actoris intẽtionẽ.

AN ELISVM.

De Exceptionibus Reorum pauca vel nihil dicendum

cendum restat, quia sunt eædem, quas in possessorio quoq; examinavimus & refutavimus.

Et de prima quidem Exceptione sive cotinuato
354 in Reo sà suis majoribus dominio, ostensum est eà apertè falsam esse. Primũ, quia veteres Rachsamhusii (quos Rei vocant suos majores) prata quæ alienarunt non potuerunt ad suos successores transmittere *d.l.nemo plus* 120. *ff. de R.I. & reg. nemo.* 79. *eod. tit. in* 6. Deinde quia Rei non probarunt se eorum esse hæredes, qui aliquãdo hæc prata tenuerunt, neq; enim huic rei probandę idoneum præbet Argumẽtum solũ Rachsamhu-
355 siorum nomen, præsertim in tàm ampla & in varios ramos secta familia Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gl.* 16. *n.* 1. & 4. & 6. Wes. *cons.* 13. *n.* 44. & 45. Castrens. *cons.* 213. Peck. *in reg. is qui* 46. *n.* 4. *in fin. de reg. jur. in* 6.

356 Tertiò, quia prætendendo jus reluendi, satis produnt & declarant non sua esse prata, sed potius eorum, unde ea emere satagunt *l. neq; pignus* 45. *ff. de reg. jur.* Wesemb. *cons.* 2. *n.* 92. *vers. imo ostendimus.*

357 Quartò, quia paulò ante probatum est dominium istorum pratorũ pervenisse à Rachsamhusiis ad Hasios & Actorem non ergo ad Reos *l. Pompo.* 40. §. *sed & is.* 2. *in fin. ff. de proc. l. si inter me & te* 15. *ff. de exec. rei jud. l. si ut certo* 5. §. *ult ff. cõm.* Men. *recup. remed. l. n.* 222. *circa med.*

358 Quintò postquàm Rei pertinaciter insistunt depositioni pecuniæ & denunciationi, ostensum est, ne per hãc quidem potuisse eos effici dominos, nisi prius antecessisset nõ solum traditio ex parte Actorum *l. tradition.* 20 *C. de pact. l. servum* 27. *C. de rei vind. juxta* gl. *in verb. vindica. l. si ager* 50. *ff. eod.* Verum etiam precii solutio vel alia satisfactio ex parte Reorũ §. *vendit. Inst. ne rer. div.*

Nam quamdiu horũ alterũ supereſt adimplendum, tàm diu manet dominiũ penes vẽditorem §. *utiq; tamẽ Inst. de empt. & vend.* Abbas *cons.* 69. *part.* 1. Surd. *cons.* 101. *n.* 12. *vol.* 1. Alex. *cons.* 121. *n.* 1. & 2. *vol.* 4.

359 Non sunt igitur nec fuerũt Rei domini cõtroversorum pratorum. Quod alteram Exceptionẽ, huic quoq; satisfactum abunde est in præcedentibus & copiosè demonstratum.

Primum Reos non posse uti & jure & pacto Johannis de Königstein / quia non probarunt se esse ejus hæredes aut successores.

360 Deinde etsi eo possent uti non tamen adversus Hasios aut eorum autores utpote successores singulares, sed tãtum cõtra hæredes Egenolphi.

361 Tertiò etiamsi actionem realem contra possessores habuissent, tamẽ eam pridem fuisse per præscriptionem & usucapionem sublatam.

Quartò, quod etsi jus reluitionis adhuc ha-
362 berent, obstet tamen defectus implementi non solum circa traditionem, sed & circa solutionem pretii, non attenta prætensa oblatione & depositione cujus quinq; insignia vitia & nullitates annotavimus in superiori refutatione, quibus hoc loco additur sextum, nimirum quod nullas usuras cum qualicunq; illa sorte deposuerint. Nam quia in eventuali hoc petitorio prę supponuntur non spoliasse an. 78. sed antea possedisse, debuerunt utiq; cum prætensa sorte etiam usuras deponere totius illius tẽporis quo ipsi post acquisitum Hasiis dominium numeratumq; sed nunquam eis restitutum pretiũ fructus ex re aliena perceperunt & sic ab ann. 1548. sicuti hoc quoq; luculenter probatum suo loco fuit.

Supereſt tertia Exceptio, quę adeò Reis nihil in 363
hoc petitorio judicio patrocinatur, ut eã ipsam ob causam Actori tanquam domino condẽnari debeant, quia possident, quomodocunque tandem possideant *d. l. officium* 9 *in pr. ff. de R.V.*

QUID PRONUNCIANDVM.

QUod dictum prius probata actione, nec elisa condemnandi sunt Rei ad restituendum 364
Actori sua prata, tanquam utili dominio cũ fructib. à die perceptionis sive suæ possessionis ante & post an. 1578. usq; ad eum diem, quo futura est restitutio Oldendorp. *class. 3. artic. 2. c. 6. §. 1. & 2.* quia non possunt non fuisse malæ fidei, qui relu- 365
itionem semper, ut ipsi præferunt sibi reservãdo & jactando sciverũt rem esse alienam Franc. Balb. *in repet. l. Celsus. part. 3. n. 21. & 22. ff. de usur.* seq; nihilominus eam simulq; per ea pretiũ contra jus fasque detinere & propterea meritò etiam 366
fructus cum omni causa sunt condemnandi *l. si navis* 60. *ff. de rei vindic. l. cum fundum* 17. *C. eod. l. mala fide* 3. *C. de cond. ex l.* §. *si quis à non domino. vers. ei vero. Inst. de rer. divis.* §. *et si rem. Insti. de off. judic.* eãdemq; ob causam damnandi & in ex- 367
pensas *jurib. vulg.* & ut supra.

DE RELVITIONIS PRETIO APPENDIX.

CUm tàm liquidum & notorium sit jus Actoris, tàm quoad dominium quàm comissum 368
circa possessionem spolium: hoc magis spoliatoribus injungẽda restitutio erit cum omni causa.

Nec tamen abs re fecerit judex si Reis actionẽ suam, quàm se habere arbitrantur circa reluitio- 369
nem in sententia reservaverit. Nam hoc & Actores ipsi petierunt in libello. Istud duntaxat breviter hoc loco visum est tangere. Si rei vel seorsim personali fortassis actione instituta vel etiã in hoc judicio præter omnẽ spem absolvẽdi cuipiam viderentur, attamẽ cum à sua parte sese ad pretium teneri confiteãtur, nec alia ex causa aut aliter quàm per solutis vice mutua nummis, iisque actoribus permissis absolvi postulent cumque depositio dictæ pecuniæ oblatioq; illegitima insufficiens, vitiosa & ipso jure nulla fuerit 370
necessariũ fore, ut ipsis simul injungatur numeratio realis pretii sed integri hoc est trecẽtorum florenorum aureorum in auro cum usuris à tẽpore, quo fructus ad Hasios utpote emptores & dominos pertinere cæperunt. Maximè ob defe- 371
ctum cõsignationis sine qua oblatio etiamsi legitima esset, nec à sorte, nec ab usuris liberat emptorem, qui refruitur Cuja. *in d. l. Iulian.* §. 19. *sub fin. & in l.* 73. *in fin. ff. de verb. obl.* Pertinere autem fructus ad Hasios cęperunt inde ab an. 1548. quo prata emerunt & pretium pro iis solverunt *d. l. Iulian.* §. *si fratrib.* 8. *ff. de act. empt. l. fruct.* 13. *C. eod.* idq; præcisè usq; ad perfectam retrovenditionẽ Jos. Lud. *dec.* 79. *n.* 5. Hart. Hartm. *li.* 2. §. 21. *obs.* 4. *vers. & tunc empt.* Neq; enim fas fuit Reos inter- 372

ea &

ea & re aliena & ſuis nummis, quos pro illa re deberi fatentur, ſimul frui *Fachin. controv. jur. li. 2. c. 14. verſ. probatur ſecundo* Totius ergò illius temporis uſuras pendere ſunt compellendi, per
373 ea, quæ latius ſupra deduximus, idque ſine ulla præſcriptione ob malam fidem & ſcientiam rei alienæ *c. ult. extr. de præſcript.* Weſ. *conſ.* 14. *n.* 23.
374 Mynſ. *cent.* 4. *obſer.* 6. & notitiam precii vice mutua abſe debiti nec tamen unquam ante ann. 78. vel verbo ſaltem oblato, ſed anno demum illo 78. dicis duntaxat cauſa & per ludibrium planeque nulliter & ſine effectu depoſiti.

Unde tandem neceſſitate conſecutionis effi-
375 citur, evadere reos nulla ratione poſſe, quin damnentur vel ad rem cum fructibus vel ad precium cum uſuris reſtituendum. Niſi ſi cui fortaſſis æquum videatur, Haſios, qui juſtiſſimum emptionis titulum exhibuerunt, utroq; carere Reos qui nec titulo, nec bona fide nec ullo juris aut æquitatis colore niterentur, utroque frui & gaudere.

376 Porrò uſuratum iſtarum facilis & expedita via eſt, & noviſſima Imperii, Conſtitutione ann. 1600. ſo viel nun ꝛc. promulgata qua placuit, loco ejus quod intereſt, annuos quinos florenos adjudicari in ſingulos centum citra liquidationis neceſſitatem debere, quod nec à juri communi abhorret Rota Genuenſ. *deciſ.* 194. *num.* 3. Höd. *conſ.* 30. *n.* 22. *vol.* 1. Cagn. *in l. quatenus n.* 23. 24. *& 25. ff. de reg. Iur.* Alex. *conſ.* 77. *n.* 13. *& conſil.* 172. *n.* 20. *l.* 6. Mauſuer. *in addit ad Ferr. in li. act. real. verb. nec intereſt &* Franc. Curt. *ibid.* Men. *de arbitr. judic. q. c.* 119. *n.* 6.

Ad hoc conſilium à Dn. D. Denaiſio conſcriptum & ad acta exhibitum fuit Rotvveila in Cęſareo Tribunali ſententia ſubſequens lata die Martis poſt Lætare 24. Martii An. 1609.

In Sachen der Entſetzung zwiſchen Weyland den Veſten Blaſien von Fegersheim auch Hermann Ritter von Vhrendorff als Weyland deß auch Veſten Hanß Vlrichs Haaſen von Lauffen hinterlaſſener Kinder geweſenen Vormundern jetzo dem Hochgelehrten Petro Denaiſio Kayſerl. Cammergerichts Aſſeſſorn an ſtatt ſeiner Haußfrawen Julianæ Mariæ Klägern an einem / vnnd den Veſten Hanß Caſparn von Rachſamhauſen & Conſorten allen in actis benant Beklagten am andern Theyl / iſt allem fürbringen nach vnnd beſchehenen Einreden ohnverhindert gegen jetzigen klagenden reaſſumenten zu Recht erkant / daß den gemelten Beklagten von Rachſamhauſen der Kläger deß Beſitzes der zwölff Jauchartmatten die Muſigmatten genant in actis fürkomen beſchehener vnd geklagter maſſen de facto zuentſetzen vnd zu ſpoliiren nicht geziemet noch gebühret / ſondern daran zu viel vnnd Vnrecht gethan haben / vnd derhalben ſie die Beklagte von jetzberürter Matten abzutreten vnd den Klägern die wieder zu reſtituiren vnd einzuſetzen / auch dieſelbige jhnen ſambt auffgehabener Nutzung von Zeit an berürter Entſetzung vnd darzu die Koſten vnd Schaden an dieſem Kayſerlichen Hoffgericht auffgelauffen / auff rechtliche Meſſigung biß ad ſecundum einzureumen / zuſtellen / zuentrichten vnd zubezahlen ſchuldig / doch den Beklagten / ob ſie wollen vnnd deſſen befugt zu ſeyn / vermeinen möchten / jhre zu dieſer Matten angegebene Gerechtigkeit in petitorio gehörter Orten gegen gemelten klagenden reaſſumenten außzuführen ohnbenommen / ſondern vorbehalten ſeyn ſoll.

FINIS.

CONSILIUM QUADRAGESIMUM.

IN MATERIA EMPTIONIS ANNUORUM REDITUUM MUTUI, INTERESSE ET USURARUM.

EPITOME.

I. NUm valeat pactum Retroventionis, quo datur Emptori facultas sortem repetendi?

II. An reditus annui super obligatione duntaxat personali absque bonorum hypotheca constitui possint?

III. Verba SUPER, DE & EX FUNDO, vel, reditibus illius fundi, an inducant pignoris obligationem vel hypothecam?

IV. De Hypothecaria actione.

V. De pacto ingrediendi & apprehendendi bona hypothecata propria authoritate; Et an illud hypothecam inducat?

VI. Creditores immissi ex causa iudicati an aliis antiquiorem conventionalem vel iudicialem hypothecam habentibus sint præferendi?

VII. An Ecclesiæ, Scholæ, Xenodochia & alia pia loca privilegio Fisci gaudeant, illorumque debita, instar Tributorum & Collectarum, in concursu aliis Creditoribus anteriori hypothecâ munitis præferantur?

SUMMARIA.

1 ANnui reditus *veterum usurarum sunt succedanei; & num.* 24.

2 Contractus *hic non ex mutuo, sed emptionis venditionis natura æstimandus regulandusq; : Huius requisita num.* 3. 4. *&* 5.

6 Facultas repetendi sortem *seu precium exsolutum venditori, non emptori redituum, competit.*

7 *Num valeat* pactum Retroventionis, *quo datur Emptori potestas sortem repetendi? Neg. hoc & num.* 8. *Secus se res habet in retroventione rerum immobilium num.* 9. *& quando pactum ad casum moræ in præstandis annuis reditibus est restrictum nu.* 10. *Quin imò & extra casum pacti, sortis repetitio permittitur num.* 11.

12 Emptio redituum *ad rationem viginti pro uno floreno valet: & numer.* 13. *Hunc modum quicquid excedit, pro non adiecto habetur, & reductio fit ad quincuncs numer.* 14.

15 *In* mutuo *usuraria pravitas attenditur.*

16 Reditus *non est accessio sortis, sed sors ipsa.*

17 Usura *quando committatur?*

18 Temporis antiquitas *contractui maiorem fidem conciliat.*

19 Constitutiones Pontificum *Martini V. Calixti* II. *& Pii V. super emptione annui reditus.*

20 Requisita Canonistarum *hoc in casu proposita, non in omnibus locis, & præsertim in Germania, observantur; prout nec in Hispania numer.* 21. *Belgio & Gallia numer.* 22.

23 Reditus annuus *an super obligatione duntaxat personali absque bonorum hypotheca constitui possit? & n.* 56. *Vide quoq; nu.* 168. *& seqq.*

25 Contractus *unus alterius indolem sæpè sapit.*

26 Venditionis redituum contractus, *à mutuo longè diversus; & n.* 27. 28. 29. 30.

31 Status controversiæ; *& num.* 32. 33.

34 Obligatio redituum annuorum *ex certo fundo quotannis præstandorum an rem vel fundum afficiat, reiq; adeò possessorem comitetur?*

35 Hypotheca *an tacitè contrahatur, si quis assignaverit certam annuam pensionem super reditu alicuius fundi, & an talis fundus intelligatur tacitè obligatus pro pensione?*

36 *Qui* prior *est tempore, potior est iure.*

37 Creditor *posterior si rem alii prius hypothecatam possideat, vel ex immissione possessionem nactus fuerit, per id primo creditori nullatenus præiudicat.*

38 *In* pignore vel hypotheca *constituenda ipsius conventionis, non traditionis tempus spectandum est.*

39 Hypotheca *solo consensu constituitur, nec requiritur traditio seu cessio, prout regulariter in acquisitione iuris realis.*

40 *Verba* ſuper fundo, *vel*, reditibus illius fundi, *quando inducant pignoris obligationem, vel hypothecam? Reſpondetur ad hoc dubium numer.* 139.140.141. 142. 143. 144.

41 Text. in l. 2. ff. de aliment. & cibar. legat. *declaratur*: *Vide tamen num.* 152.153.154. 155.

42 Legatum fructuum annuorum *quomodò accipiendum? Vide tamen num.* 156.

43 Penſio *quando eſt perpetua, ſi deſignatio certa reiſiat pro illius ſolutione, talis res cenſetur pro penſione obligata, adeò, ut poſſit agi contra tertium poſſeſſorem: Refellitur & declaratur num.* 157.158.159. *& ſeqq.*

44 *Per* Hypothecæ obligationem *ius in re conſtituitur.*

45 Hypothecaria actio *realis eſt, & ad eum finem tendit, quò bona oneri hypothecæ illigata creditori tradantur poſſidenda.*

46 Reditus annuus *ſuper re immobili conſtitui debet*: *& numer.* 48. *Vide tamen numer.* 167.

47 Reditus *ſive iura & actiones, quæ adiſtos reditus annuatim exigendos competunt, inter immobilia computantur.*

49 Actio perſonalis *vel* officium iudicis, *ubicunque res affecta eſt, datur contra ſingularem ſucceſſorem.*

50 Hypotheca *dicitur ius in re, & afficit quoscunque bonorum hypothecatorum poſſeſſores; tribuitq; ius apprehendendi ac retinendi poſſeſſionem num.* 51.

52 Fiſci *privilegium ex generali obſervantia habent Eccleſiæ, Scholæ, Xenodochia & alia pia loca; illorumq; debita, inſtar Tributorum & Collectarum, in concurſu aliis Creditoribus expreſſam anteriorem hypothecam habentibus præferuntur, num.* 53. *reditusq; annui exemplo ſortis integri adiudicantur nu.* 54. *Diluitur hoc dubium numer.* 176.177. 178.179. *&* 180. *n.* 182.183.

55 Dictiones DE & EX proventibus, *cenſibus & tributis, non important hypothecam, niſi in alimentis.*

58 Annuæ præſtationes *quando non ex certis fundis, ſed ex reditibus generalibus percipiuntur, comitantur perſonam creditoris.*

59 *Per* cenſus impoſitionem *conſtituitur ius quoddam diſtinctum & ſeparatum ab ipſa re & à dominio; & n.* 60.

61 Obligatio perſonalis *actionem duntaxat perſonalem producit, & num.* 67.

62 Actio *perſonalis non ſequitur poſſeſſorem, ſed contrahentem.*

63 Cenſu *vendito SVPER, DE vel EX certo prædio venditoris tantum perſona obligatur; cum fundus ita deſignatus magis ſecuritatis gratia adiectus cenſeatur, non quod ipſe principaliter cenſui ſubſtratus ſit, num.* 64.

65 Vendentis annuas penſiones *obligatio perſonalis eſt; & num.* 66. *& n.* 68.

69 Hypotheca *non inducitur, niſi in caſibus in iure expreſſis; & n.* 70.71.72.

73 Verba, **wol wichtige Rheiniſche Gülden/** *in auro obligationem inducunt.*

74 Contractus *is cenſetur celebratus, quem oſtendit forma verborum, & à partibus nominatur*: *Ampliatur num.* 76.

75 Oratio *eſt index animi.*

77 Contractus *debet cenſeri venditio, quando ita appellatur.*

78 Forma *contractus emptionis venditionis in quibus conſiſtat?*

79 Particula **vor** *quid denotet.*

80 Precii *ubi fit mentio, emptio-venditio præſumitur.*

81 Æſtimatio *præſumi facit contractum emptionis & venditionis; & num.* 82.

83 Verbum **Zinß** / *quid importet? & num.* 85. 86. *& num.* 91. *& num.* 94.95.

84 Uſuras *dare non ſolet venditor.*

87 Pactum, *ut in mutuo aliquid reddatur ultra ſortem, non valet.*

88 Intereſſe *ſi in mutuo petatur, ut* **Zinß** / *Reus in Camera Imp. abſolvitur*: *Præiudicia hanc in rem num.* 89.90.

92 Nomina *ex communi & vulgari uſu ſunt exaudienda; & num.* 93.

96 Verba *precedentia ſunt declaranda per ſequentia.*

97 Redituum *nomine omnes proventus continentur.*

98 Annuus reditus *ſive cenſus locum mercis tenet.*

99 Actiones & iura *vendi poſſunt.*

100 Pactum *ingrediendi vel occupandi bona de iure validum eſt*: *Limitatur & declaratur, num.* 101.102. *Vide etiam n.* 119.120.

103 Pactum ingreſſus *an hypothecam inducat? & num.* 104.105. *& n.* 107.108.109. *Præiudicia Cameralia n.* 110. *&* 111.

106 Antecedenti *conceſſo, conceditur etiam conſequens.*

112 Perſonæ & res ſubditorum *quando pro debito univerſitatis valide poſſint obligari.*

113 Sigillum *habet vim ſubſcriptionis.*

114 Sigillatis litteris *de Conſuetudine Germaniæ abſque aliis adminiculis creditur.*

115 Scripturæ privatæ *ſine ſolennitatibus probant.*

116 Noſtra *facimus, quibus noſtram authoritatem impertimur.*

117 Confirmationis *Electoralis quis effectus?*

118 Creditores *immiſſi chirographarii & perſonaliter privilegiatis præferendi.*

121 Immiſſus *ex cauſa iudicati ei, qui de priori iudiciali hypotheca docere non poteſt, præfertur.*

122 Jura *vigilantibus, non oſcitantibus, ſcripta ſunt.*

123 Immiſſus *ex ſententia & re iudicata omnibus aliis creditoribus, ſive antiquiorem conventionalem, ſive poſteriorem iudicialem hypothecam habentibus præferri debet.*

134 Mandata *ſine clauſula decerni poſſunt, quando pars ſua ſponte ſe via executiva ſubiecit.*

Ex

135 Ex mutuo *interesse à die moræ ad rationem quincuncem stipulari permittitur.*

136 *In* mutuo *vel* emptione redituum *si modus excedat quincunces, reductio fit ad legitimum usurarum modum: Præiudicia Camerala num.* 137.

138 Statuto vel consuetudine *induci potest, ut tam in annuorum reddituum, quam mutui contractu sex vel septem pro centum loco interesse pendantur.*

145 Text. *l. Codicillis. §. instituto, ff. de legat. 2. Vero & genuino sensu declaratur, & num.* 146.

147 Verba *ubi clara sunt, nullus coniecturis locus relinquitur,* & nil *aliud inquiri debet, quàm quod scriptum est num.* 148.

149 Verba *quando perspicua sunt, res nullius est dubitationis, & calumniosa est quacunque alia interpretatio.*

150 Doctori *nihil alleganti nulla fides habenda, quantumvis magnæ sit authoritatis.*

151 Doctoris *opinio non dicitur, quando in specie articulum non disputat, sed aliquid perfunctoriè ad comprobationem suæ sententiæ allegat.*

160 Hypothecam *homini fingere non licet, ubi lex non fingit.*

161 Præsumens *sine lege, temerè præsumit.*

162 Actus *ultra intentionem contrahentium operari non debent.*

163 Hypothecaria actio *non nascitur ex contractu, sed ex iure, quod quis habet in re & possessione rei.*

164 *Si ex* censu *vel contractu emptionis annuorum reddituum in re ipsa ius quoddam causatum sit, an illud etiam tertium possessorem sequatur? & n.* 165. *Præiudicium Camerale num.* 166.

169 Fundo *perempto, qui ad maiorem emptoris securitatem accessoriè in obligationem & contractum venit, persona adhuc ad solutionem reditus obligatur.*

170 Emptio redituum *non solum super certis fundis, sed etiam in certis, quinimò solâ obligatione personali sustineri potest.*

171 Annui reditus *sunt perpetui & hypothecati, aut non hypothecati: Hi habentur pro mobilibus, illi pro immobilibus. Diluitur dubium Feliciani de Solis num.* 172.

173 Jura & actiones *ad exigendum reditus seu aliud quoddam ius, neque mobilium neque immobilium loco continentur, sed tertiam & separatam constituunt speciem.*

174 Actiones *dicuntur esse de eo loco, de quo est persona creditoris, cuius ossibus sunt affixa propter effectum exactionis; & numer.* 175.

181 Doctori *de Consuetudine præter & contra ius commune inducta attestanti haud facilè fides habenda.*

284 Pauperibus *non est miserendum in iudicio, ne fiat diviti iniustitia; neque eis ita favendum, ut aliis fiat iniustitia numer.* 185. *&* 186.

287 Justitia *ita unicuique tribuenda est, ut non distrahatur ab ullius personæ iustiore petitione.*

190 Judici *exploratum est, precibus calamitosorum non oportere illachrymari.*

191 Ecclesia *quibus casibus gaudeat privilegio & iure tacitæ hypothecæ, vel non?*

192 Legata ad pias causas *indebitè soluta per condictionem repeti possunt; ea verò, quæ duntaxat utilitatem publicam respiciunt, haudquaquam: Præiudicium Camerale num.* 193.

194 Creditores *contra eum, qui debitori non successit, nec in rem, nec in personam agere possunt.*

SVFFRAGANTE JEHOVA.

QUamvis emptiones annuorum reddituũ in pecunia consistentes valdè suspectæ, odiosa & non absimiles mutuo semper habitæ, fuerint ac affinitatem maximam cum usuris habeant, adeò, ut reditus veterum usurarum succedaneos existiment Carolus Molinæus *de contract. usurar. quæst.* 10. *& quæst.* 75. Elbert Leoninus *cons.* 85. *num.* 4. Amicus noster Cœtus Georg. Frantzius JC. oculatissimus Cancellar. Saxon. in Aula Gotana *lib.* 1. *var. resolut.* 1. *num.* 67. *& seqq.* 1

Attamen hoc nostro casu contractum Anno 1514. die S. Johannis inter Senatum Stendalien- 2
sem & Antistites sive Provisores Ecclesiæ B. Mariæ Virginis ibidem initum (quorum plures in simili forma celebrati perhibentur) non ex mutui, sed ex emptionis & venditionis natura æstimandum regulandumq; esse arbitror, eò, quod omnia substantialia legitimè constituendi reditus emptitii Requisita hîc concurrant.

Primò enim constituens ad solutionem 10, 3
florenorum ex Civitatis obventionibus, censibus & tributis (Zinsen vnd Schätten) annuatim exsolvendorum sese obligasse.

Secundò iustum 200. floren. precium eiusq; 4
numerationem (quam pro forma huius contractus requirit Francisc. Milanens. *decis.* 2. *nu.* 22. *lib.* 2. nec huic renunciari posse, censet Surd. *cons.* 318. *n.* 8. *& seq.*) interveniisse, ex instrumento obligationis liquidò adparet, cui tamdiu standum, donec contrarium probetur.

Tertiò Facultas redimendi reditus constitu- 5
tos Senatui, tanquam venditori, reservata est; Quod ipsum quoque ad iustitiam huius contractus pertinet. Soli enim Venditori, non Emptori Redituum competit potestas & arbitrium 6
repetendi sortem seu precium exsolutum. In tantum, ut pactum emptionis redituum ex parte emptoris appositum pro non adiecto habeatur Recess. Imper. de Anno 1554. & de Anno 1577. tit. Von Wucherlichen Contracten. §. Vnd nach dem die Wiederkauffs Gülden vers. vnangesehen wie dieselbe Güld-Verschreibung gestellet/ &c. Felician. de Solis *tract. de censib. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 15. Francisc. Milanens. *d. decis.* 2. *num.* 10, *lib.* 2. Vincent de Franchis *decis.* 254. *n.* 9. 7

Anton. Faber *in Cod. deciſ. forens. lib.* 4. *tit.* 30. *definit.* 22. *num.* 2. *Benedict.* Carpzov. *lib.* 4. *Reſponſ. Electoral. tit.* 6. *reſp.* 48. *num.* 8. Imò contractum illicitum & uſurarium reddat, totamque emptionis naturam invertat d. §. vnd nach dem verſic. vnangeſehen / wie dieſelbe Güldt Verſchreibung geſtellet/ ꝛc. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 7. *num.* 14. Covarruv. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 8. *num.* 7. *& cap.* 9. *num.* 4. Hartman. Piſtor. *obſerv.* 63. *nu.* 1.

9 Licet hoc pactum inretrovenditione fundi vel alterius rei immobilis latè defendat Andreas Rauchbar *lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 7. *& ſeqq. per tot.* Cui adſtipulatur noviſſimè Benedictus Carpzo. *lib.* 5. *Reſp. Electoral. titul.* 5. *ſpons.* 27. *num.* 10. *& ſeqq. & deciſ. illuſtr. Saxon.* 9. *num.* 2.

10 Et in caſu moræ, quando ſcilicet venditor in præſtandis annuis reditibus moram contrahit, ut tum ſaltem Emptori poteſtas redimendi ſortem competat. Deputation Abſcheidt de Anno 1600. §. Ferners iſt biß anhero. Qui Receſſus pactum, ut ceſſante in penſionum ſolutione venditore, liceat emptori ſortem cum reditibus repetere, ratum habet, eoque nomine, ſi adſint Clauſulæ Executivæ, Mandata in Camera Imp. decerni iubet.

11 Quin imò etſi de hoc inter contrahentes nihil conventum, à Venditore autem mora contracta fuerit, nihilominus extra caſum etiam pacti, ſortis repetitionem emptoris arbitrio permitti, aſſerit Anton. Faber. *in Cod. deciſ. forenſium lib.* 4. *tit.* 30. *definit.* 22. *num.* 6. quem ſequitur Carpzovius *d. deciſ.* 9. *numer.* 10. *& ſeqq.*

12 Quarto denique analogia ſeu adæquatio annuarum penſionum cum ſorte hunc contractum ſuſtinet. Ex quo enim quinque floreni ſingulis annis in centum promiſſi ſunt, atque ita viginti annorum ſpacio annua penſio precium ipſum æquat, habetur pro legitima conventione Gail. *d. obſervat. num.* 15. Cravetta *conſ.* 594. *num.* 23. Menoch. *conſ.* 236. *numer.* 20. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 49. *num.* 54. Borcholt. *de uſur. cap.* 4. *num.* 33. Cardinal. Mantica *tractat. de tacit. & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 22. *num.* 9. *fol.* 254. Joan. Grivell. *deciſ. Dolan.* 83, *num.* 8. Anton. Faber. *in cod. deciſ. forens. lib.* 4. *tit.* 24. *definit.* 2. *num.* 5. Franciſc. Merlin. *deciſ. Venet.* 33. *num.* 21. Benedict. Carpzov. *in Iurisprud. p.* 2. *Conſtit.* 30. *definit.* 1. *numer.* 12.

13 Atque ita redituum annuorum emptio ex Novellis, Imperii Conſtitutionibus moderanda eſt, ut reditus annui uſuras quincunces non excedant, ſive ut non plus uno floreno pro viginti florenis numeretur. Nam ſi, quod emitur, uſuras quincunces excedat id ipſum pro non

14 adiecto habebitur, nec ulla eo nomine actio dabitur, ſed & reductio ad penſionem iuſtam ſive quinque pro centum fiet Gail. *obſ.* 5. *num.* 11. *& d. obſ.* 7. *num.* 15. *& obſerv.* 9. *num.* 1. *lib.* 2. Petr. Denais. *in iure Camer. tit.* 98. *nu.* 4. *&* 5. Frideric. Pruckman. *conſ.* 40. *num.* 4. *vol.* 1. Matth. Coler. *conſ.* 8. *num.* 59.

Ex quibus omnibus & ſingulis clareſcit, prædictum contractum in vim emptionis annuorum redituum ſubſiſtere, nec materiam aut effectum improbi fœnoris continere, omnique uſuræ ſuſpicione & vitio carere. Nam etſi in

15 contractu mutui uſuraria pravitas attendatur Ruin. *conſ.* 193. *n.* 4. *lib.* 1. Ferdinand. Vaſq. *lib.* 3. *controvers. uſufrequent. cap.* 60. *n.* 80. Vincent. de Franchis *deciſ.* 254. *n.* 12. Franciſc. Milanens. *deciſ.* 20. *n.* 369. *lib.* 1. Tamen cum annui reditus ſint

16 ipſa merx & per ſe principaliter & non acceſſoriè ad capitale debeantur Molinæ. *de uſur. quæſt.* 70. *n.* 446. Gail. *d. obſ.* 7. *n.* 3. Jacob. Anton. Marta *in Digeſtis noviſſ. deciſ.* 48. *nu.* 5. *& deciſ.* 51. *n.* 6. Caſpar Roderic. *tract. de annu. reditib. lib.* 3. *qu.* 7. *num.* 28. in iis non poteſt uſura dari: Ea enim

17 adeſt, quando aliquid ultra ſortem percipitur, & ſic uſura permittit ſortis obligationem; hîc verò nulla adeſt obligatio ad ſortem, quia illa perpetuò alienatur, & tranſit in recipientem, ſi ille nolit redimere: Et ſic non poteſt verè dici, quod aliquid præſtetur vel recipiatur ultra ſortem, ſed benè quod aliud loco ſortis alienatæ percipitur, videlicet ius annui reditus Molinæ. *d. tract. de uſur. num.* 19. Tiber. Decian. *conſ.* 2. *num.* 188. *vol.* 2. Vincent. de Franchis *deciſ.* 254. *num.* 9.

Accedit, quod & antiquitas temporis ſæpè 18 dicto contractui maiorem fidem & authoritatem conciliat, cum ante annos 133. celebratus ſit, quo tempore etſi nihil de pragmaticis Imperii ſanctionibus, quibus annui reditus eorumque conſtitutio certo modo comprobati ſunt conſtiterit, tamen conſtitutiones Pontificum Martini V. Calixti III. & Pii V. (cuius po-

19 ſterioris meminit Gail. *d. obſ.* 7. *n.* 12.) ſatis notæ & in uſu fuere Tiraquell. *de retr. lign.* §. 1. *gl.* 6. *n.* 15. Alciat. *reſp.* 3. *num.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. Cardinal Mantica *d. tract. de tacit. & ambig. convent. tom.* 1. *lib.* 8. *tit.* 22. *n.* 3. *&* 5. *fol.* 524. Et licet hæ Conſtitutiones plura etiam requirant in huiuſmodi annuis reditibus conſtituendis, quibus non obſervatis contractus cenſeatur uſurarius: Tamen

20 iſtæ Pontificum reſtrictiones, cautelæ & Cautiones in Germania noſtra non admodum urgentur, ut conſuetudo, quæ non cum Imperii conſtitutionibus pugnat, hac in re valeat plurimum atteſtante Petro Heigio *lib.* 2. *quæſt. iur. quæſt.* 34. *num.* 19. Frideric. Martin. *tract. de reditib. annuis cap.* 4. *à num.* 70. *ad num. uſq.* 78. prout nec in

21 Hiſpania uſu receptum, obſervari omnia Pontificiæ huius ordinationis requiſita aſſerit Caſpar. Roderic. *d. tract. de ann. redit. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 28. *&* 29. Caldas *de cenſibus dub.* 6. *in fin.* Ferdinand. de Solis *tract. de cenſib. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 19. *& c.* 9. *n.* 4. *&* 5. Palac. *lib.* 4. *de contract. c.* 6. Leonard. Leſſius Jeſuita *de iuſt. & iur. lib* 2. *c.* 22. *dub.* 13. *n.* 99. ubi de Belgia, Gallia & Germania

22 loquitur.

Nec eſt, quod vel ideo hunc contractum magis ad Mutuum, quàm Emptionem accedere dicamus, quod in eo neque dominium translatum, neque hypotheca conſtituta videatur: Nam & reditus annuus ſuper obligatione tantum perſonali abſque bonorum hypotheca conſtitui poteſt, de quo paullo poſt agemus planius & plenius.

23

Nec

24 Nec officit, quod reditus annuos cum usuris symbolizare & affinitatem quandam habere, suprà diximus: Nam & hoc turbare neminem debet; cum sæpè accidat, ut unus con-
25 tractus alterius indolem sapiat, imaginem repræsentet, ubi tamen ad id, quod principaliter agitur respicere solemus *l. qui negocia. ff. mandat. l. 1. §. site rogavero. 8. ff. de posit.* Insuperque multæ aliæ inter mutuum & annuum reditum sint differentiæ.

Nam in mutuo, præterquam quod (1.) pecu-
26 nia fiat accipientis, & (2.) quod fiat gratis ulterius deprehendimus, quod datur ius utendi aliquo tempore, & quod (4.) accipiens obligetur cum effectu ad idem genus, sive ad tantundem,
27 in eodem genere restituendum, idque adeò præcisè, ut nullo interitu liberetur *l. 2. in princip. ff. si cert. petat.* Licet ergò primum & secundum soli Mutuo non sit proprium, sed conveniat etiam emptioni, aliisque contractibus, tamen in Tertio & Quartò constituitur propria
28 & specifica differentia Mutui, & propter Quartum distinguitur essentialiter à Censu & Emptione reditus annui. In censu enim recipiens seu Venditor nullo modo obligatur ad reddendum precium, quod accepit, neque in corpore neque in genere, sed ipsa pecunia, precium sive sors alienatur in perpetuum, absque ulla prorsus ipse repetendi, quod emptionis proprium est.

Cuius oppositum diametraliter reperitur in
29 mutuo, in quo tametsi accipiens efficiatur Dominus pecuniæ, non tamen liberè neque pecunia omninò abalienatur à mutuante, quia mutuatio non est alienatio, sed administratio *l. rogasti. §. si servus fugitivus. ff. si cert. petat.* Quoniam vertitur in Creditum & recipiens obligatur ad restituendum idem genus, non in abstracto, quod nihil est, sed veram & realem substantiam, genere & qualitate, non individuali corpore eandem & certam, *l. 2. §. mutui datio. ff. eod.*

30 Ergo substantialis differentia inter censum & mutuum procedit ex ea radice quod census vera emptio est, & in eo sors & pecunia ab alienatur dante, fitque accipientis absque ulla prorsus spe repetendi, quia venditor census cogi compellique non potest, ut precium restituat aliquando, in eoque maximè consistit iustitia huius contractus. At in mutuo accipiens tenetur restituere pecuniam, non eandem numero, quam accepit, sed aliam pecuniam eiusdem generis tantum, & eiusdem qualitatis, ad idque compelli potest Eleganter Felician. de Solis *d. lib. 1. de censib. cap. 4. num. 14.* Caspar. Roderic. *d tract. de annuis reditib. quæst. 4. n. 5. 6. 7. & n. 10. & nu. 20. & per tot.*

Et hæc de natura & substantialibus contractus Emptionis annuorum redituum Requisi-
31 tis dixisse sufficerit. Porrò Dnn. Consulentes proponunt non solum prænemoratos Antistites Ecclesiæ B. M. Virginis, sed & alios plures administratores religiosarum domuum, Hospitalium & piorum locorum eiusmodi Instrumenta & quidem in eadem forma confecta habere, quibus subnixi in supradictis Civitatis proventibus **Zinßen vnd Schoße**) ius tale antiquius, prius & potius se habere acriter contendant.

Contra verò Henricus Christophorus Schultze eiusque frater Christianus ex hæreditate avita & contractu Retrovenditionis Anno 1522. quingentos florenos Rhenanos in auro, nec non mille thaleros vi & vigore Instrumenti obligationis Anno 1583. conscripti cum pensionibus sibi præ aliis Creditoribus ideò deberi asserunt, quod non solum in utroque Documento sibi omnia bona Civitatis Stendalienſis expresse hypothecata & consensu Electorali confirmata sint, sed & contra debitores in solutione annuarum pensionum moram nec-tentes am Quartal **Gericht** præterito Anno 1646. Mandata Immissionis & Manutenentiæ in Officinam Apotecariam & pagi Belchaw reditus obtinuerint. 32

Quæritur itaque, utrum prædicti fratres in sua possessione & reali perceptione redituum civitatis judicialiter quæsito ulterius manutenendi? an verò administratores Ecclesiarum, Hospitalium aliorumque piorum locorum illis præferendi sint? 33

RATIONES DVBITANDI.

PRima fronte dicendum videbatur petitionem Administratorum iustam & legitimam eosque propterea, quod contractus, quibus nituntur & tempore & iure potiores sunt, prædictis fratribus præferendos esse. Constat enim ex Instrumenti Anno 1514. confecti verbis, contractum annui reditus seu census celebratum esse, & quidem non super incerto fun- 34
do, aut re aliqua incerta, neque ut ad solutionem reditûs sola persona obligetur, sed super tributis & obventionibus Civitatis, prout sonant formalia: **Dieſe vorgeſchriebene zehen Rheiniſche Gülden/** (hæc merx est vendita:) **Jährlicher Renthe ſollen vnnd wollen wir/vnnd vnſere Nachkommen den vorbenandten Vorſtehern vnnd Jhren Nachkommen Vorſtehern alle Jahr von vnſern Rath-Hauſe vnnd vnſer Stadt Zinſen vnnd Schoſſen** (res certa, super qua reditus sive census annuus constituitur, quâ tamen opus non fuisset, cum etiam constitui potuisset super re incerta) **in Weynachten heiligen Tagen ohn einige Einſage gütlich geben/ꝛc.**

At verò indubitati juris est; Si quis pensionem super reditu alicuius fundi assignaverit, eo 35
ipso talem fundum tacitè intelligi obligatum pro pensione, & verba super fundo vel reditibus illius fundi (uti hîc, **von vnſerm Rathhauſe vnnd vnſer Stadt Zinſen vnnd Schoß**) inducere hypothecam *text. expreſſ. in l. fundus quem. ff. de annuis legat.*

ubi Bartolus diſertè vult ex illis verbis ſuper reditibus, induci pignoris obligationem ſeu hypothecam, dum inquit. Tantundem eſſe, ſi dicam: Lego tibi ſuper illo fundo, quantum, obligo illum fundum.

Cum itaque obligatio in Inſtrumento Anno 1514. Concepta & tempore prior & hypo-
36 thecata ſit, ſequitur hiſce creditoribus quoque ius prælationis competere ex generali regula *c. qui prior. de reg. iur. in 6. & l. 1. C. qui pot. in pig. hab.* & Dnn. Conſulentes exmittendos, reditusque Civitatis ab iisdem occupatos Adminiſtratoribus reſtituendos eſſe: præſertim cum iuris ſit expediti, ſecundum vel poſteriorem creditorem, ſi rem alii prius hypothecatam poſ-
37 ſideat, vel ex immiſſione poſſeſſionem nactus fuerit, per id primo creditori nullatenus præiudicare *l. ſi prior.* 12. §. *fin. ff. qui pot. in pign.* In pignore enim vel hypotheca conſtituenda, ipſum conventionis, non traditionis tempus
38 inſpiciendum eſt, & propterea is, cum quo prius de pignore conventum fuit, absque traditione præferendus eſt ei, cui poſteà res pignori tradita eſt *d. l. ſi prior.* 12. §. *fin. ff. qui potior in pignor.*

Hinc ſpeciale eſt in pignore, quod cum ſit
39 ius reale, conſtituatur ſolo conſenſu, nec requiratur traditio ſeu ceſſio, prout regulariter requiritur in acquiſitione iuris realis poſt Neguſantium Hieronymus Papponius *conſil.* 42. *num.* 8.

Secundò idem probatur *in l. Codicillis. 5. inſtituto. ff. de legat.* 2. per quem text. notant. Bartol. Bald. & Caſtrenſ. *ibidem.* Quotiescunque
40 quis aſſignat annuam præſtationem vel obligat creditum ſuper aliqua re, tunc illa dictio ſuper, operetur, ac ſi dixiſſet, obligo vel hypotheco illam rem idem Caſtrenſ. *conſil.* 106. *ſub num.* 3. *verſic. Conſtat autem lib.* 1. Roman. *conſil.* 388. *num.* 2. *& conſil.* 508 *num.* 2. *& ſingul.* 631. Alexan. *conſil* 156 *num.* 3. *vol.* 6. Cravetta *conſil.* 20. *n.* 10. Natta *conſil.* 109. *num.* 10. *& conſil.* 341. *num.* 6. Surd. *conſ.* 162. *num.* 10. *vol.* 2. *& tractat. de aliment. tit.* 8. *privileg.* 51. *num.* 8. *privileg.* 51. *num.* 8. Guid. Pap. *deciſ.* 576. *ſub num.* 1. *&* 2. *Afflict. deciſ.* 162. *num.* 6. Statil. Pacific. *tract. de Salvian. Interdict. inſpect.* 3. *c.* 4. *num.* 604. *& ſeq.* ubi hac in materia legati & quavis obligatione procedere aſſerit.

Tertiò, Quod in reſervatione penſionis aſſignatæ ſuper reditibus alicuius rei, ſemper obligatio rei, ex qua præſtanda eſt penſio, ſub intelligatur, innuere videtur text. *in l. 2. ff. de ali-*
41 *ment. legat.* ubi verba illa, ad quemlibet ſucceſſorem, intelligenda, ſunt de ſucceſſore etiam ſingulari.

Quem textum Hieronym. Gigas *tract. de penſionib. q.* 51. *num.* 17. intelligit generaliter in quacunque penſione, nec reſtringit ad alimenta, prout faciunt Dd. communiter. Et iſtud etiam ſequitur Neguſant. *tract. de pignorib. & hypothec. in* 2. *part. in* 4. *membr. col.* 2. *in verb.* 23. *caſus.*

Quarto, Legatum fructuum annuorum certi fundi, utputa Corneliani, perinde ac-
42 cipiendum eſt, ac ſi uſusfructus fundi eſſet legatus *l. ſi quis ita. ff. de uſufruct. l. cum ita. ff. de uſu & uſufruct. leg.* Ex quo effici videtur per venditionem annui reditus ex cenſibus & tributis Civitatis quotannis præſtandi & ſolvendi ius in ipſis cenſibus & tributis conſtitutum fuiſſe. Cum argumentum à legatis & ultimis voluntatibus ad contractus valeat *l. ſervum filii. §. eum qui chirographum. ff. de leg.* 1.

Quintò, Concluſionem hanc confirmat, quod, ſi deſignatio certæ rei fiat pro ſolutio-
43 ne annuæ perpetuæ penſionis ſive annui reditus, ſpecialiter cenſeatur obligata pro penſione iure pignoris ſive hypothecæ, adeò, ut rectâ via, contra tertium poſſeſſorem & ſingularem ſucceſſorem agi poſſit per text. *in l. hactenus. l. ſi pendentes. §. ſi quid. ff. de uſufruct.* Guid. Pap. *deciſ.* 42. *& deciſ.* 576.

Nil mirum quia per hypothecam ſeu hypo-
44 thecæ obligationem ius in re conſtituitur Roſenthal *de feud. cap.* 9. *concluſ.* 14. *num.* 10. Et hypothecaria actio realis eſt & ad eum finem
45 tendit, quo bona onere hypothecæ affecta Creditori tradantur poſſidenda Guilielm. Benedict. *in c. Raynutius. verb. & uxorem. deciſ.* 2. *num.* 122. *de teſtament.* Boër. *deciſ.* 69. *num.* 24. Stephan. Aufrer. *de poteſtate ſeculari in Eccleſiaſticos. reg.* 2. *fallent.* 4. *verſic. contrarium tamen.*

Sextò, Summi Pontifices Martinus II. Ca-
46 lixtus III. in Extravag. de emptione & Venditione, & Pius V. in ſanctione Motus proprii pro forma & ſubſtantia huius contractus requirunt, ut reditus annuus conſtituatur ſuper re immobili.

Nec enim eiusmodi Cenſus creari poſſunt, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur de ſui natura.

Unde & eiusmodi reditus ſive iura & acti-
47 ones, quæ ad iſtos reditus annuatim exigendos competunt, inter immobilia tàm ſuffragiis Dd. quam moribus noſtris connumerantur, per text. *in Clem. exivi de paradiſo. verſic. cumque annui reditus d. V. S. Novell.* 7. *in princ.* Cravetta *conſil.* 483. *num.* 1. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 10. *num.* 1. Mynſing. *cent.* 1. *obſervat.* 69. Renat. Choppin. *de legibus Andium lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. Franciſc. Caltas *conſil.* 6. *num.* 1. *&* 10. Camill. Borell. *conſil.* 17. *num.* 23. *& conſil.* 41. *num.* 2. Garzia Maſtrill. *deciſ.* 121. *num.* 19. *lib.* 2. Vincent. de Franchis *deciſ.* 362. *num.* 7. Cæſar Barzius *deciſ. Bonon.* 109. *num.* 10. Joan. Vincent. Hondedæus *conſil.* 61. *nu.* 35. *vol.* 1. Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 229. *& num.* 234. Joan. del Caſtillo *tract. de uſufruct. cap.* 41. *numer.* 5. *&* 6. Joan. Grivell. *deciſ. Dolan. num.* 5. *&* 6.

Vnde etiam contractum cenſualem de numero contractuum, qui re celebrantur, eſſe, tradit Felicianus de ſolis *lib.* 1. *de cenſib. cap.* 2. *numero* 9.

Ex

Ex quo igitur contractus iste super re immobili constitutus obligationem hypothecariam, consequenterq; actionem realem producit, necessario infertur, præmemoratos Administratores Ecclesiarum & Hospitalium, actionem hanc contra istos Schultzios, tanquam tertios possessores, in judicio proponere, & reditus illis in solutum adiudicatos repetere & vindicare posse, reosque ita in jus vocatos, ceu tempore posteriores, possessionem perceptionemq; suam dimittere teneri. 48

De quo tanto minus ambigendum, quod hoc nostro casu, uti dictum, res affecta, & census tributaque Civitatis pro ex solutione annuorum reddituum tacite hypothecati sint. Qua ratione hosce reditus ab immissis creditoribus avocari possint. Maximè cum & actio personalis vel officium judicis, ubicunque res affecta est, detur adversus singularem successorem Nicol. Euerhardi Præles *consil.* 147. *n.* 10. 49

Et quod tertii bonorum possessores ex dicta hypotheca conveniri possint, vel indefatis liquet quod hypotheca dicatur ius in re, & afficiat quoscunque bonorum hypothecatorum possessores Surd. *decis.* 97 *n.* 13. tribuatq; ius apprehendi ac retinendi possessionem bonorum hypothecatorum Eugen. *consil.* 58 *n.* 9. Grammatic. *decis.* 58. *n.* 2. & 20. Carol. Bardellon. *consil.* 131. *n.* 4. & *consil.* 150. *n.* 12. 50 51

Septimo citra veri noxiam posito, census & tributa ciuitatis Stendal. per modum conventionis expressè hypothecatos non esse; Nihilominus Ecclesiis, Xenodochiis, aliisque piis locis, quibus Senatus ex obventionibus & reditibus Civitatis annuas pensiones solvere promisit, in iisdem tacitam hypothecam haberent. Quo respectu horum debita, instar tributorum & Collectarum, aliis creditoribus expressam anteriorem hypothecam habentibus præferri, novissimè statuit Ioan Michael Beuther *de iure prælationis part.* 8. *cap.* 5. *per tot.* Florez Diaz de Mena *lib.* 1. *quæst.* 6. *artic.* 3, *n* 20. & 21. Ioan Koppen *decis.* 28. *n.* 25. Petr. Heigius *part.* 1. *quæst. iur.* 9. 34. *n.* 6. ubi in concursu creditorum reditus annuos, exemplo sortis, integros adjudicari scribit) Elector Saxon. *in Ordinat proceff. iudic. tit.* 42. §. ferner soll das jenig Benedict. Carpzov. *de iurisprudent. Roman. Saxon. p.* 1 *Constit.* 28. *definit.* 116. *n.* 25. Idem *lib.* 5. *tit.* 9. *resp.* 98. *n.* 8. ubi reditus & census Ecclesiæ venditos & constitutos prædiis seu fundis non minus ac tributa inhærere profitetur. 52 53 54

RATIONES DECIDENDI.

VErum præmemoratis & aliis eiusdem furfuris rationibus & argumentis non obstantibus, arbitror, prædictis Administratoribus in hoc conflictu nullam realem obligationem, actionem vè nedum ius prælationis, adversus Dn. Consulentes competere. Etenim ex documento de Anno 1514. vel primo intuitu satis elucescit, Senatum Stendalienſem se tantum personaliter obligasse. & ex reditibus suæ civitatis solutionem annuarum pensionum promisisse, in verbis: Sollen vnd wollen wir alle Jahr von vnsern Rathhause vnnd vnser Stadt Zinsen vnnd Schossen / zehen Gülden geben: Quæ dictio DE vel EX proventibus, censibus & tributis, non important hypothecam, nisi in alimentis Ludovic. Roman. *singul.* 421. multoque minus dominii, possessionis vel juris realis translationem arguunt. Nam administratores pensionem annuam non ex re empta, sibique tradita recipiunt, sed illis permanus Senatus debitoris seu venditoris ex bonis suis solvitur, atque ita ex personali duntaxat obligatione debentur. Neque obligatio hæc reddituum annuorum ex censibus & tributis civitatis quotannis præstandorum rem ipsam afficit reive possessorem comitatur, sed mera personalis est obligatio, ut paulo post luculentius elucidabitur. 55

Quod autem reditus annuus super obligatione personali tantum absque bonorum hypotheca constitui possit, in individuo firmant Covarruv. *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 7. *nu.* 4, Gail. *d. lib.* 2. *observat.* 7. *num.* 13. *ubi dicit*, hanc sententiam generali consuetudine passim receptam esse, & in Camera Imperiali observari Redoan. *de reb. Eccles. non alien. in rubr. de Constitutione annuorum censuum n.* 55. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 33. *n.* 16. Anton Tessaur. *decis. Pedemont.* 154. *n.* 3. Iacob Thoming. *decis.* 17. *per tot.* Cravetta *consil.* 594. *num.* 11. Tiber Decian. *consil.* 2. *nu.* 73. & *n.* 141. *vol.* 2. Ioan. Borcholt. *consil.* 12. *vers. atque in tantum huiusmodi emptionis fol.* 168. *lib.* 1. Felician de Solis *d. tract. de censib. lib.* 1. *c.* 8. *nu.* 4. Caspar Roderic. *lib.* 1. *de annu. reditib.* 9. 4. *sub num.* 29. & *lib.* 2. *quæst.* 7. *n.* 13. Frideric. Martini *de censib. c.* 6. *n.* 292. Herman. Vultei. *consil. Marpurgens.* 18. *n.* 87. *versic. atq; in tantum vol.* 3. Et census super sola Debitoris persona constitui posse, omnes ferè Theologi & Iuris utriusque Interpretes affirmant Sotus *de iust. & iur. lib.* 6. *q.* 5. *art.* 1. Leonard. Lessius *de censib. dub.* 4. *n.* 18. & *seq.* Layman *theolog moral. lib.* 3. *tract.* 4. *c.* 18. *n.* 7. Salas *de censib. dub* 3. *n.* 2 & 5. & *dub.* 46. *nume.* 2. Ludov. Molina Iesuita *de iustit. & iur. disput* 387. *n.* 5. & 12. *verb. ad secundum* Iohan. Medina *sub tit. de reb. per usur. acquis. quæst.* 11. *verb. sed quæret. pag.* 324. & *seq.* Rendina *in prompt. recept. sentent tom.* 1. *tit.* 99. *n.* 4, Fridericus Ietus post tract. Petri de Gregorio *de censib. n* 5. *fol.* 189. Zoter. in seinen Münzbedencken *quæst.* 14. *n.* 1254. Et alii relati à Cencio *tractat. de censib. part.* 1. *cap.* 3. *art.* 6. *num.* 2. 3. & à Mastrill. *in addit. ad citat. Petr. de Gregorio quæst.* 5. *n.* 52. & 56. ubi ita iudicatum fuisse testatur. Et novissimè hunc articulum latissimè & scitissimè ex sequitur Frantzscius post hæc scripta visus *d. lib.* 1. *variar. resolut.* 1. *n.* 65. & *quam plurimis seqq.* Hinc annuas præstationes quando non ex certis fundis, sed ex reditibus generalibus percipiuntur, comitari personam creditoris, non in concinnè scripsit Tiraquell. *de iure primogen. quæst.* 49. *n.* 9. & 20. Hinc quoque per impositionem census cõstitui jus quoddam distinctum & separatum ab ipsa re & à dominio, tradidit post Cravett. & Covarruviam Seraphin. Olivar. Razzalius *decis.* 1474. *n.* 4. Et 56 57 58 59

in cenſu conſtituto ſeu conſtitutivo nihil transferri dixit Menoch. *præſumpt.* 107. *n.* 5. *& 6. lib.* 3. ubi etiam *num.* 2. ait, quod emptor talis cenſus conſtitutivi dicatur ſolum acquirere commodũ perceptionis fructuum & emere quantitatem illorum ſibi quotannis præſtandam, non autem
60 bona ſeu prædia, ſuper quibus cenſus conſtituitur. Idem Menoch. *conſil.* 983. *n.* 19. *in fin. verſic. Secundo ſuffragatur lib.* 10. Franciſc. Vivius *deciſ.* 361. *n.* 2. *in fin.* Steph. Gratia *dec.* 420. *n.* 8. 9. *&* 10.

Cum igitur obligatio hoc caſu contracta dũtaxat perſonalis ſit, conſectarium eſt, ex ea non
61 etiam aliam, quam perſonalem actionem promanare *l. licet* §. *ea obligatio ff. de procurat. gl. in l. & an eadem* §. *actiones. in verb. cauſæ. ff. de except. rei iudic.* quàm contra Dnn. conſulentes inſtitui non poſſe ex eo planum fit, quod perſonalis actio non ſequatur poſſeſſorem, ſed contrahen-
62 tem *l. fin.* §. *fin. ff. de contrah. empt. l.* 2. *C. ſi adverſ. vendit. l* 1. §. *hæres. ff. ad Trebell. cum ſimilibus.* Bardellon. *conſil.* 150. *n.* 2.

Atque ita cenſu vendito SUPER DE vel
63 EX certo prædio venditoris perſonam duntaxat obligari, in individuo decidit noviſſimè poſt hæc ſcripta viſus Ivo Renatus *in vero patrocinio pauperum num.* 29. ubi dicit: **Wenn auch gleich/ wie gemeintglich geſchicht/ in der Verſchreibung gemeldet wird/ daß der Zinß/ von auſſer vnnd ab einem gemeinen Gut geſchehen ſoll/ wird darumb die völlige Obligation nicht auff das Gut gelegt/ ſondern bleibt ein als den andern weg auff der Perſon hafften/** Cum fundus ita deſignatus ma-
64 gis ſecuritatis gratia adiectus cenſeatur, non quod ipſe principaliter cenſui ſubſtratus ſit, poſt Eraſmum Paſcham in *diſput. de cenſib. theſ.* 32. Frideric. Martin. *tractat. de cenſib. cap.* 8. *n.* 191.

Secundo deciſionem hanc in terminis (uti loquuntur Dd.) terminantibus apertè compro-
65 bat text. manifeſtus *in d. l. fin.* §. *fin. ff. de contrah. empt.* Cum enim (ut ibi commeratur) Lucius quidam Titius promiſiſſet de fundo ſuo centum millia modiorum frumenti annua præſtare pro prædiis Caij Seij, poſteaq; Lucius Titius fundum vendidiſſet, quæſitumq; eſſet, An emptor Cajo Sejo ad præſtationem frumenti eſſet obnoxius? Reſpondit Scævola emptorem
66 Caio Seio obligatum non eſſe. Quemadmodum enim ex contractu emptionis & venditionis, vel alterius cuiuſcunq; negocii nulla, niſi perſonalis obligatio, poteſt exiſtere, *l. actionum genera* §. *actionum. ff. de act. & obligat.* Sic & ex
67 obligatione perſonali alia quàm perſonalis obligatio fundum non ſequatur *d. l.* 1. §. *ſi hæres. ff. ad Trebell.* Et hac ratione Franciſcus Hotomann. *lib.* 2. *de uſur. cap.* 4. *fol.* 160. rectiſsimè ſcriptum
68 reliquit, hanc obligationem eſſe merè perſonalem, perſonæq; adeò ſemel obligatæ perpetuo adhærere neque rem aut rei poſſeſſorem concomitari, referente Thomingio *d. deciſ.* 17. *numer.* 12.

Tertio ad determinationem noſtræ Quæſtionis adprimè facit, Quod hypotheca nonniſi
69 per expreſſam conventionem contrahatur, exceptis quibuſdam caſibus (inter quos noſter nõ reperitur) in quibus conſtitutum eſt, hypothecam tacitè contrahi *tot. tit. ff. & Cod. in quib. cauſ. pig vel hypoth. tac. contrah.* Ioan. Grivell. *deciſ.* 28. *n.* 7. Surd. *deciſ.* 3. *n.* 9. Statil. Pacific. *tract. de Interdicto Salviano inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 555. *& paſſim.* Nec licet nobis fingere hypothecam, ubi lex non fingit. Caſpar Roderic. *de annu. reditib. lib.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 6. Pacific. *d. c.* 4. *n.* 556.

At in documento exhibito de Anno 1514. nulla hypotheca expreſſè contracta eſt. Ergo hic caſus relinquitur ſub diſpoſitione juris communis, quod negat rem eſſe obligatam iure pignoris, niſi pignus ſit expreſſe conſtitutum.

Et hanc ſententiam confirmant & ſequuntur 70
Bart. *in l. Gaius & in l. liberto in princ. ff. de annu. legat. & in l. Lucius, verb. ex reditu, ff. de aliment. legat.* Ripa *in l.* 1. §. *ſi hæres. ff. ad Trebell. & ibi* Alexand. Iaſon, Socin. & Dd. communiter. Corneus *conſil.* 196. *vol.* 1. Grid. Papa *deciſ.* 9. 42. *&* 76 Quorum opinio cum ſit communis, probatur *in d. l. Lucius. ff. de aliment. legat. iuncta l. non eſt mirum. ff. de pign. act.*

Nam de iure Digeſtorum in legatis non conſtituebatur pignus vel hypotheca, niſi ſpecialiter teſtator fundum obligaſſet, quæ obligatio pignoris accedit perſonali & illam non auget, ut ibi dicitur.

Idem probatur in *l. fundus quem ff. de annu. le-* 71
gat. in quib. iuribus expreſſio fruſtra fieret obligationis rei ex cauſa pignoris, ſi de iure hypotheca ſubintelligeretur: ſed quoniam non ſubintelligebatur, ideo fuit expreſſa. Et idem voluit gl. *in l.* 1. *C. ut in poſſeſſ. legat. & in l. is cui* §. *poſtquam eod. tit. & Dd. communiter in l.* 1. *C. commun. de legat.* Roman. *d. conſil.* 388. Caſtrenſ. *conſil.* 53. Probat etiam hanc ſententiam text. *in l. fundi* 72
Trebatiani. ff. de uſufruct. legat. & in l. liberto in prin. ff. de annu. legat. In quibus iuribus habetur, quod emptor rei, ſuper qua fuit aſſignata penſio, non tenetur ad penſionem, ſed hæres venditoris vel ipſe venditor. Nam non erat illo iure tacite nata obligatio pignoris, alioqui poſſeſſores tenerentur, cum ſit realis.

Ex prædictis ſatis conſtare opinor, ex producto Inſtrumento & ſimilibus obligationibus duntaxat perſonalem, non verò realem actionem naſcie amque Adminiſtratores piarum cauſarum contra Dnn. Conſulentes, tanquam tertios vi & effectu rei iudicatæ vallatos poſſeſſores neutiquam intentare poſſe, ſed hoſce in ſua poſſeſſione relinquendos & manutenendos, atque ob rei iudicatæ & ſubſecutæ Immiſſionis autoritatem omnibus aliis creditoribus expreſſam anteriorem & quidem iudicialem hypothecam non habentibus, præferendos eſſe.

Quod ipſum clarius effloreſcet, ſi Dnn. Conſulentium Documenta & obligationes earumque clauſulas preſsius penſiculantes ad iuridicum examen revocaverimus.

Primo Dnn. Conſulentes ſe anno 1522. in die purificationis Mariæ pro Capitali 500. florenorum **guter vnwandelbarer vollwichtiger Rheiniſcher Gülden an Golde** (quæ verba in auro obligationem inducunt Mynſing. *centur.* 5. *obſerv.* 73
83. *n.* 2. Idem *cent.* 1. *obſerv.* 65. ubi ita determinat in literis cenſualibus conceptis **auff voll-**

wich-

wichtige Rheinische Gülden vel etiam florenis in auro. Anton. Sola *in constit. Sabaud. tit. de pact. int. emptor. & vendit. Decrer. ex frequentibus. pr. part. gl. un. n. 86.* Aleman. *consult. 8. quæst. princ. 1. part. 9.*) viginti quinq; annui reditus à Senatu Civitatis Stendal. emisse & Anno 1583. in Vigilia Michaelis, se iisdem mille Thaleros sub pacto prævia denunciatione (**ein halb Jahr nach beschehener Loßkündigung**) cum interesse 6. pro centum, id restituendi, mutuo dedisse, obligationibus productis, satis superq; reddiderunt testatum.

Cæterum verba prioris Instrumenti contractum emptionis & venditionis important, eiq; convenientissima & clara sunt, ut nullâ aliâ interpretatione indigeat. Nec enim melius ac luculentius mens & propositum contrahentium
74 in re dubia eluceſcit, quàm ex nomine, quod contrahentes ipsimet contractui expressim indiderunt. Et quod talis sit contractus, qualis à partibus denominatur, & quod contrahentes censeantur celebrare contractum, quem nominant, atque id mente cogitasse & dicere voluisse, quod verba præferunt, multis confirmat Francisc. Beccius *consil. 35. n. 9.* Surd. *consil. 366. n. 6. & consil. 450. n. 3.* Et est text. *in l. labeo versic. id Tubero. ff. de suppellect. legat. l. non aliter. ff. de legat. 3.* Oratio enim est index animi, secundũ
75 Ciceronem. Vnde, si dico: Emo, fit emptio: ubi dico, loco, fit locatio, juxta Bart. *in l. cotem. §. qui maximos num. 11. ff. de publican. & vectigal.* nec aliud actum intelligitur, quam scripturâ invenitur expressum *l. fin. ubi Bald. & Salycet. C. de fals. caus. adiect.*

76 Idque procedere etiam, si in contrarium aliquæ sint coniecturæ vel præsumptiones asserunt Bec. *d. consil. 35. n. 16.* Cravetta *consil. 20. nu.*
77 4. Et in individuo, quod contractus omnino dici & censeri debeat venditio, quando ita appellatur, summè probant Cravetta *d. consil. 20. n. 21.* Natta *consil. 45. n. 14.* Facultas Iuridica Ingolstadiensis inter consilia Borcholti *consil. 14. col. 20. & consil. 15. col. 29. part. 1.* Aldovin. Aldovini *consil. 39. n. 18.*

78 Forma etiam contractui emptionis venditionis à iure indita in hoc contractu observata reperitur quæ est in consensu, re quæ venditur, & precio quo resemitur, ut ita dubium amplius superesse non possit, quin hic contractus pro emptione venditione habendus sit.

Præterea verba illa **verkauffen vor fünffhundert gute vnwandelbare vollwichtige Rheinische Gülden an Golde** manifeste evincunt, contra-
79 ctum emptionis venditionis celebratum esse. Nam particula illa vox, in Instrumento posita & æstimationem rei & precium inducit, præsertim cum addita & subiuncta sit verbo **verkauffen.**
80 At verò ubi precii fit mentio contractum emptionis & venditionis præsumi scribunt Menoch. *præsumpt. 104. n. 33.* Idque pro singulari reputat Marsil. *singul. 105.* & pro regula tradit Socin. *reg. 116. & 141.* Idem de æstimatione
81 dicitur ut præsumi faciat contractum emptionis & venditionis *l. si res æstimata. l. quoties. ff. de* [illegible] *& litis æstimatio ff. pro empt. l. sed etsi ff. de Public. in rem act.* Ioan. Petr. Surd. *consil. 1. nu. 102. & consil. 225. n. 2.* Ernest. Cothman. *consil. 34. n. 40. & consil. 40. n. 38.* Corbul. *de iure Emphyt. cap. 4. ampliat. 32. per tot.*

His accedit, quod eiusmodi contractus, qualis in proposito factus est, ex notoria Germaniæ 82
ferè totius consuetudine, per emptionem & venditionem celebrari soleat, ita ut ipsi dicantur esse emptio & venditio, de qua atteſtatur Tiber. Decian. *consil. 2. num. 71. & 79. versic. Quarto comprobantur. vol. 2.*

Illud fortè scrupulum iniicere posset, quod venditores vocabulo Zinß (ibi: **verkauffen fünff vnd zwantzig Gülden jährlicher Zinß**) usi sunt idque aliquoties repetendo pro reditu annuo usurparunt. At vero verbum **Zinß**/ non gra- 83
tuitum, sed fœnebrem pecuniam datam esse innuit, & **Zinsen** seu usuræ propter sortem dantur, arguuntque contractum usurarium esse *c. consuluit. extr. de usur.* Menoch. *consil. 109. nu. 8.* Cravetta *consil. 73. n. 9.* Nicol. Reusner. *consil. 27. num. 18. vol. 3.* Ideoque hoc verbum non emp- 84
tionis, sed alterius contractus indicium est, quia usuras dare non solet venditor Molinæ. *de usur. in princip. n. 8.* Thoming. *consil. 36. n. 2. lib. 1.*

Quo respectu verbum **Zinß** in propria locu- 85
tione sumptum Iuri Canonico & pragmaticis Imperii sanctionibus contrarium & damnum esse demonstrat Reformatio Politica de Anno 1530. tit. **von wucherlichen Contracten** in §. **dieweil aber solche** & à contractu emptionis Venditionis abhorrere tralatitium est: Idque comprobant constitutiones Imperii de Anno 1530. & 1548. d. tit. Quæ constitutiones duntaxat 86
approbant emptionem redituum, & improbant omnes alias promissiones pensionum, tanquã usurarias, propterea quod iure Canonico usuræ planè damnatæ, & quivis pro sorte mutuo data aliquid stipulans, pro hæretico habeatur, 87
aliisque pœnis afficiatur; & paciſci, quod in mutuo aliquid reddatur ultra sortem, ipso iure non valeat, nullaque inde oriatur obligatio, cum sit contra substantiam actus *l. si tibi decem. in princ. ff. de pact. l. rogasti. §. si tibi ff. de reb. credit.* Luc. de Penna *in l. apud eos pr. C. de debitor. Civitat. lib. 11.* Vnde si interesse in mutuo petatur, ut
Zinß/ Reus in Camera Imperiali absolvitur, ut 88
factum in causa **Oberlauhringen** contra **Wetzel** Appellationis 16. Novembris Anno 1602. ubi **Wetzel** Civitati **Oberlauhringen** mutuaverat 1000. florenos, ut restitueret post annum cum 89
pensionibus 50. fl. & rusticos cessantes convenit coram iudicio **Rottweil**/ ubi etiam condemnati ad solutionem sortis & pensionum. Sed in Camera sententia reformata, ita ut solum sint condemnati ad sortem, **aber der gefoderter Zinsen halber absolvirt.** Etsi autem postea petitum sit interesse à tempore moræ & eo nomine allegatus Recessus de Anno 1600. §. **Soviel nun diesem nach**/ Nihilominus 1. Februar. Anno 1604. petitum hoc denegatum, & prior sententia confirmata est. Ita in causa **Hailbron** contra **Eberstein** 28. Ianuarii Anno 1605. in contractu mutui 90
eo quod debitores se viæ executivæ subiecisset, Mandatum Immissoriale quoad sortem principalem

palem decretum, ſed quoad intereſſe tacitè denegatum; Cui & altera vice 11. Februarii Anno eodem Domini Camerales mordicus inhæſere: Tandem tamen ad tertiam ſupplicationem mãdatum quoad intereſſe à tempore moræ, decreverunt.

Sed ad hanc obiectionem facili negocio re-
91 ſponderi poteſt, quod ſcilicet verbum **Zinß** / in obligatione poſitum non ſemper uſuras in mutuo permiſſas, ſed venditionem annuorum reddituum, præſertim in hiſce Saxonicis terris & finitimis regionibus, deſignet. Nomina autem
92 ex communi & vulgari uſu exaudiri debent, qui verborum proprietati derogat. *l. labeo* 7. 8. *ſervus. 2. ff. de ſupellect. legat.* Sic Quintilianus ait, authoritatem ſermonis conſuetudo ſuperat *lib. 1. c. 3.* Et Horatius in arte poetica oſtendit, quod penes uſus, tanquam tyranni, arbitrium
93 ſit, & vis & norma loquendi. Et ſequimur id, quod in regione, in qua quid actum, frequentatur *l. ſemper in ſtipulationibus ff. de R. I. l. ſi ſervus*
9450. §. *fin. ff. de legat.* 1. Quemadmodum & verbo **Zinſen** intelligitur Intereſſe. Ne dicam,
95 quod hoc verbum **Zinß** in contractu appoſitũ per dictiones in continenti ſubſequentes, **vnnd Renten**/quæ de annuis reditibus omnino intelligenda, declarentur. Verba enim præceden-
96 tia ſunt declaranda per ſequentia, atque ſic interpretanda, ne ſine ſingulari myſterio & virtute operandi adiecta ſint, *l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur.* Gail. *lib. 2. obſervat. 28. n. 3.* Et ſub nomine Re-
97 dituum (quos Tiraquellus *de retract. lign.* §. 5. *in verb. Rentes. gl. 6. in princ.* prima & penultima correpta dici debere notat, ex eo, quod ſingulis annis redeant, non autem, quod reddantur) de iure omnes proventus contineri tradit Zabarel. *in clem. unic. de ex communicat. Prælat.*

Nec eſt quod quis tertium ſubſtantiale requi-
98 ſitum, videlicet mercem, in hoc contractu eo, quod pecunia non poſſit emi, deficere exiſtimet. Annuus enim cenſus ſive reditus locum mercis tenet, quem inter immobilia computari ſupra probatum eſt, proindeque rectè dicimus, eiuſmodi pecuniam non eſſe pecuniam, ſed cenſum ſive reditum, qui pro re immobili habeatur. Et licet pecunia principaliter ad emendum merces inventa ſit, tamen nihil impedit, quo minus ipſamet etiam merx ſit, & permutari poſſit, ut tradunt Dd. qui ponunt exemplum in calceo, qui etſi primâ ſui origine inventus fuerit ad tegendum pedem, non ſequitur propterea, quod non poſſit & permutari, & locari, & ſicut licitum eſt, calceum cum calceo permutare, ita & pecuniam cum pecunia. Inſuper negatur, quod pecunia cum pecunia commutetur, aut quod pecunia pecuniam pariat, ſed dicitur, quod emitur pecuniâ illuo ius percipiendi 25. ff. ex proventibus Civitatis Stendal. quod ius connumeratur, inter immobilia & in commercium venditionis
99 cadit, prout & quælibet aliæ actiones & iura vendi poſſunt ita ferè Decian. *d. conſil. 2. n. 178. vol. 2.* Deinde ſuadet analogia, quæ eſt inter reditum & ſortem ſeu precium, pro quo cenſus venditus, hoc caſu contractum emptionis venditionis, non autem mutui, celebratum eſſe, per ea, quæ ſupra in præliminaribus dicta & deducta ſunt.

Quicquid ſit ſive emptionem annui reditus ſive mutuum in inſtrumento de Anno 1522. initum eſſe atque ita hunc contractum in mutuum coincidere vel plane degenerare dicamus, parũ vel nihil intereſt ſive effectum hypothecę bonorum quoad cauſandam actionem hypothecariã contra debitorem vel tertium pignoris poſſeſſorem vel quoad prioritatem præ chirographariis (quales ſunt adminiſtratores piarum cauſarum) & perſonaliter priuilegiatis, ſive etiam prælationem præ aliis creditoribus, qui hypothecã tempore poſteriorem habent, ſpectemus & perpendamus.

Nunc porrò inveſtigandum & diſpiciendum erit. An in utraq; obligatione hypotheca ſit adiecta ſiue conſtituta, cuius vigore Dnn. Conſulentes ius prælationis contra alios Emptores annuorum reddituum, eorumque obligationes nõ hypothecatas at ratione temporis antiquiores obtendere poſſint?

Etſi autem iam dicta obligatio de Anno 1522. non videatur hypothecata, ſed iiſdem fere verbis quibus obligatio de Anno 1514. concepta ſit, **daß nemblich die 25. Rheiniſche Gülden auß der Stadt Schoten/ Zinſen/ Renten ꝛc. alle Jahr / auff** Purificationis Mariæ **binnen Magdeburg gegeben vnd bezahlet werden ſolten** / proindeque bona & reditus Ciuitatis pro hoc cenſu onere hypothecæ affecta non videantur, per ea, quæ in prima Ratione decidendi dicta ſunt.

Nihilotamen minus cuivis Inſtrumentum hoc penitius inſpicienti obuiam occurrit Clauſula & pactum, quo Venditores in caſu emptori reditus Ioanni **Gercken**/(à quo Domini Conſulentes eorumque ſucceſſores cauſam titulumque ex iure ceſſo habent) concedunt licentiam & poteſtatem Civitatis, ſingulorumque ciuium bona coniunctim vel diuiſim, in civili & Eccleſiaſtico iudicio proſequendi & ex illis annuas penſiones reſiduas & futuras recipiendi: Quod
100 pactum ingrediendi vel apprehendendi bona Ciuitatis & ciuium **vnnd ſick der Tinſe an jhnen oder jhren Gütern zu erholen** / de iure validum eſt, latè Bartol. & alii *in l. creditores* 3. *C. de pignorib.* Afflict. *deciſ.* 368. *numer.* 2. Surd. *conſil.* 221. *numer.* 20. Cardinal Mantica *de tacit. & ambig. convent. libr.* 11. *tit.* 5. *numer.* 11. Menoch. *remed.* 5. *adipiſcend. numer.* 1. 1. *& ſeqq. &* 1. *recup. numer.* 261. *& remed. ultim. num.* 28. *&* 29. Iacob Cancerius *variar. reſolut. cap.* 7. *numer.* 208. *&* 209. Zaſ. 2. *reſp.* 8. Coler. *de proceſſib. executiv. cap.* 5. *numer.* 31. *& ſequentib. & numer.* 83. ubi communem dicit. Ingreſſus autem ille
101 dat facultatem & adipiſcendæ & retinendæ poſſeſſionis: Quod licet in ſimplici promiſſione ingrediendi, ubi nulla præceſſit hypotheca, improbet Coler. *d. c.* 10. *numer.* 129. *&* 130. tamen
102 ſi adiecta ſit clauſula occupandi, acquirendi & retinendi poſſeſſionem, &c. non dubitat quin ingreſſus pro poſſeſſore ſit habendus ibidem *numer.* 187. *& part.* 3. *cap.* 12. *numer.* 53. *&* 54.

Nec

Nec tantum pactio hæc de iure subsistit, sed & vi & facultate sua hypothecam inducit per text. *in l. Creditor.* 3. §. *post divisionem* 2. *ff. qui pot. in pignor.* Bart. *in d. l.* 3. *numer.* 4. Franc. Cremonens. *singul.* 2. Coler. *de proceſſ. executiv. part.* 2. *cap.* 3.

103

104 Et licet nonnulli Dd. pactum de ingrediendo non proprie, sed per fictionem & impropriè obligationem realem & pignus tribuere ex eo evincere nitantur, quod text. *in d. l.* 3. utatur verbo *intelligitur* (quod verbum notat fictionem Dec. *in l. semper in stipulat.* §. 4. *numer.* 5. *ibi: illud tamen non proprie ff. de R. I.* Et sic text. *d. l. fin. C. quæ res pignor. obligat. non poſſeſſ.* non ex verbis, sed tacita contrahentium mente id fieri ponat, tamen ratione manifesta hypothecam per dictum pactum constitutam videri arbitror. Nam cum aliquid accedit pig-

105 nori vel hypothecæ, propterea non est ab eo recessum *l.* 4. §. *ex conventione. ff. de R. I.* Hoc vero pacto id accedit hypothecæ ut executivum sit, & iuris realis consecutivum. Est ergo pignus.

106 Secundò potest adhuc adferri regula generalis, concesso eo, quod antecedit, concedi etiã quod sequitur *l.* 2. *ff. de iurisdict.* Atqui hic promittitur pacto executivo in bona Venditorum sive debitorum secundum voluntatem creditoris: Hypothecâ igitur in his consistat, necesse est, quippe quæ apposita non sunt, quæ pacto non comprehenduntur executionem paratam vi pacti nullam admittunt.

107 Tertio confirmatur ex verbis obligationis, So geben wir Hanß Gercken / seinen Erben oder Brieffs Inhabern die Macht / daß sie vns / vnsere Bürger / Gemeine oder jhre Güter sambt oder sonders darumb mit Geistlichen / (ad quod forum alias hæc causa, uti merè secularis, non pertineret) oder Weltlichen Gerichten belangen (das ist / angreiffen / pfänden / arrestiren / repressalyren) vnnd sich der Zinsen an jhnen oder jhren Gütern erholen / ohn alle Behelff &c. Quibus verbis emptor annui reditus non ad iudicium ordinarium, quod in executivis cessat, sed ad media paratæ executionis remittitur; Ne operatione careant expresse ibidem concessa media executiva: Item verba immediatè subsequentia vnnd sich der Zinsen an jhren Gütern erholen &c. quæ utique hypothecæ constitutionem eiusque persecutionem comprehendunt, ordinariam autem viam iuris excludunt.

108 Quartò dicta verba an jhren Gütern erholen / videntur locum facere in terminis *d. l. creditor. §. per diuisionem ff. qui pot. in pign.* in qua inter alia docetur permissionem distractionis rei argumentum esse contracti pignoris. Atque hisce verbis si non distractionis permissio, certè ampliſſima potestas utendi fruendi & sibi satisfaciendi facta est, quæ etiam pignoris contracti argumentum evidens continet. Bald. quidem *in d. l. Creditor. numer.* 3. dicit, casum huius legis non esse alibi. Sed reperio text. alium *in l. fin. C. quæ res pignor. oblig. non poſſ.* quæ lex totam hanc quæstionem definit in terminis.

Hinc quoque pactum ingrediendi vel manus iniiciendi adpositum ad executionem iuris realis in casu, quo debitum liquidum est, & præsertim contra possessorem causam habentem à debitore principali, & sic contra Tertium locum habere, decidit Bart. *in l. creditores. num.* 22. *C. de pignorib.* Bald. *ibidem in fin.* De cuius doctrina & allegato textu exclamat Francisc. Cremonens. *singular.* 2.

109

Atque ita Decretum Mandatum sine clausula ratione pensionum contra tertium possessorem D. Sebastianum Wulffen contra Weitershausen 1. Septembris Anno 1593. referente D. Awe in manuscript. Non tamen est dissimulandus obex satis difficilis, qui à Salyceto nobis obiicitur *in d. l. creditor. numer.* 21. Is enim tempore distinguit atque, postquam pignus vel hypotheca est, in rem persecutionem esse, non ante. Sed pace Salyceti dixerim, idem esse ac si negarem hypothecam esse, quia pignus non est & quia nondum transierit possessio contra *l.* 9. §. 2. *ff. de pign. act.* Concludendo itaque dico, cum Negusantio *de pignorib. p.* 2. *membr.* 4. *num.* 15. nullam me differentiam reperire inter hoc pactum & hypothecam. Atque ita consi-

110

111 derat um & decisum est in Camera Imper. in causa Hanß Delphin vnnd Jurgen Laupitz contra Brandenburg Onolzbach / referente Dn. Adriano von Borck / cuius & alia vota hactenus nunquam visa propediem prælo committentur usuram lucis aspectura.

Quinto pro maiori fide & securitate ciues

112 appenso suo peculiari sigillo, hisce literis obligatoriis expresse consenserunt; Quo casu personas & res subditorum pro debito constat validè obligari, per ea quæ firmat Ioan Koppen *decis.* 60. *numer.* 16. *& sequent.* Et sigillum ha-

113 bere vim subscriptionis, scribit Roman. *consil.* 303. *numer.* 2. Wesenbec. *consil.* 12. *numer.* 47. Et sigillatis literis de consuetudine Germaniæ absque aliis adminiculis sive solennitatibus credi retulit Mynsing. *consil.* 21. *numer.* 30. Sæpe-

114 que scripturas priuatas valere sine solennitatibus, respondit Flamin. de Rubeis *consil.* 29. *num.* 115 41. *vol.* 1.

Hisce, sextò accedit, quod hoc pactum ingressus & manus iniectionis Dn. Electoris consensu sit, stabilitum. Hic ius siquidem autho-

116 ritate hypotheca confirmatur ac corroboratur, ex quo ipsum ius pignoris à superiore Creditoribus tribuitur: nostra enim facimus, quibus nostram authoritatem & robur impertimur *l.* 1. §. *omnia C. de vet. iur. enucleand.* Afflict. *decis.* 135. *num.* 5. Cacheran. *decis.* 141. *num.* 3. Farinac. *consil.* 86. *num.* 6. Et ex hac Electorali confirmati-

117 one duplex effectus resultat (1) ut creditor actione hypothecaria adversus ipsum debitorem vel tertium pignoris possessorem causam à principali debitore habentem experiri valent, quo & (2) omnibus Chirographariis & personaliter privi-

priuilegiatis qui nulla prorſus hypotheca ſibi proſpexerunt, præferatur Frideric. Pruckman. *conſil.17.num.41.& ſeqq.vol.2.*

Præterea poſito,ſed in veritatis præiudicium minimè conceſſo , pacto ſupradicto hypothecam non contineri, aut clauſulas quibus illud veſtitum fultumque eſt, eius efficaciæ haud eſſe, ut obligationem realem producere poſſent; Nihilo ſecius Dnn. Conſulentes Chirographariis & perſonaliter priuilegiatis Creditoribus ex eo capite præferendi eſſent,quod tàm ſuper priori Anno 1522. concepta, quam poſteriori obligatione de Anno 1583. Immiſſionem in reditus Ciuitatis Stendal. nec non Mandata Manutenentiæ 25. Februarii 13. Martii 13. Maij 28. Octobris Anno 1646. & 5. Februarii 30. Aprilis Anno 1647. obtinuerint, atque ſibi vigilaverint, uti mox pluribus demonſtrabitur. 118

Ex poſterioti autem Inſtrumento Anno 1583 confecto ſole meridiano clarius relucet contractum mutui inter partes celebratum eſſe & Senatum Ciuitatis Stendal. pro ſe & ſucceſſoribus & concivibus, amplam facultatem dediſſe creditori Bartholomæo **Schönbeck** in caſum moræ requiſito Magiſtratu vel ſine iudicis interpellatione occupandi bona hypothecata& eorum poſſeſſionem apprehendēdi,additâ tandem omnium priuilegiorum , iurium & conſtitutionum, Ordinationum, Receſſum & exceptionum renunciatione. 119

Quamuis autem prædicti **Schonbecks** ſucceſſores, fratres Schultzii vi & vigore huius pacti, quo creditori ius ſuum in rebus debitoris ſibi hypothecatis ſibi ſervandi permittitur propria authoritate occupare potuiſſent , tamen ne in propria cauſa ſibi ius dicere viderentur , mitiorem vel etiam ciuiliorem viam ingredi & ordinarium iudicem pro adſocienda & interponenda authoritate implorare , Mandatumque Immiſſoriale ad immittendum in bona hypothecata, obtinere maluerunt, & aliquot decreta Immiſſionis & Manutenentiæ(uti ante dictum) præterito & hoc vertente anno iterato obtinuerunt, & ſic ex cauſa iudicati actualiter immiſſi veram, naturalem & plenam poſſeſſionem perceptionemq; redituum ac proventuum Ciuitatis acquiſiverunt. 120

At verò iuris eſt expediti , Quod is, qui ex ſententia & re iudicata miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum debitoris actualiter & effectivè, ac pignus iudiciale conſecutus eſt , ei, qui de priori hypotheca iudiciali docere non poteſt (nedum Creditori perſonalem duntaxat actionem habenti) præferendus ſit, licet alter priorem ex conventione hypothecam habent, Adeo ut tertius diſtractionem bonorum iudicialem non poſſit impedire ex eo jure ſeu capite, quod bona diſtrahenda ſibi ſint obligata,uti in Regio Conſilio Siciliæ deciſum teſtatur Franciſc. Milanenſis *deciſ.12.numer.120.& ſeq.lib.2.* Iura enim vigilantibus , non dormientibus, ſcripta ſunt *l.pupillus in fin. ff. quæ in fraud. creditor.* Æquum namque eſt , meliorem hac parte eſſe conditionem diligentioris creditoris , cui licuit vigilare ad ſuum conſequendum Anton. Faber *in cod. deciſ. forens. lib.8.tit.9.definit.2. fol.957.* 121 122

Quo adprimè facit,quod Immiſſio ex cauſa iudicati realis eſt, & illi duntaxat creditori prodeſt,qui pignus in iudicatum accepit; Adeo,ut is omnibus omnino aliis creditoribus ſive antiquiorem conventionalem , ſive poſteriorem iudicialem hypothecam habentib. præferri debeat , ut nimirum IUDICATVM defendatur. Quam ſententiam amplexantur Bart.*in l.à Divo Pio. §.ſi verum.numer.1. & ibi* Caſtrenſ. *num.8. ff.de re iudicat.* Cuiac.*lib.9.obſ.cap.37.lit.d.& e.* Coler.*de proceſſ. executiv.part.3.c.12.num.100. & ſeq.* Rauchbar.*part.2.quæſt.9.num.39.*Frider. Mindan.*de continent.cauſ.lib.3.ca.15.numer.6.* Beuther.*de prælat. part.1.cap.17.& 24.* Berlich. *part.1.concl.47.per tot.* 123

In quod diffuſius inquirere operæ precium haud duco, cum apertè conſtet , proviſores & adminiſtratores piarum cauſarum , quibus factam Immiſſionem impugnare animus eſt, nudos chirographarios & perſonaliter priuilegiatos eſſe,ideoque nullo modo ius Dnn. Conſulentibus quæſitum ſubuertere aut adimere poſſe; eò,quod mutuo huic hypotheca expreſſè adiecta, & creditori in caſum moræ, ubi ſcilicet Senatus conſtituto tempore penſiones annuas non eſſet ſoluturus , facultas ſit conceſſa bona hypothecata **mit oder ohne Recht**/apprehendēdi &exiiſdem ſortem & uſuras repetendi ſibiq; ſatisfaciendi, ibi: **Alles bey Einſetzung vnd Verpfendung vnſer Mitbeſchriebenen Mitburger) Habe vnd Güter / das** Bartholomæus **Schönbeck oder ſeine Mitbeſchriebene auff den Fall vnſer nicht Haltung ſich daran der Bezahlung an Hauptſummen/Zinſen vnd anders durch Hülffe vnſer Obrigkeit vnd der Gerichte eines jeden Orts da ſolche Güter gelegen vnd verhanden/oder auch derſelben vnerſucht vnd ohne deren Zuthun/ihrer Gelegenheit vnd Nothturfft nach zuerholen vnd ſich bezahlt zumachen.** Quo caſu,quando pars viæ executivæ ſua ſponte ſe ſubiecit, ex hoc pacto Mandata ſine clauſula decerni poſſunt juxta *l.creditores* ubi Dd.uno ore. *C.de pignorib.* Iaſon *in l.nec quicquam num.7.ff.de offic.Proconſul.* Anton. Sola *in conſtitut. Sabaud.rubric.de clauſulis Mandati princ.gl 2.num.8.* Coler.*d.tract. de proceſſ. Execut.p.1.cap.5.per tot.* Gail.*lib.2.de pace public.cap.2.num.25.& ſeq.* Vincent. Deputat. Receſſ.de Anno 1600. 124

Ob auch auff obligationes &c.In quo Receſſu etiam ex mutuo Intereſſe à die moræ ad rationem quincuncem ſtipulari permittitur; Quod licet in Imperio quondam communi obſeruantia & conſuetudine ita practicatum fuerit, tamen ante hanc novellam Imperii legem in Camera abſque prævia liquidatione in praxi obtineri non potuit , uti oſtendit præiudicium in cauſa **Gutembergiſcher Wittiben** contra **Hoya.** 135

Etſi verò Sex pro centum in obligatione ſtipulati ſint, & exinde contractus hic uſurarius videatur; Attamen hæc ſtipulatio contractum principalem & per ſe licitum non inficit , nec 136

utile

utile per inutile vitiatur, licet vitietur stipulatio & illud, quod excedit iustam pensionem, reiiciatur, & fiat reductio ad legitimum modum usuratum Cavalc. *dec.* 35. *n.* 32. *& 34. part.* 1. Francisc. Milanens. *decis.* 2. *n.* 53. 54. *usq; ad nu.* 65. Martin. Azpulcueta *consil. incipit : Franciscus mutuavit mille vers. præsuppono.* Hartm. Pist. *observ.* 65. *n.* 1. 2. 3. Hondedæ *consil.* 17. *n.* 25. *vol.* 2. Ioan. Gutirez. *li.* 2. *qu.* 176. Mynsin. *decad.* 2. *respons.* 15. *n.* 2. Gail.
137 *lib.* 2. *obs.* 5. *n.* 10. ubi multoties in Camera huiusmodi reductiones factas esse testatur. Et exstant præiudicia Cameralia apud incertum collectorem decis. Cameral. *lit. V. verb. usura.* Et ita obseruatum fuit in causa Episcopi Leodiensis contra Annam de la Venne Appellationis.

138 Non tamen dissimulo, statuto vel consuetudine induci posse, ut tam in annuorum reditu, quam mutui contractu 6. vel 7. penduntur, prout Ernestus Archiepiscopus Colonien sis Anno 1590. publico edicto suis subditis Sex pro centum loco interesse stipulari permisit: Idem quod si in Marchia Brandenburgensi longævo usu receptum reductioni ad quincunces locus non esset, nec excessus usuræ in sortem computari posset.

Quandoquidem ergo ex Instrumentis de Anno 1522. & 1583. deprehenditur, Dominos Consulentes hypothecâ munitos & subsecuta iudiciali Immissione ex causa judicati redituum sibi hypothecatorum plenariam possessionem & perceptionem sibi acquisiviſse, adversarios verò duntaxat chirographarios sive personaliter privilegiatos Debitores esse consectarium est, eos absque novo ordinario processu & sufficienti causæ cognitione non exmitti, aut in sua possessione turbare multoque minus priuari, sed tamdiu, donec de melioti illorum jure liquido constiterit, manuteneri debere.

Confutatio Rationum dubitandi.

HIsce ita firmatis probeque stabilitis non adversatur argumentum, quod in prima acie propositum fuit, obligationem scilicet fundi vel super reditibus fundi constitutam inducere hypothecam. Multiplicem quippe id resolutionem patitur.

139 Primo enim responderi potest obligationem hic non super reditibus Civitatis conceptam, sed solutionem annui reditus (prout formalia Instrumenti verba sonant) **von dem Rathhuſe vt der Stadt Tinſen vnd Schoten**/ hoc est, DE sive EX reditibus Ciuitatis promissam esse illudque ad maiorem securitatem debiti ita conceptum ex quo personalis obligatio non augetur, multoque minus inducitur tacita hypotheca, per ea, quæ supra in prima ratione decidendi affatim dicta & evicta sunt.

140 Secundò respondetur dictiones DE & EX proventibus, fructibus &c. non importare hypothecam, nisi in alimentis Ludovic. Roman. *singular.* 421. Castrens. *consil.* 52. ubi vult, quod licet in bulla dicatur, quod pensio soluatur de & ex fructibus beneficii, si fructus vendantur vel alienentur (vel, quod hoc casu idem est, creditori expressam habenti adiudicentur & tradãtur) non competat actio contra venditorem vel singularem successorem, quia fructus hoc casu non censentur esse, obligati *l. fin.* §. *fin. ff. de contrah. empt.* Et dato, quod fuissent obligati per alienationem (sive adjudicationem) desinunt esse obligati. Quam sententiam, quod 141
scilicet assignatione facta per dictionem EX, non censeatur tacitè inducta hypotheca, etiam punctualiter confirmat Hartman. Pistoris *observat.* 69. *n.* 3. *& per tot.* Quo loci & Negusantium supra in Tertia Ratione decidendi relatum non immerito reprehendi, qui ex doctrina Bartoli *in d. l. Lucius.* generaliter concludit, quotiescunq; pro annuis præstationibus certus functus esse assignatus, tum is censeatur esse tacitè obligatus neque hoc solum esse speciale in alimentis: Et in hoc reprobat Romanum & Castrensem, putatque contra ipsos tenendum, cum non inveniat decisiones glossæ & Bartoli reprobari per aliquem: Cum tamen ipsemet Bartolus sententiam suam abundè, quod tantum in alimentis, & non in aliis annuis præstationibus, hoc procedere senserit. Potius igitur, ut supra dictum est, distinguere debuisset Negusantius quàm id, quod communiter cum distinctione à Dd. traditum est, in reprehensionem, non satis attentis dictis eorum, vocare.

Tertio respondetur in allegato textu expres- 142
se caveri de speciali hypotheca pro legato annuo quod non fuisset necessarium; si hypotheca vel pignoris obligatio de iure fuisset subintellecta, prout legatario jure hodierno hypothecam cõpetere dubium non est *l. C. Commun. de legat.*

Quarto licet dictio SUPER, constituat hypo- 143
thecam & obligationem super re, cui adjicitur, quando quis legat, promittit seu inuat certam pecuniam super tali fundo, in quibus terminis loquuntur Bartolus, Romanus & alii Dd. supra adducti, licet quoque verba SUPER REBUS, intelligantur quandoq; de ipsis rebus, ac illarum titulo & dominio *l. à Divo Pio. §. si super rebus iunctis vers. sed illud. & gl. in verb. controversia ff. de re iudi.* Ioa. Vinc. Honded. *cons.* 86. *n.* 36. *vol.* 2.

Attamen cum in sæpèdicto Instrumento de 144
Anno 1514. census & tributa ciuitatis pro vendito annuo reditu non sint obligati, neq; in iis jus quoddam reale constitutum, multoque minus dominium vel possessio translata sint, sed emptores & curatores bonorum Ecclesiasticorum è manibus Senatus, penes quem possessio, dominium & omne jus reale remãsit, pensiones quotannis in hunc usq; diem receperint, atq; ita totum negotium duntaxat consistat in terminis obligationis & actionis merè personalis necessaria consequentia elicitur, hanc actionem quidem contra debitores seu venditores annui reditus, at contra fratres Schultzios, tanquam tertios non, nisi in subsidium & quando principalis non est solvendo gl. & Dd. *in l. decẽ. ff. de verb. oblig.* discussione prius legitimè facta ut dicitur in Auth. *Hoc si debitor. C. de pignorib.* intentari posse.

145 Quibus reſponſionibus etiam Secunda Ratio Duditandi proſternitur. Et in ſpecie ad *d. l. Codicillis. §. inſtituto ff. de legat.* 2. reſpondet Philipp. Corneus *conſil. 296. verſ. virtus itaq;* dicens, præpoſitionem ſuper ind. §. inſtituto non inducere obligationem pignoris, cum iſta non ſit virtus præpoſitionis ſed illam inducit verbum *fœnerari*, quod in illo loco accipitur pro obligari, ut etiam Gloſſa ibidem intellexit. Siquidem ibi dicitur *fœnerari* ſuper prædiis, quod verbum proprie nō poteſt referri ad mutuum aut fœnus quod ſuper prædiis fieri nequit, ſed in his, quæ recipiūt functionem in genere ſuo, ut dicit textus *in l. 2. §. mutuum ff. ſi cert. petat.* Vnde neceſſario dicendum eſt, verbum illud *fœnerari* accipi ibi pro obligatione pignoris, cum mutuum de prædiis eſſe non poſſit. Præterea omnes tex-
146 tus quos Bartol. & alii Dd. allegant loquuntur vel in legato (in quo novello Codicis iure hypothecam competere modo dixi) vel in illo caſu, quo legatum vel contractum fuerat de annuis præſtationibus ſuper hoc vel illo fundo. Quod verò tunc, quādo pēſiones fundi vel domus obligātur, non conſtituatur hypotheca vel jus in re, cōprobat idē text. *in d. §. inſtituto. verſ. quæritur.*

Et ſic clarè patet, Senatum reditus annuos nō præſtare ratione **der Zinſen vnnd Schoß oder Schatzung** & ſic ratione rei, jurisque in ea competentis, ſed ratione antecedentis, & quidem perſonalis tantum obligationis *d. l. fin. §. fin. ff. de*
147 *contrah. empt.* de qua cum verè & manifeſtè conſter, nullus omninò conjecturæ, præſumptioni vel dubitationi locus relinquitur *l. continuus. §. cum ita ff. de V. O.* Bald *conſil. 333. col. 2. lib. 1.* quem refert & ſequitur Marc. Anton. Peregrin. *conſil.*
148 *61. n. 4. lib. 3.* Et nil aliud inquiri debet, quàm quod ſcriptum eſt Bald. *in l. fin. C. de fals. cauſ.* Peregrin. *tractat. de fideicommiſ. artic. 11. ſub numer. 34. & conſil. 33. ſub num. 25. lib. 1.* Aldovin. Aldo-
149 vini *conſil 63. n. 42.* Et quando verba perſpicua ſunt, res nullius eſt dubitationis, & calumnioſa eſt quæcunque alia interpretatio Aldovin. *conſil. 110. num. 3. & 4.* Ex quo pariter liqueſcit, quantum fidei Statilio Pacifico, traditionem Bartoli
150 & ſequacium in materia legati & quavis obligatione procedere, aſſerenti tribuendum: Cum Doctori nihil alleganti nulla ſit fides habenda, quantumvis magnæ ſit authoritatis Iaſ. *ad d. l. illam C. de collat.* Hartman. Piſtoris *quæſt. 5. nu. 13.* Ludolph. Schrader. *conſil. 20. n. 181. vol. 1. conſilior Francofurt. & tract. de feud. part. 10. ſect. 19. nu.*
151 10. Nec opinio dicitur Doctoris, quando in ſpecie articulum non diſputat, ſed aliquid perfunctoriè ad comprobationem ſuæ opinionis allegat Hondedæ. *conſil. 57. n. 77. vol. 1.*

Ad tertiam dubitandi rationem & textum
152 *in d. l. ſi quis 2. ff. de aliment. & cibar. legat.* reſpondetur, ſpeciale eſſe in alimentis & fauore alimētorum, ut res, ex qua vel ex cujus reditus præſtari debet penſio pro alimentis aſſignata, ſit hypothecę obligata, ut voluit gloſ. in l. Gajus. in verb. in rem & gl. *in l. Lucius 12. in verb. ex reditu. & in d. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* Quas gloſſas approbant Dd. in Rationib. Decidendi laudati & Caſtr. *d. conſ. 53.* Felin. *in c. ad audientiam 2. de re-*
ſcript. col. 5. n. 6. in quinta concluſione, ponderando & intelligendo verba *in d. l. 2. ad quemlibet ſucceſſorem* de quolibet etiam ſingulari, ſucceſſore, ſequitur Roman. *d. conſ. 388.* Quæ limitatio licet communiter ſit recepta, ita, ut ſit difficile in judicando & conſulendo ab illa recedere, ut volunt Roman. & caſtrens in conſiliis ſupra allegatis, & minimè mutanda ſint, quæ certam ſemper interpretationem habuerunt *l. minimè ff. de*
153 *legib.* Tamen non caret dubio, nec illam probat text. *in d. l. 2.* Nam loquitur de quolibet ſucceſſore univerſali, uti etiam declarat Gl. & Salyc. *in d. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* Ratio enim dubitandi in illo textu fuit, quia bona, ſuper quib. alimenta erant legata, fuerant delata in fiſcum, & dubitabatur, an fiſcus, cum ſit priuilegiatus, teneretur ratione bonorum præſtare alimenta? Et reſpondet Iuriſconſultus, illum teneri, ſicuti ſi ad quemlibet ſucceſſorem perveniſſent. Quoniam fiſcus in his bonis habetur loco hæredis univerſalis *l. tutoris ff. ad l. Iul. de vi public.* Et ſic ille
154 textus, dum loquitur de quolibet ſucceſſore, debet intelligi de univerſali, qui eſt hæres, & habetur loco hæredis & non de ſingulari, de quo non loquitur ille textus. Et ſi de jure Digeſtorū favor alimentorum induceret hoc priuilegium ut res cenſeatur obligata jure pignoris pro penſione, fruſtrà exprimeretur obligatio pignoris ad legatum alimentorum *in d. l. fundus quem ff. de aliment. legat.*

Quicquid ſit, à communi opinione non puto
155 tutum recedere judicando, cum ſit in palatiis & pro roſtris recepta, atteſtante Franciſco de claperiis *in centuria cauſarum Fiſcalium cauſ. 24. n. 12. circa fin. fol. mihi 98.*

Quarta dubitandi ratio de legato fructuum annuorum, quod ſcilicet illud perinde accipien-
156 dum, ac ſi uſusfructus fundi ſit legatus, facili negotio removeri poteſt. Nam ibi mentem & ſententiam teſtatoris fructus annuos dantis & legantis fuiſſe conſtabat *l. cum ita ff. de uſu & uſufr. leg.* & gl. *in d. l. ſi quis ita ff. de uſufruct.*

At verò in propoſito tantū abeſt, ut de mente & voluntate hypothecā vel jus aliquod reale in reditib. ciuitatis conſtituēdi conſtet, ut de contraria voluntate planiſſimè liqueat. Siquidē venditores annuorū redituū ex bonis Civitatis quotannis præſtandorum obligationē non realem ſed perſonalē contraxiſſe, ideoq; (quod huic cōſequens eſt) immiſſos creditores & fratres Schulzios haud quaquā comitari *d. l. fin. §. fin. ff. de cōtrah. emp.* aut contra eoſdē inſtitui poſſe, per ſupra deducta perſpicuè evicimus. Iuvat hanc cōcluſionē, quod ipſimet emptores & adminiſtratores bonorum Eccleſiæ hoſce annuos reditus non ex tributis Ciuitatis, ſed de manib. Senatus Stendalienſis ultra tempus immemoriale directè & immediatè perceperint, atq; ita omne dominiū, jus & poſſeſſio penes Senatū remanſerit.

Progrediendo ad quintā rationē dubitandi,
157 iterū dico, Primò tributa ſæpè dictæ Ciuitatis, p ex ſolutione annuorū redituū ita obligatos non eſſe, ut poſſit agi cōtra Dn. conſulentes tanq; tertios duplici cōvēctionalis hypothecæ & immiſſionis jure munitos & amictos poſſeſſores. Nec mo-

ror

ror textus allegatos, qui non admodum stringunt pro hac conclusione. Nam, ut rectè animadvertis Salycet. *in d. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* illa jura loquuntur in usufructuario, & descendunt ex natura ususfructus hujusmodi præstationes, quod non est in aliis legatariis.

Deinde Guid. Papa *d. decis. 42.* loquitur de consuetudine singularis Provinciæ, quam dicit 158 non solum pro alimentis & reditibus certæ rei relictis, sed etiam pro decimis oblationibus, tributis & pensionibus perpetuis privato jure constitutis posse hoc inducere contra jus communis dispositionem.

Tertio constantissime negatur in Instrumento de Anno 1514. jus reale in tributis Ciuitatis 159 emptoribus annui reditus constitutum esse, cujus vi & vigore hypothecariam contra tertium & singularem successorem instituere possint. Nihil enim plus in emptione hujus reditus constitutum est, quam jus singulis annis decem florenos exigendi super obligatione personali, quod nullum jus in re ipsa, puta reditibus Civitatis tribuit deficiente igitur jure reali, deficit 160 quoque & cessat actio hypothecaria. Nec enim nobis hypothecam fingere licet, ubi lex non fingit: fictio enim opus est legis, & ab homine induci non potest Bart. *in l. si us qui pro emptore. n. 24. & ibi Iason numer. 175. ff. de usucap.* Idem Bart. *in l. si fortè per text. ibid. ff. de Castrens. pecul.* Alciat. *de præsumpt. part. 2. num. 2.* Molinæ *in consuetud. Paris. part. 1. §. 1. gloss. 5. num. 40.* Et 161 temerè præsumit, qui præsumit sine lege gloss. *§. sic itaque in Auth. de nupt. & in c. Iudæi de testib.* Repugnatq; huiusmodi fictio contrahentium voluntatis & intentioni, qui noluerunt reditum hypothecatum vendere, sed tantum jus annuum reditum exigendi in merè personali obligatione consistens, ultra quam intentionem non debet actus operari *l. non omnis. ff. si* 162 *cert. petat.* Gœddæus *consil. Marpurgens. 16. num. 55. vol. 4.* atque ita tributa ciuitatis non hypothecantur, dum reditus super ijs constituitur. Et quamuis hypothecaria constituatur conventione & contractu vel quasi, non tamen 163 nascitur ex contractu, sed ex iure, quod quis habet in re & possessione rei Hieron. Gabrielius *consil. 8. num. 26. in fin. lib. 1.* Ioan. Vincent. Hondedæus *consil. 25. n. 6. vol. 2.* Carol. Bardellonus *consil. 150. num. 10. 11 & 14.* At cum jus reale hoc casu deficiat; nec hypothecaria actioni locum esse, rectè arguitur. *Sanè si ex censu vel* 164 contractu emptionis annuorum reddituum in re ipsa jus quoddam causatum esset, non adeo refragarer, illud etiam tertium singularem successorem sequi argum. *l. quamvis. §. si conductor. ff. de acquir. possess.* Hinc si venditi mihi fuissent 165 decem aurei annui, in idque domus obligata, quæ postea ab eodem alteri vendita, qui illam liberè absque præstatione mihi venditi annui reditus longo tempore possedisset, quo tempore venditor ille mihi eum soluit, posteà cessante eo venditore solvere, possessor domus nulla præscriptione se tueri potest post Tiraquellum & alios Pet. Salazar. *de usu & consuet. c. 11. n. 56.* Alexan. Trentacinquius *l. 3. resolut. tit. de censib. resol. 1. n. 17. vers. Tertia est & seq. f. 354. in fin. & seq.* At longè secus est in contractu emptionis & venditionis *d. l. fin. ff. de contrah. emp.* atq; ita decisum 166 in camera Imp. in causa **Nagel** contra **Lipp**/referente Dn. Thoma Michaelis.

Eadem ratione & consideratione sexta dubitatio submovetur. Nam summi Pontif. Martin⁹ 167 & Calixtus in d. Extravagantib. ad communem contrahentium usum videntur respexisse, & ad facti contingentiã Pontificib. narratam, nec negant hunc contractũ celebrari posse, etiam permissa tantum obligatione personali: Quin imò 168 à principio reditũ creari posse super obligatione saltem personali absq; bonorũ hypotheca suprà in prima decidendi ratione §. Quod autem & passim ad satietatem usq; probauimus. Eam quẽ sententiam Covarr. *l. 3. variar. resolu. to. 2. c. 7. n. 5.* quatuor potissimũ rationib. veram esse ostendit quarum præcipua videtur ea, quam quarto loco (uti ipsemet inquit) proponit: inde enim adparet, bonorũ assignationem & adpositionem potius fieri in utilitatem creditoris & ementis reditum, quam in commodum debitoris, qui reditũ vendit & constituit. Et sic cum tanto iustior sit hic contractus, quantò facilior & minus gravis ipsi venditori, qui coactus necessitate & inopia ita cum creditore contrahit; sequitur, nõ minori iure licere hos reditus constitui atq; rerũ ac bonorum, quàm si eis nominatim huic iuri suppositis venditio reditus fiat. Et ideo perempto fun- 169 do, qui ad maiorem emptoris securitatem accessoriè in obligationem & contractum venit, personâ adhuc ad solutionem reditus obligatur per tex. *in l. credi. qui non idoneũ ff. si cer. pet. & in l. adversus. C. de O & A.* Et sic emptionem reddituum 170 non solum super certis fundis, sed etiam in certis posse, ac quod magis est, solâ obligatione personali sustineri, ultrà Dd. in prima decidendi Ratione allegatos probant Frider. Martini *tractat. de cens. c. 4. n. 42 & seqq.* Carl. Loyseau *in suo tractatu du degverpissemant. l. 1. c. 9 n. 7. & seqq.* Leonar. Lessius *de iustitia & iure c. 22. dub. 4. n. 18.* ubi pluribus Extravag. Martini V. & Calixti Pontificum respondet.

Quæ cum ita sint, distinguendum erit inter annuos reditus perpetuos & hypothecatos in 171 corpore immobili & reditus nõ hypothecatos, sed duntaxat super personis & bonis generaliter constitutos. Hi habentur pro mobilibus, illi pro immobilib. nec ante hypothecam cõstitutã ullũ natum est creditori jus ad rem immobilẽ, unde ratione istius juris non potest censeri res immobilis Ant. Gabr. *l. 6. comm. opin. tit. de V. S. concl. 8. n. 4.* Marc. Ant. Peregr. *cons. 43. n. 9 vol. 1.* & post hosce Paulus Christinæus *l. 1. dec. Belgnar. 212. n. 15. vers. idem dicendum videtur & dec. 213. n. 7. fol. mihi 347. & l. 2. dec. 61. n. 3.* Argentr. *in consuetu. Britan. tit. 2. artic. 61. n. 4. & 5.*

Neq; obstat, quod dicit Felicianus de Solis al- 172 legato loco censualem contractum re contrahi, & sic nullam ex eo nasci obligationem ciuilem nec naturalem, nisi rei interventu, ut *in institut. quib. mod. re contrah. oblig.* Quia id falsum esse cẽseo, imò contractũ esse emptionis & vẽditionis: venditor siquidẽ jus percipiẽdi pensionẽ certo

precio ut planè docet Dominic. de Soto *de iuſti. & iure l.6.q.5.* Nec officit, quod in eo requiratur pecunia, quia dicta pecunia eſt precium, & ut emptio venditio non poteſt eſſe ſine precio in pecunia numerata §. 1. *Inſtit. de empt. & vendit.* ita nec dicta venditio cenſus, ſive annui reditus poteſt conſiſtere ſine ſolutione precii.

Vt interim ſilentio involvamus, frequen-
173 tiori Dd. calculo receptum eſſe, quod hujusmodi jura & actiones tertiam quandam & ſeparatam ſpeciem conſtituere & ex ſui propria natura & natiua ſignificatione neque mobilium, neque immobilium nomine contineri, cum non ſint res corporales, quæ tangi vel palpari poſſint, ne circumſcribantur loco, ſed tertiam (uti modo dictum) conſtituunt ſpeciem quæ nihil aliud eſt, quam ius quoddam, ſeu actio ad illos exigendum text. *in l. à Diuo Pio. §. in venditione ff. de re iudic.* Arius Pinell. *in rubr. C. de bon. matern.* Octav. Simoncell. *de decret. cater. ſolennit. lib. 1. tit. 3. numer. 1. fol. 172.* Surd. *conſil. 410. num. 50. pulchrè* Ioan. Bapt. Ferret. *conſil. 179. & conſil. 180. num. 15.* Peregrin. *deciſ. 70. & n. 10.* Aluar. Valaſc. *in praxi partit. & collat. cap. 13. n. 95.* Ludovic. Molina Ieſuita *de iuſtit. & iur. diſputat. 202. & 465. & 676. num. 10.*

174 Actiones autem dicuntur eſſe de eo loco, de quo eſt perſona Creditoris, cuius oſſibus ſunt affixa propter effectum exactionis *l. quis ergo caſus in fin. & l. ſi Sticho. ff. de pecul. cum ſimilib.* Sur. *conſil. 444. num. 4.* Hondedæ *conſil. 13. nu. 20. & ſeqq. vol. 1.* Ioan. Grivell. *deciſ. Dolan. 111. num. 9.* Anton. Faber. *in cod. deciſ. forenſ. lib. 4. tit. 29. definit. 2. num. 2. fol. 430.* Eleganter Felician. de Solis *d. tract. de cenſib. lib. 2 cap. 6. n. 12. verſic. Tertiũ argumentum.* Dominic. Card. Thuſcus *tom. 3. pract. concluſ. lib. 9. concluſ. 62. n. 4.*

Quæ opinio hoc caſu omnino admittenda
175 eſt, quo annuæ præſtationes non ex certis fundis ſed ex reditibus generalibus ciuitatis percipiuntur, atque ita comitantur perſonam creditoris, uti ſcitè declarat Tiraquell. *de iure primogen. qu. 49. num. 9. & 10.* Quo facit, quod realiter oritur ex hypotheca conſtituta ſuper bonis. At obligatio de Anno 1514. eſt merè perſonalis. Ergò.

Denique ſeptima dubitandi ratio parum ad
176 rem facit. Nam licet Eccleſię & pia loca pro ſuis debitis & contra ſuos debitores habeant priuilegium tacitæ hypothecæ & cum Fiſco & pupillo de iure canonico comparentur *c. 8. extr. de in integr. reſtit.* Anton. Faber. *in cod. lib. 1. tit. 9. definit. 20. n. 10.* omniaque priuilegia tributa Imperio extendi debeant ad Eccleſiam; Tamen æquiparatio illa Fiſci cum Eccleſia nulla lege tàm præciſè facta eſt, ut omnia quæ Fiſco tributa ſunt, Eccleſiæ adſcripta intelligantur, ſed ex doctorum opinionibus proficiſcitur, qui legis condendæ poteſtatem non habent, & in prędicandis Eccleſiæ prærogatiuis ſæpè immodici fuerunt:

177 Quemadmodum etiam plerumque inſigni amphibologia uſi, & nonnunquam decepti ſunt dum ea, quæ de favore Eccleſiæ (quatenus propriè cœtum fidelium & membra Chriſti uniuerſaliter ſignificat) rectè dici poſſunt, ad particulares, ut vocant Eccleſias imò ad bona earum dẽ merè ſecularia adaptarunt; Nobis verò certum ſit, Eccleſiam uti jure communi, niſi ſpecialiter reperiatur priuilegiata ab eo, qui poteſtatem habet priuilegia conferenda, Item tacitam hypothecam non induci, niſi à caſibus à lege expreſſis, uti diximus ſupra in Tertia Decidendi ratione. Quin & Tiraquellus, qui ex profeſſo con- 178
geſſit priuilegia piæ cauſæ, nullum huius priuilegii mentionem facit, & ſine legum diſpoſitione, vel Doctorum deciſione non facile adverſandum quid piam. Rectius itaque cum Baldo *in l. fin. in 3. col. verſ. ulterius quæro. C. de SS. Eccleſ.* Alexand. *in l. ſi filio §. fin, col. 3. verſic. Adde quod iſtud ff. ſolut. matrimon. & conſil. 104. incip. plura ſuper his nu. 3. verſ. Et ideo nec tacitam. vol. 6.* Neguſant. *de pign. membr. 4. p. 2. n. 121. verſic. Et iſto caſu Eccleſia nu. 1. & ſeqq. per tot.* Conſult. Saxon. *tom. 1. part. 3. q. 6. per tot.* Hartmanno Hartm. *obſervat. 20. tit. 27. ſtatuitur*, Eccleſiam vel piam cauſam ius tacitæ hypothecæ non habere, imo nequidem perſonale priuilegium quo omnibus chirographariis creditoribus præferantur illis competere. Multoque magis exſibilandus eſt Beutherus ſupra allegato loco, qui Ec- 179
cleſiam generaliter omnibus creditoribus præfert, ineptiſſimo argumento à pupillis & minoribus ducto: Cum tamen neq; pupillus, neque minor ratione pecuniæ ſuæ aliis mutuo datæ priuilegium habeat Hartm. Piſtor. *obſerv. 68. per tot.*

Iohannes Koppen verò *d. deciſ. 28. numer.* 180
283 Sexto pactum, quo quis ſe expreſſè obligat ad non alienandum,non impeditdominii tranſlationem nec inducit ius reale *l.ſi quis ita §.ea lege ff.de Verbor.Obligat.* Anton. de Gamma *deciſ. Luſitan.*356.*num.*1.*&*2. Sed ſolum tribuit actionem ad Intereſſe Menoch. *conſil.*122.*num.*79. Gail.*lib.*2.*obſervat.*137.*num.*16. ubi vide plures.

284 Igitur nec tacita non alienandi prohibitio, quæ per pactum deretrovendendo præter actionem perſonalem,alia realis actio induci poterit, ne alioqui ab hoc abſurdum prolabamur, ut majorem eſſe vim taciti, quam expreſſi affirmemus VVeſemb.*d.conſil.*39.*n.*6.

285 Ex quibus omnibus cum firmiſſimè concludatur,actionem non niſi perſonalem ex pacto de retrovendendo naſci, conſequenter quoque etiam contra ſingularem ſucceſſorem,tertiumque poſſeſſorem ex hoc pacto agi non poſſe: Iuris enim eſt expediti,actionem perſonalem neutiquam fundum ſeu prædium, ſed perſonam contrahentem, eiusque hæredes tantum ſequi, *l.fin.§.fin.ff.de contrab empt.l.*1.*§.ſi hæres ad Treb. §.ſi itaque Inſtitut.de action.l.eum cui C.deO.& A. l.fin.C de hæred.act.l.*1.*C.de cond,indeb.* Surdus. *deciſ.*173.*n.*8.*&* 9.

286 Neque deſunt huic ſententiæ ſuffragatores maximi nominis ICti. Eam enim amplectitur. Iaſon.*in l.*88.*num.*8.*ff.de pact.* ubi expreſſè dicit Caſtrenſem malè dicere cum verba pacti de Re-

287 trovendendo ſunt obliqua. Et ex profeſſo contra Caſtrenſem hanc reſpondendo ſecutus eſt, Alexand.*conſil.*10.*num.*2.*& ſeqq.lib.*1.Curt.Sen. *conſil.*12 *per tot.qui* diabolicum eſſe,ab opinione Alexandri iudicando recedere dixit. Proqua etiam citat ipſum Caſtrenſem, Cuman. Dec. & Ruynum Schraderus 2.*p.*9.*partis principalis ſect.* 10.*num.*4.Andr.Barbat.*conſil.*51.*num.*14.*verſic. Præterea faciunt.volum.*1. ubi ex promiſſione de Retrovendendo non oriri actionem in rem,ſed ſaltem perſonalem ad Intereſſe ex Angelo ſtatuit. Sic opinionem Caſtrenſis in hoc ſolere communiter reprobari, reſpondit CelſusHugo *conſil.*38.*num.*12.*& ſeq.*Inquam ſententiam etiã citat Ripam*in l.filiſfam.§.Divi num.*85.*ff.de leg.* 1.de communi atteſtantem. Pancirol.*conſil.*96. *num.*7. licet ipſe ibidem *num.*54. priorem contrariam magis probare videatur.

288 Quam tamen apertè idem Pancirolus repudiat*conſ.*10.*n.*4. ubi non eſſe attendendum Caſtrenſis opinionem adſerit. Eandemque repetit Idem Pancirol. *conſil.*144.*n.*3. Eandem etiam probat,Zaſ.*conſi.*12.*n.*34.*&ſeqq.volu.*1,Weſem. *conſil.*39.*n.*6. Berous*conſil.*155.*num* 9.*vol.*1.Petr. Iohan.Anchoranus Regienſis *q.*13.*n.*1.2.*&*3.qui præterea etiam Cumanum *in l.*1.*ff.de donat.*hanc communem atteſtantem citat, quem & præter alios retulit Covarruv.*d.c.*8.*num.*2. ubi & ipſe in pacto de Retrovendendo in forma communi verbis obliquis concepto non transferri dominium ipſo iure, ſed traditionem requiri frequentiſſimè omnium conſenſu receptam, & communem hanc aut ſaltem magis receptum eſſe ſe quoque arbitrari expreſſè fatetur licet ipſe poſtea nu.3. contrarium magis probet.Goblerus *conſil.ultim. Incip.in cauſa ius eſt poſitum.v. Igitur tom.*2.*varior.Germanor.ICtorum.* Modeſt. Piſtor. *conſil.*64.*num.*10.*ibi*: **aber einen verkaufft?** Decian. *conſil.*106.*n.*10.*& ſeq.volum.*3. Cravetta*conſil* 12.*num.*7.*qui arg.l.qui falſa. ff.de teſtibus* non eſſe laborandum de Opinione Caſtrenſis *in d.l.ſi vendiderit.* Cum idem Caſtrenſis*conſil.*306.*lib* 2. ſibi contrarius ſit, probavit. Idemque repetiit idem Cravetta*conſil.*201.*n.*2. ubi tamen nihil certi definiens ſubiicit Dd. admodum ſibi in hoc ipſo contrariari. Et quò fiat ut male audiamus, & rei avaritiæ poſtulemur, quaſi reſponſa demus, prout amicorum poſtulat deſiderium, & rei habendæ cupiditas, quaſi perpetuam vitam acturi *Cotta in memorab.c.pactum.* quem refert Surdus*conſil.*52.*num.*22. licet ipſe Surdus hanc opinionem ibi non firmet.Pro 285
hac etiam ſententia decidit Marcus *deciſ.*600.*n.* 5.*& ſeqq.vol.*1.aliosinſuper congeſſit Caualcan. *dict.deciſ.*16.*n.*2.*p.*2.*& tr. de tutore nu.* 158. Hartman. Hartmanni *pract.forens lib.*2.*obſervat.*5.*tit.* 22.*per tot.* Mynſing. 6.*obſervat.*69. *& obſervat. ſeq. numer.* 5. *& ſeq.*Gail. 2.*obſerv.*16.*per tot.*qui ambo poſteriores pro hac ſententia Cameram iudicaſſe atteſtantur. Et duo quidem in diverſis cauſis, nempè **Bernhards von Ohr** contra **Eberhard von Breck Arnold Kleinſchmied** contra **Annen Bulgin** Dnn.Aſſeſſorum vota de hac re videri poſſunt *in Symphorem. Supplicat.& votor. Camer.part.*3.*voto* 9.*&* 19. non ita dudum impreſſo. Et in cauſa Antonii **Heyman** contra **Joachim Kueffer** appellationis Anno 13.die 9. Iunii vorum prolixum Dn. Referentis extat in deciſionibus Meiſneri*lib.*2.*dec.*3. In quibus omnibus latè hæc ſententia ſtabilitur.

Sic etiam à ſupremo Imperii Tribunali pridem ſpretam eſſe contrariam ſententiam, quod 29
pactum retrovenditionis rem afficiat,noviſſimè aſſeruit Roſenth. *de feud.c.*10.*concluſ.*7.*n.*7. qui ibid.*in lit.D.* alios congeſſit. Quibus addi poſſunt Magon. *deciſ.Florent.*105.*n.*5.Ludovi. Molina *de iur.& iuſtit.part.de contractib.tract.*2. *diſp.* 374.*§.dubium eſt.* ubi hanc ſententiam contra Covarruviam amplectandam eſſe probavit. Idemque videtur ſentire Parlador.*rer.quotid.c.*1. *§.*14.*n.*12. ubi actionem ex pacto de Retrovend. deſcendentem non eſſe realem,ſed perſonalem idq; ſatis ex *d.l.* 2. *C. de pact.* inter emt. apparere apertè profitetur Hieron.de Cævallos *q.*207.*n.* 30. Hanc etiam communiorem dixit Gabriel. 29

Mudæ-

Mudæus *de pignor. & hypoth. cap. de pactis pignorum num.* 25. Hartman. Piſtor. *q.* 21. *num.* 7. *lib.* 1. *quæſt. Iuris civ. & Saxon.* Gomez. *tom.* 2. *variar. reſol. c.* 2. *n.* 29. Petra *d. q.* 8. *nu.* 233. *& ſeqq.*

92 Et ſanè fruſtraneum omnino eſt, quod clariſſimi Domini Conſulentes in §. vnd obwol ꝛc. ſupra allegata Cameræ Imperialis præiudicia eo caſu limitanda & reſtringenda eſſe exiſtimant, cum venditor fraudulenter & doloſe in præiudicium retrahentis rem in tertium poſſeſſorem alienaſſet. Haud enim hic dolus vel culpa venditoris, eò proficere, vel iſtum effectum habere poteſt, ut ius perſonale in reale tranſmutet. Et eſt textus in hanc rem expreſſus *in l. qui reſtituere verſ. ſi vero ibi: ſi quid dolo fecit, de R. V.* ubi dolus alienantis rem reſtitutioni obnoxiam hoc tantũ efficit, ut non nudam æſtimationem, ſed quantum adverſarius in litem iuraverit, non autem, ut rem ipſam præciſè præſtare teneatur, & ea à
93 tertio poſſeſſore vindicari queat. Quod ipſum poſt Baldum, Aluarot. Præpoſ. Matt. de Afflictis *in c. unic. §. ſi facta ſi de feud. de funct. content.* in Domino feudi, qui Vaſallo rem feudalem ex inveſtitura præcedente tradere obligatus eſt, ut licet dominus iſte dolo vel culpa fecerit, quo minus rei iſtius in feudum conceſſæ tradendæ facultatem haberet, in plus quam ad ſolutionem eius quod intereſt à Vaſallo adſtringi non poſſit
94 noviſſimè etiam firmavit Schrader. *part.* 5. *c.* 2. *n.* 17. *in fin.* Quo facit quod ſcientia vel ignorantia non in venditore, ſed tantum in emptore conſideretur, ut ex Baldo docet Barnab. Cornazza-
95 nus *deciſ. Rotæ Lucenſ.* 125. *n.* 5. Sic nec probare poſſum, quod iidem Domini Conſulentes d. lo. Dominorum Gailij & Mynſingeri ad iſtum caſũ reſtringunt, quando venditor rei iſtius tradendę facultatem habet quod tunc quidem contrà ipſum venditorem perſonalis actio detur. Quo minus enim ita accipiatur, apertè totus contextus & ſcopus obſervationis, Inprimis vero & id repugnat, quod Gail. *d. loc. num.* 4. *in fin. & nu. ſeq.* in caſu ab ipſo propoſito Intereſſe ſaltem à venditore peti poſſe tradat, quod ſanè non poteſt de eo venditore interpretari, qui rem adhuc apud ſe habet, vel ejus tradenda potiſ. eſt. Cum hic Intereſſe ſolvendo nec quicquam liberetur, ſed præciſè ad rei ipſius traditionem compelli poſſit *§. aliæ autem ibi neceſſitatem traditionis. Inſt. de donation.* juncta *l. ſi quis argentum. §. fin. ibi: omnimodo C. de donat. l. fin. ibi nullum quidem iudicem C. de fideicommiſſ. libert. l.* 71. §. *qui confitetur* §. *cum* §. *ſeq. ff. de leg.* 1. *l. numer.* §. 2. *l.* 30. *de act. empt. l.* 25. *de contrah. emt. §. pracium verb. tradatur. Ide empt. & vend. l.* 6. *C. de action. emptor l.* 6. *C. de reſcindend. vendit.* Gabriel. Mudęus. *de action. empt. & vendit. ca. ult. actio ex empto num.* 1. *& ſeqq.* Ex communi poſt Pinel. Soarez. *theſau. recept. ſentent. lit. R. nu.* 89. Hieron. de Cævallos *quæ.* 459. Borcholt. *de feu. c.* 7 *num.* 9. ubi vid. plures, Idem *in §. aliæ autem Inſtitut. de donat.* Mynſinger. 6. *obſervat.* 61, *nu.* 5. *&* 6. Sichard. *ad Rubric. C. de reſcind. vendit. numer.* 8. Zoanet. *in dict. l.* 2. *numer.* 71. *& ſeq.* Petra *d. quæſtion.* 8. *num.* 219. *in fin.* ubi communem dicit.

Non de alio igitur accipi Domini Gailii obſeruatio poterit, quam qui rem petitam tertio 296
poſſeſſori effectualiter alienauit, cum contra hunc ob iſtam alienationem ſaltem ad Intereſſe agatur, ut ſupra in decima quarta Ratione dubitandi primæ quæſtionis abundè probavi. Nec in diverſum me trahit, quod ibidem Domini Conſulentes pro ſtabilienda hac ſententia novum non eſſe actionem perſonalem & in rem utilem ob eandem cauſam competere ex Covarruv. *d. c.* 8. *num.* 3. & Molinæo in addit ad Alexandr. *conſil.* 10. *numer.* 1. adferunt. Quod ipſum etiam video urgere Horomannum *d. conſil.* 19. *num.* 5. *Verſic cum igitur Ius & numer.* 13. *ibid.* Vtcunque enim ſæpè idipſum fieri non diffiteor tamen aliter id ipſum accidere neutiquam poſſe 297
niſi is, qui eiusmodi actione utilis rei vindicationis experiri voluit ſuum eſſe dominium in re ſive id ſit utile ſive directum probet & vindicet certiſſima iuris principia evincunt. §. *omnium ibi: quam Titius ſuam eſſe affirmet. & §. ſic itaque ibi: rem ſuam ab aliquo petere. & rurſus ibi: per quam rem ſuam &c. Inſtit. de action. l.* 6. *l.* 23. *l. idem* 5. §. *de arbore l.* 69. *ff. de R. V. l.* 13. §. *fin. ff. de iniur. l. uxor.* 55. *in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.* §. *ſi quis in aliena. Inſtit. de R. D.*

Et docebit idipſum evidenter inductio om- 298
nium exemplorum, quotquot uſpiam in univerſo jure reperiri potuerunt, ut creditoris ad rem hypothecatam agentis, de quo *Novella* 4. *c.* 2. *legatarii* contra hæredem experientis, de quo §. *ſed olim* 2. *Inſtit. de legat.*

Emphyteutæ & ſimilium omnes enim hi rei 299
vindicationem intentantes dominium ſeu jus reale in repetita omninò probare tenetur, & eo non probat Reus, etiam injuſtè poſſidens, ab inſtituta actione Rei vindicationis abſolvendus veniat *l. fin. C. de R. V. l.* 4. *C. de edend.* Sed ejuſmodi dominium neque utile, neque directum ex pacto de retrovendendo in ſe tranſlatum nemo dicere vel ſibi vindicare poterit, cum utrunque dominium non aliter quam rei traditione, non autem pacto nudo acquiratur *d. l. traditionibus C. de pact.*

Meritò igitur etiam ab omni vindicatione tam utili, quàm directa, ſolo pacto de Retrovendendo innitens excludetur.

Haud magis etiam probare poſſum, quæ iidẽ 300
Domini Conſulentes *d. l.* huic ſententiæ Dn. Gailii & Mynſ. opponunt, verum de eo commodius paulò infra in Reſponſione ad 10. Affirmativæ Sententiæ argumentum dicturus ſum.

Erſcheinet demnach auß ſolchen bißhero pro utraq; opinione eingeführten Gründen/daß dieſelbe beyderſeits gantz ſcheinbarlich behauptet werden können.

Aber wie deme/ſo halte ichs gleichwol in meiner Geringfügigkeit gewißlich davor / daß dieſe letzte Meynung nit allein majori Dd. calculo approbirt / ſondern auch auff beſſere vnnd beſtendigere fundamenta erbawet ſey.

Damit aber ſolches deſto klärlicher erſcheine / ſo will Ich zuvorderſt erſtgehörter opinion

motiven etwas tieffer / vnd ob dieſelbe nicht mit gutem Beſtand vnd Beyſtand Rechtens abzuleinen ſeyn mögen mit müglichſter kürtze beleichten.

301 Iſtis enim tanquam nebulis diſſipatis veritas propoſitæ quæſtionis magis lucida & clara apparebit: Tota enim vis & difficultas conſiſtit in reſponſione ad contraria, & illis ſolutis firmatæ concluſiones redduntur clariores, ut dixit Deci. *conſi.* 31. *n.* 4. Roland. *conſil.* 3. *ſub n.* 40. *vol.* 1. Lud. Zuntus *in Reſponſo pro uxore n.* 188. *& ſeqq.* ubi vide plures.

RESPONSIO PRIMÆ AFFIRMATIVÆ OPINIONIS ARGVMENTA.

302 SO viel nun den Erſten *ex l. ſi cum venderet. ff. de pign. act.* auffgeglaubten Einwurff anlangt / wenns derſelbe à Dd. cõmuniter damit diluendo abgefertigt. Ideo nempe ibi competere actionem in rem venditori, quod creditor non tranſtulerit in emtorem dominium per venditionem pignoris ſed tantum ius pignoris, quod ipſe in eo habuit dominio remanente apud debitorem, Ita Iaſon. *in d. l. ab emptione nu.* 8. *ff. de pact.* quem ſequitur Hartm. Piſtoris *lib.* 2. *obſerv.* 5. *tit.* 22. *in fin.*

Es iſt aber dieſe Confutation nicht allein ar-
303 gumento à Covarruv. *d. c.* 8. *n.* 3. *contra* eam inducto, quod ſcilicet in ea ſpecie, cuius ibi meminit ICtus dominium ſuum translatum fuerit in emptorem ex eo, quod diſtractio pignoris facta fuerit per creditorem conſentiente debitore, qui dum hunc conſenſu exhibuit, jus redimendi rem & revenditionem ſibi excepiſſe videtur, cum ratam habeat venditionem à creditore hoc jus in utilitatem emptoris excipiente factam.

Sondern auch auß nachgeſetzten Worten ge-
304 nugſamb abzutreiben / dum ibi dicitur Creditorem mandare debitori actionem ex vendito ad rem ſuam recuperandam. Quomodo autem creditor mandabit debitori actionem ex vendito ad rem ſuam recuperandam, ſi non ea ipſa res ſed tantum ius pignoris venditum fuit? Repugnant ſane iuris principia, quæ ut nemini in re ſua pignus habere, ita nec idipſum vindicare permittunt *l. neq; pignus* 45 *ff. de R. I.* Nec magis placet ea, quàm noviſſimè Ludov. Molina *d. diſput.* 374. ad hunc text. attulit, reſponſio, qui illum ita intelligendum opinatur, ut debitori competat rei vindicatio, ſi creditor pignus non ſervatis omnibus requiſitis vendidiſſet, cum tunc per eam venditionem præſertim cum pacto illo factam debitor non amiſerit dominiũ pignoris, eaq; de cauſa agere poſſit rei vindicatione. Præterquam enim quod illa merè divinatoria ſit, nec ICtus vel ulla ſyllaba debitæ non ſolennitatis ſervatæ in tota illa lege mentionẽ faciat, ut meritò, quod lex non dicit, nec nos dicere oporteat. Accedit inſuper & id, quod ICtus expreſſè vim & causã
305 rei vindicationis debitori datæ in ſolam convẽtionem ſeu pactũ transferat ibi: *Ob hanc conventionem pignoratitiis actionib. teneri creditorem, ut debitori mandet ex vendito actionem adverſus emptorem.* Non igitur alia ulla extrinſeca quærenda cauſa eſt, quam lex non agnovit.

Mallem itaque vel cum gl. & Bartolo ibidem
309 aſſerere, verba iſta: *Sed & ipſe debitor vindicare rem poterit*, ita accipienda eſſe, ac ſi ipſe ICtus in continenti ſubiunctis verbis, *aut in factum actione adverſus emptorem agere*, illa corrigeret, & quod prius dixerat, debitorem poſſe vindicare rem, id corrigere per verba ſeqq. Eiuſmodi enim correctiones ſui ipſius frequentes Vlpiano eſſe docet *in l. ſimili. l. Et eleganter.* 7. *§. ſervus §. ubi: niſi fortè quis ff. ad SC. Tertyll.* Aut ſi hoc ipſum minus alicui arridebit, dicam in ſpecie iſti-
307 us l. pactum expreſſè in reſolutionem contractus ipſo jure inducendam conceptum fuiſſe. Quod ipſum evidenter evincunt verba iſta, *liceret ei recipere rem ſuam.* Verbum enim recipere ſeu rurſus capere effectum acquiſitionis habet *l.* 71. *de Verbor. ſignific.*

Cum autem pactum ita conceptum eſt, ut
308 ſonet in re ſolutionem contractus, tunc ad priorem dominium ſeu debitorem ipſo iure dominium redire, & conſequenter rei vindicationem ipſi tribui, verius eſt. Idque exemplo pacti L. commiſſoriæ & addictionis in diem ex Baldo
309 Caſtrenſe, Decio & aliis probat Roland. *conſil.* 62. *numer.* 41. *& ſeqq vol.* 2. Petra *d. q.* 8. *nu.* 198. Ioſeph. Ludovic. *concluſ.* 74. *num.* 15. Tiraquell. *de Retract. convent. §.* 1. *gl.* 7. *num.* 14. Ad hunc autem modum cum regulariter neutiquam pa-
310 ctum, ſed ſaltem ſimpliciter & obliquis, ut loquuntur Dd. concipiatur verbis, fruſtra lex hæc eo trahetur, niſi fortè etiam hoc modo, & per verba directè dominii reſolutiva conceptũ eſſet; Quo quidem caſu idem etiam obtinere in pacto de retrovendendo plurimi & ſupradictis Dd. tradidere, quos in ſpecie infra referam.

Die ander *ex l Ea lege C. de condict. cauſa dat.* 311
geſchloſſene zweiffeliche illation wird mit dieſer beſtendiger Antwortt enervirt vnnd geſchwächet.

Primò enim iſta lege abſolutè & ita inhiberi effectum alienationis rei contra prohibitionem donantis alienatæ, ut alienatio iſta omnino nulla ſit. Continenter enim ſubiicitur disjunctiva, VEL, ait, ut donatori, vel eius hæredibus condictio, ſi non fuerit cõditio ſervata, quæratur, ubi verba ſane iſta, *ſi condicio non fuerit ſervata*, evidenter oſtendunt, eam non ſervari & conſequenter rem alienari poſſe. Quod etiam ipſum genus actionis, condictio nempè, quæ in iſta lege donatario datur, evincit. Non enim condictio daretur, niſi res cum effectu alienata foret. Non igitur vult *d. l. ea lege*, eius-
312 modi conventionem de non alienando efficere abſolutè, ne res hoc pacto donata alienetur, ſed ne alienetur ita, quando donator hæresvè ejus teneatur condictione ob cauſam data re non ſecuta; ut is ſenſus ſit, conventionẽ iſtã efficere alterutrũ, vel ut ne donatari volũtate ſua rẽ alienet, ut poſſit, vel, ut ſi alienabit, teneatur condictione, prout rectè hanc l. explicavit,

Donel-

Donellus *in l. si ita quis* 135. §. *ea lege donatum n. 6. de Verbor. Oblig.*

13 Deinde condictio, quæ in *l. l. ex lege* tribuitur contra ipsum, qui rem alienari prohibitam alienavit, actio in personam est. *appellamus* 15. *Institut. de act.* Actionem autem in personam etiam ex pacto de retrovertendo dari neutiquam, sed in rem dari negamus. Con-

14 dictio illa quidem rem alienatam prsequitur, sed hoc non minus commune est plrique personalibus actionibus, quæ rei pesequendæ causa comparatæ sunt §. *Res.* 17. *Instit. de. act.*

Inde tamen has actiones in rem est, eamque

15 sequi, nec is, qui saltem prima initia juris supremis degustarit labris, statuet; Rem persequuntur actiones non minus personales, quam reales ad eum quippe effectum, ut re perempta æstimatio eius à debitore præstanda sit *l. qui restituere* §. *hæc sententia ff. de R. V. l. si eum servum ff. de reb. credit. l. fin ff. de neg. gest. l. quod habitum ibi: aut idipsum aut tantundem ff. de condict. indeb.* non autem ut his æquè, ac illis contra quemcunque possessorem procedi queat: Hcc enim non patitur in persona residens obligatio, quæ est personalibus actionibus propria §. *omnium versi. Neq; igitur Instit. de action.* & quæ personam duntaxat, non autem eum, qui nullo iure obligationis contractus vel quid tenetur, adstringit, *l. fin.* §. *fin ff. de contrab. empt.*

16 **Zu Abkürtzung deß dritten** *ex l. fin. C. de reb. alien. non alienand. & l. fin. C. de pact. inter empt.* **geschöpfften** argumentis, **damit man die** præcisam necessitatem non alienandi **erfechten will/ ist fürnemblich in acht zunehmen** / quod utcunq; pactum non solum dominii alienationem, sed & ususfructus dationem vel hypothecam, ibi penitus prohiberi, Iustinianus statuat, non tamen inde necessario effici, si contra prohibitionem istam alienatio ususfructus constitutio vel hypotheca fiat, eam nullam esse, vel eamquo

17 minus fiat, præcisè impediri Aliud enim est, quid prohiberi, aliud impediri, vel nullum declarari. Prohibitio alienationis eum saltem effectum habet, ut sit actio adversus eum, qui alienavit, & is condemnetur in rei æstimationem omnemque causam, ut enodatè explicat Donell. *in d.* §. *ea lege donatum numer. septim.* Non autem irritat ipsam alienationem argument. *l. ubi* §. *fin. cum ibi notat. ff. de verb. Oblig.*

18 Diversa enim sunt, actum nullum dicere, aliud eum prohibere, per prohibitionem enim infertur annullatio. Mandell. *consil.* 21. *numer.* 13.

19 **Gleich so wenig liegt in Wege** text. *in l. si creditor.* §. *fin. de distract. pignor.* **Welcher vors Vierdte angezogen/ seytemahl derselbe ohn schwer** ex distinctione Salyceti *in d. l. si creditor.* §. *fin.* **vnnd dero gestalt abzuleinen** / ut dicamus nullam quidem esse venditionem à debitore contra pactum creditoris de non alienando factam quoad huius creditoris præiudicium; Cum hic nihilominus hypothecam suam etiam ad alium translatam persequi, & ob hanc etiam alienationem id, quod eius interest hypothecam alienatam non fuisse, consequi possit, non autem, ut hypotheca alienata ad emptorem non transeat, qui intellectus suadetur verbis responsi (*ut pactioni stetur*) hæc enim restitutionis causa videtur addita esse, ut significetur non omninò nullam esse, sed eatenus ut id quod interest, in casum contraventionis peti possit, & eius metu pactioni stetur, prout Salycetum sequendo latius & eleganter explicavit Gabriel. Mudæus *de pignor. & hypothec. rubric. de pactis pignorum n.* 18. *& seq.*

So redet auch Paulus *in l. voluntate. §. fin. ff.* 320 *quib. mod. pign. vel hypothec. solv.* vel ipso Covarruv. fatente in den terminis, quando resolutio dominii ipso iure fit, & omnia in pristinum statum absq; ulla traditione reponuntur. Quod non obtinere in pacto de retrovendendo in forma communi, seu verbis obliquis concepto, iam ante in Responsione ad septimum argumẽtum circa finem demonstravi.

Keiner sonderbaren Erheblichkeit ist / was ferner sechstens de nullitate alienationis per testatorem prohibitæ **auff die beygebracht** / speciale enim id est in prohibitione alienationis à testatore vel à lege facta, cum illa rem afficiat, & per consequens dominii translationem impediat, Dd. *in authent. res quæ & l. fin. §. sed quia nostra C. communia de legat.* Et hanc differentiam pro- 322 bè notavit Tiraquell. *de retract. convent.* §. 1. *gl.* 7. *numer.* 11. ante ipsum Iason. *in d. auth. nu.* 2. *versic. Quarto limita.* Boer. *decis.* 129. *nume.* 6. Moller. 5. *semestr. c.* 70. *in pr.* Gail. 2. *observ.* 16. *numer.* 7. *& observat.* 137. *numer.* 16. *eod. libr.* 2.

Et plus supremis voluntatibus morientium 323 tribui quam viventium, & iustum uti, quisque legaverit, id est, statuerit de re sua, ita ius esse, idque etiam ut fiat hominibus deberi, & publicè interesse neminem ignorare patitur *l. verbis ff. de V. S. l.* 1. *C. de SS. Eccles. l. vel negare. ff quemadmodum testam. aper.*

Vnde & favore ultimæ voluntatis præcisè quem cogi ad factum, docet post alios, quos al- 324 legat Petra *d. q.* 8. *num.* 185.

Zu deme ist dißfalls / ubi de annullatione actus agitur, **ein grosser Vnterscheid zumachen** / 325 inter tacitam prohibitionem alienationis, quam per pactum de retrovendendo induci asserit Ripa, & eam quæ expressis verbis fit. Quando enim agimus de annullatione actus, tunc non est eadem virtus taciti, quæ est expressi, sed actus magis inficitur ab expresso, quam tacito, & potentior est expressus, quàm tacitus, latè & pluribus idipsum illustrans Tiraquell. *de legibus Connub. expressis gl.* 7. *nu* 49. *& seqq. q.* Elegan. declarando Surd. *consil.* 351. *numer.* 34. *& sequent.*

Sic enim quasi in terminis eum, qui tacitam prohibitionem alienationis transgreditur 326 teneri saltem ad precium, cum is, qui expressæ prohibitioni de non alienando contraveniat, ad rem ipsam restituendam teneatur, & hoc quidem casu ipso iure nullam esse alienationem ut à tertio possessore res vindicari possit

ſecus autem illo, latè Tiraquell. *d.loc. numer.* 57. Boer. *deciſ.* 129. *num.* 5. & 6. *verſic. ſi tamen* Surd. *d.loc. numer.* 36. & *ſeq.* ubi vid. plures.

Betreffend die ſiebende ration, kan ſolche
327 fürglich verbis formalibus Cacherani *conſil.* 48. *num.* 33 vmb vnnd zu boden gerennet werden/ *ubi aut,* Maximum eſt diſcrimen inter pactum legis commiſſoriæ addictionis in diem, redhibitoriam & promiſſionem de retrovendendo. Quoniam per pactum de retrovendendo, etiam oblato precio, non reſolvitur contractus ipſo iure, nec dominium transfertur, ſed eſt neceſſariano va venditio & rei traditio.

Quod ſimiliter docuit Mynſing. 6. *obſerv.* 50. *n.* 2. & 3. Hieronym. de Cævallos *q.* 299. And. Rauchbar. *q.* 19. *num.* 11. & *ſeq.* Coral. 3. *miſcell.* 9. *num.* 6. Ex ſpeciale hoc eſſe in pacto legis
328 Commiſſoriæ & adiectionis in diem, ut dominium ipſo iure retro transferatur, tradit Marcus *deciſ.* 571. *verſ. Sed Contrarium* Idem *deciſ.* 600. *num.* 4. & 5. *p.* 1. & alii, quos ad longum cumulat Vaſq. 6. *controverſ.* 69. *num.* 1. & 8. ubi & ipſe hanc ſententiam admittit etiam in pacto de retrovendendo, quando pactum eſſet per verba mere obliqua conceptum.

329 Et hanc ſententiam ſpeciale videlicet eſſe iſto in pacto L. Commiſſoriæ reſpondendo ſecutus eſt Bertrand. *conſil.* 259. *addendo numer.* 14. *vol.* 7. Berous *conſil.* 164. *num.* 25. *vol.* 1. Pancirol. 144. *num.* 3. Crauett. *conſ.* 761. *n.* 2. *ubi vid. plures.* Quibus & alios addit Surdus *conſil.* 52. *nu.* 22. & plurimos in hanc ſententiam cumulat Covarru. *d.c.* 8. *n.* 2. An vero tunc idem obtineat in pacto de retrovendendo, quod in pactis L. Commiſſoriæ & addictionis in diem ſervari diximus, ſi huic de retrovendendo eſſet adpoſita clauſula annullativa & reſolutiva, vel per verba indirecta conceptum foret, infra dicturus ſum.

Zu Ablehnung deß Achten widrigen Grunds
330 iſt der Vnterſcheid inter onera perſonæ & rei inhærentia in Obacht zuhalten/ Onera quæ rei inhærent alienando, dominium rei una cum reipſa transferimus iuxta *d.l. alienatio ff. de contract. empt.* quæ eo caſu rectè procedit: Tranſit enim onus prædii reale cum prædio ipſo ad ſucceſſorem ſingularem *l. Iulianus. ff. de manum teſtam. l. Imperatores* 7. & *l. commiſſo* 14 *ff. de publican. & vectigal.* Ioſeph. Ludov. *commun. concl.* 74. *nu.* 10.
331 Secus autem in obligationibus perſonalibus, quæ nec prædium, nec eius poſſeſſorem ſequũtur *l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. l.* 1. §. *ſi hæres* 16. *ad Trebell. l. fin. C. de hæred. action. cum ſimil.*

332 Alſo thut auch wenig fürdringen/ daß vors Neundte/ quaſi pactum omni effectu deſtitueretur, niſi res ipſa reſtituenda foret in contrariis eingeſprenget/ cum ſecundum ea, quæ ſupra diximus, ad intereſſe præſtandum vi pacti promiſſor teneatur, qui ſanè effectus huic cum omnibus facti obligationibus communis non minimus eſt, ut cuius vi per indirectum id, quod nobis promiſſum eſt, conſequimur, quemadmodum ſupra in primæ quæſtionis 13. & 14. Ratione dubitandi, & in earundem Reſponſionibus latè demonſtravimus.

Es wird angegebener maſſen hierdurch ſeiner Gefehrlichkeit Thür vnnd Thor eröffnet/ cum
333 diſponens ea re ſua pro lubitu fraudem committere non cenſeatur, quamuis ex hac diſpoſitione in conſequentiam alius damno afficeretur Crauetta *conſil.* 6. *numer.* 120. & *ſeqq.* Ruyn. *conſil.* 213. *num* 10. *vol.* 1. Menoch. 226. *numer.* 25. & *ſeqq.* Beccis *conſil.* 52. *numer.* 25. quos refert & ſequitur Ionded. *conſil.* 71. *num.* 8. *volumin.* 1. Exiſtimandus enim eſt, non animo fraudandi
334 legem ve pactum, ſed ſui commodi ſaltem gratia aliter, quam pacto conventum erat, de re ſua diſpoſuiſſe *l. ſi pupillus. ff. de acquir. hæred.* Iohan. de Imola *in l. Iulianus numer.* 2. *ff. eod.* Quando autem principaliter & directò ad frau-
335 dem actus non adparet ordinatus, licet ex eo fraus ſequatur illa non habetur in conſideratione textus *in l. non eſſe ff. de ſtatu liber.* Cephal. *conſil.* 119. *numer.* 9. & *ſeqq. libr.* 2. Eleganter *in noſtris* retractus terminis Tiraquell. *de retract. conſaigu. in præfat. num.* 78. & *ſeqq.* quem ſequitur Decian. *conſil.* 59. *nu.* 17. *vol.* 1. Hondedæ. *d. conſi.* 7. *num.* 11. *vol.* 1. Cum conſilium & animus frau-
336 dandi ipſi deeſſe poſſit, qui tamen ad fraudem inducendam inprimis requiritur *l.* 79. *ff. de R. I. l.* 4. *§. ſi quis autem ff. de fideicommiſſ. libertat.* Imò vel ex ſola præſumptione deſit, cui quidem
337 præſumptioni fraudis excluſivæ ſtatur, donec, qui fraudem allegat, concludentibus rationibus illam evincat, latè Decian. *d. conſil.* 59. *nu.* 3. & *ſeqq. lib.* 1. Honded. *d. conſil.* 7. *n* 10. *vol.* 1.

Demnach auch à Statuto ad pactum affirma-
338 tivè keine beſtändige Folgerung zuflechten / als wird auch mit der zehenden obeingeführten Ratiõ nichts ſonders zuerobern ſeyn/ Nec enim valet affirmativè argumentum. Hoc ſtatuto rectè fit, igitur & pacto fieri poteſt, cum maior ſit poteſtas legis quam nominis, licet negativè procedere poſſit, *l. fin. C. de fideiuſſor.* Communem dicit Iaſon. *in l. hac conſultiſſima numer.* 5. *C. de teſtam.* Euerhard. *in loc. a pacto ad legem vel ſtatutum nu.* 10. Hieronym. de Cævallos *q.* 9. *num.* 2. *Gail.* 2. *obſerv.* 9. *n.* 4.

Et in individuo diverſitatis rationem, cur ex
339 pacto de retrovendendo non naſcatur niſi actio in rem, cum tamen ea ex iure retractus agnatico, ſtatuto vel lege inducto detur, hanc eſſe exiſtimat Weſembec. *conſil* 39. *n.* 6. *verſic. diſtingui poſſet.* Quod illud non veniat ex conventione
340 ſed lege vel ſtatuto, quæ ipſo iure plerumque operantur arg. *tot. tit. C. in quib. communis tacit. pign. contrahat.*

Nec poteſt oriri inde actio perſonalis, cum
341 nullus contractus vel quaſi interveniat inter emptorem & conſanguineum eius, ex quo oriri poſſit actio perſonali, iuxta §. 1. *Inſtitut. de action.* ut rectè dixit Tiraquell. *de retract. conſanguin. §.* 8. *gl.* 5, *n.* 6.

Quod ſanè ſecus ſe habet in contractu con-
342 ventionali. Is enim contractu & facto hominis innititur, ex quo obligatio perſonalis oritur, §. *omnium verſic. neque agit, Inſtitut. de action.*

Was

Was gestalt sich aber die edle Nothafften auff
343 solch Jus retractus agnaticum diß Orths füglich ziehen möchten / kan ich nicht ersinnen / dann ob wol das Dorff Hochdorff von den Nothafften erst herkommen / so ists doch nach Außweisung sub lit. A. beygelegtes Kauffbrieffs hernacher purè ohn einig reservat oder Widerlöß erblich vnd ewiglich auff ein ander vnd frembden Stam nemblich an die von Bernhausen/per alienationem devolvirt vnd gewaltzet.

Dannenhero / wie nicht weniger daß solche
344 iura retractus agnatici allein an den Oertern/ da dieselbe durch sonderbare municipal Setzung oder Gebrauch eingeführet / vnd sonst de iure cõmuni in kein Obacht zuhalten / so wird man vber diese dem H. Römischen Reich allein ohne Mittel angehörige vnnd derselben directò vnterworffene Guter nach dessen gemeinen Rechten allein richten vnd vrtheilen müssen/ secundum ea, quæ similiter iam ante in fine Rationum decidendi primæ quæstionis deducta sunt, Bona enim immobilia iudicanda sunt secundum territori-
345 um & Iurisdictionem eius, cui immediatè parent; & consuetudines vel Statuta localia non tenẽt nisi res statuentib. subditas & in ipsorum Statutorium Iurisdictione sitas. Extra autem territorium ipsorum neutiquam extenduntur,sed ibi servari debet iuris communis dispositio, *l. fin. ff. de Iurisdict. arg. l. fin. ff. de offic. præfect. urba. l. 1. C. de commerc. & mercat.* Cephal. *consil.* 278. *num.* 104. Gail *lib.* 2. *observat.* 124. *num.* 8 *& seqq.* Cacheran. *consil.* 76. *n.* 19.

346 Et ita non minus in terminis Iuris retractus, quam generatim, cum quærimus de iure quopiam proficiscente ex re aliqua, sive de libertate aut servitute rei, sive de facultate circa rem debere servari ius loci, in quo res ipsa sita est præter Benedellum supra allegatum probat Tiraquell. *de retract. lignagier. §. 1 gl. 1. nu. 1. & seqq.* ubi vid. plures.

Also wird ferner dem ex quadam tacitè subintellecta hypothecatione bonorum fürs Elffte vbel ersp[illegible]irt angeben in specie à V Vesembe.
347 *d. consil.* 39. optima iuris ratione widersprochen/ Nec verum est ait, ejusmodi pactis pignus in re constitui, cum ne quidem ob conventum precium res pignori obligetur nisi hypotheca sit expressum reservata Dd. *in l. Iulianus. §. offerri ff. de act. emt.* Constitutio enim pignoris
348 contractus est l. 1. ff. de pignor. act. ideoque etiam instar cæterorum contractùum facti erit, *l. consilio ff. de curat. furios.* Factum autem nunquam ex tacito subintellectu inducitur, sed id
349 in specie probare oportet *l. asseveratio C. de non n. pecun.*

350 Neque nobis fingendi hypothecas in contractibus ulla est potestas; Solius enim iuris, non hominis est, in conventionibus hypothecam fingere ex tacito subintellectu *tot. tit. in quibus causis pignor. vel hypothec. contrah. elegantius* Iohan. Baptist. Costa *de iur. & fact. scient. distin. 2. cent. 1. numer.* 17. *& seq.* ubi ex Surdo *decis.* 31. *numer.* 8. & Vivio *decis.* 451. *numer. septimo libr. tertio.* hypothecam non habere locum, nisi in casibus à jure expressis ea ratione docet, quod in his, quæ finguntur, à lege nihil addi aut minui debeat, postquam hominis non est fingere, sed legis secundum Bartol. *in l. si is qui pro emptore in fine 1. quæstion. de fictione inductiva ff. de usucap.* Negusant. *de pign. tertiæ partis membro 10. num. 24. & seqq.* Burlat. *consil.* 103. *numer.* 13. *& seqq.*

Quinimo durior efficeretur condicio pa- 351
ciscentis, dum personali obligatione ex post facto etiam realis à contrahente non expressè adjiceretur *l. plus cautionis ff. de R. I. l.* 1. § *iubet autem ff. de collat.*

Quod sanè non aliter, nisi idipsum in 352
contractu expressè conventum foret, fieri neutiquam convenit, ne alioqui sinè facto suo ipsius condicio deterior efficiatur contra sensum l. id quod nostrum *& l. non debet ff. de R. I.* Qua ratione in simili non posse Instrumento debitoris 353
adjici clausulam guarentigiæ, si de ea expressè conventum non esset in contractu, tradidit Gomez. *de contractib. c. 2. numer. 17. ubi communem ait* Cavalcan. *decis. 11. num. 29. & decis. 27. nu. 89. & 90. pr.* Mandell. *consil. 33. num. 4.* Roderic. Soarez. *in l. post rem iudicatam circa fin. §. Item quæritur num. 1.*

Accedit, quod non posse clausulam constitu- 354
ti & quamvis aliam novum effectum inducentem de stylo & consuetudine à Notario suppleri, ex Alexandro *consil. 29. vol. 2.* probavit Bernhard. Muscatellus *in praxi ciuili secunda Instantiæ gl. 1. partis primæ Sententiæ num. 151.*

Et in terminis, non posse sapientem in In- 355
strumento contractus supplere fideiussoris dationem à partibus in contractu non expressam, docet eleganter. Pax Schala *de contractuum & ultimarum voluntatum compositione ad consilium Sapientis c. 4. ubi ait:* Sapientem non posse consulendo contractus naturam excedere, sed eius est contrahentes tantum certiores facere in iis, quæ à iure proveniunt, atque juris cautelas docere, à facto abstinere. Et paulò post ex Odofredo *in l. 1. C. de procurat.* nisi natura contractus postularet, non esse ab ipso faciendam Interpretationem promissionis cum fideiussoribus vel pignoribus, expressè subiunxit.

De natura autem pacti vel emptionis esse 356
pignoris constitutionem, nemo ut opinor dixerit, certissimam igitur istam & hic meritò servabimus regulam: Quod scriptura vel Instrumentum inter ipsas partes celebratum non cantat, nec nos cantare debemus. Scriptura enim suos probat limites ex Afflicto, 357
Flamin. de Rubeis *consil. 5. numer. 163. lib prim.* Surd. *consil. 150. n. 32. & consil. 220. numer. 12. & seqq.*

Et quod partes in contractu verbis non ex- 358
presserunt, nec ad id se obligasse, imò nec mente cogitasse iudicandi sunt *l. labeo §. Idem Tubero. ff. supell. legat.* Quicquid enim in contractibus reperitur à contrahentibus omissum habetur pro omisso & excluso,

l.quicquid aſtringendæ de Verb.Oblig.l. veterib. de
359 *pact.cum ſimil.* Cum nihil aliud inquirendum ſit quam quod legitur in inſtrumento ſcriptũ Bald. *in l fin.C.de falſ.cauſa adiect.leg.* Et in contractib.
360 cenſendum eſt, quod partes non voluerint id, quod non dixerunt, quia cum facilè fuerit eis hoc exprimere, ſi voluiſſent videntur, non voluiſſe, quando non expreſſerunt, nam ſi voluiſſẽt dixiſſent *l.unic.§.ſin autem C.de cad.toll. c. ad audientiam de decimis.* poſt Decium Cephalus *conſil.626.n.7.& ſeq.lib.5.* Surd.*deciſ.21.n.9. & ſeqq.* Idem eleganter *d.conſil.150.n.32.* Ceph.*conſ.144. n.1.& ſeq.* Cravetta *conſ.161.n.8.* Bellon.*conſil.29. n.5.* Berous *conſ.147.n.2.vol.1.& conſil.140.n. 2. vol.2.* Adeoq; contractus non recipere cuiusquã ampliativam Interpretationem, etiamſi promiſ-
361 ſio ſine ea ſtare non poſſet, dixit Baldus *conſi.145 colum.pen.vol.3.* quem refert Roland. *conſ.59.n. 25.vol.3.* Surdus *conſil.127.n.34.*

Man darff auch Tiraquelli Caualcani, Boerii de recepta conſuetudine hypothecandi atteſtation **diß Orts glauben allerdings nicht zuſchreibẽ zumal daß man gewißlich / ſonderlich aber in Römiſchen Reich Teutſcher Nation von vielen Jahren alle vnd newe Inſtrumenta wird verzeigẽ kõnnen / da dergleichen** hypothecatio **nit beſchehen / auch darauff weder** in iudicio **noch** extra **gangen**
362 **worden**/ nec ſufficit de conſuetudine ſimpliciter atteſtari, ſed ea in ſpecie probanda eſt, adeo ut nec ſufficeret multa allegare, & producere Inſtrumenta, in quibus expreſſa hypothecatio facta non foret, niſi ſimul probetur vi iſtorum tãquam tacitam hypothecationem continentium in rem hypothecatam actum & proceſſum fuiſſe, ut in ſimili de Inventario loquendo ait Abbas *conſil.73.num.53.lib.2.* Natta *conſil.576 num.9. & ſeqq* Burſat. *conſil.339.n.34.* Roland.*conſil.73. num.41.vol.2.*

Fürnemblich vnnd in mehrern bedencken / daß
363 **auch** dd,Dd.**allein** de conſuetudine Inſtrumentorum iſtius regionis vel provinciæ in qua habitarunt, Italiæ, nempe & Galliæ, **aber gar nit von der Teutſchen gebrauchẽ**/cum in Germania nunquam vixerint, **ichtwas glaubwürdiges bekundtſchafften kõnnen**/iuxta diſtinct. Antonii Gabrielii *tit.de probat.conclu.4.n.3.* Iohan.Dilect. *de arte teſtandi tit.6.cautela 35.nu.3.* ubi ſe ita tam in curia provinciæ Marchiæ Anconitanæ, quam curiæ Romanæ ſervari vidiſſe, refert Franciſc.Herculan.*de proband.Negativa n.302.in quinta cõtrariæ ſententiæ reſtrictione.* Maſcar.*concl.528.n.6.* Menoch.*caſu 360.numer.94.& conſil.911. nume. 8.* Hondedæ. *conſil.101.numer.39. & conſil.110. numer.19.volum.1.* qui reſpectu loci, in quo Doctor non fuit verſatus eius atteſtationem de more vel conſuetudine nullam probationem, imò nec præſumptionem facere putat, & hoc de intentione omnium eſſe ait noviſſimè Knichen. *de veſtitur pactionib.part.3.cap.1.num.363. & ſeqq.*

Wol iſt nicht ohne / daß / wie zum Beſchluß
364 **angeregt**/**viel ſonderlich aber** à Covarruv.*d.c.8.n. 3.* **zuſammen getragene Rechtslehrer ſolche obverſtandene** opinion **in jhren Schrifften geführet aber do gleichwol dann mehrertheils** præſuppoſita **vnd** circumſtantiæ cauſæ & terminorum, **darinn ſie reden**/**eygentlich beſtehen vnd erwogen werden** / **befind ſich**/**daß die meiſten nicht auff ein bloſſes** pactum de retrovendendo **ihren Grund geſetzet.**

Pinellus enim allegato loco cum aliis ab 365
eo citatis ex profeſſo agit de eo qui adhuc rei tradendæ facultatem habet, eumque ex promiſſione præciſè ad rei præſtationem compelli vult, haud ſecus ut verum venditorem. Quæſtio autem noſtra in eo verſatur, ſi res jam ad tertium venerit, ut ipſe promiſſor amplius rei tradenda facultatem non hæreret, anne eo caſu à tertio repeti queat?

Cavalcan. Marilian. Magon. Raudenſis 366
Menoch. in eo caſu decidunt, ubi pacto de retrovendendo expreſſè adiecta fuit pignoris cõſtitutio, quo caſu contra tertium poſſeſſorem vi iuris realis procedi poſſe, non dubitatur. Adeò ut idipſum pro cautela in pactione de retrovendendo ſervanda, notarit Roderic. Soarez, *in l.poſt rem iudicatam cap. Ibi: que las cumplades numer.7. & ſequentib.* & probatum fuit latius in vndecima ratione affirmativæ ſententiæ.

Boerius autem Crauetta, Molinæus & ple- 367
rique cæteri eo caſu loquuntur, quando pactũ factum fuiſſet per verba directa ad formam L. commiſſoriæ ut patet ex deciſione Boerii 182. *numer.19. & deciſ.124. numer.27.* Quo caſu facilus eiuſmodi ſententia admitti poterit, ut infra diximus.

Hos autem & ab iis citatos Dd. in eiuſmo- 368
di diverſis caſibus loquentes ſi enumeremus, apparebit, eos, qui ſuperiori ſententiæ adſtipulantur, nequaquam huic poſteriori numero æquales fore, ut meritò Covarruv.*d.c.8.numer.2.* pactum de retrovendendo verbis obliquis adpoſitum non habere hunc effectum, quod transferatur dominium in venditorem abſque traditione, procul dubio ab omnibus frequentiſſimo omnium conſenſu receptum eſſe, apertè pronunciarit.

Si etiam, ut ea opinio potior ſit, rationib. 369
penſemus, & ſcriptorum controverſias rationũ pondere, non partium numero cenſeamus, ſecundum præceptum Parladorii, *lib.1.rer.quotid.c.fin.prima ampliatione Toletanæ legis n 6.* Hieronym. de Cævallos *in præfat.pract.quæſtio. num.14.* ex hactenus deductis adparere poſſe, exiſtimo, nec hanc negativam ſuperiori affirmativæ in eo quicquam codex.

Accedit, quod uniformis ſtylus iudi- 370
cii & caſuum ſimiliter iudicatorum in Camera Imperii huic opinioni adſtipuletur de quo Gailius & Mynſinger. *dict. ſupra locis.* Sæpius autem ſimiliter iudicata ſunt etiam in futuris pro legibus habenda: Ideoque à præiudiciis valere argumentum, ex Cicerone *in Partitionibus* tradit Petrus Ærodius rerum iudicatur. *lib.1.tit.1.§.7.* Et eam opinionẽ

pro

pro qua stat stylus Judicii & Casuum similium decisio à judice in primis observari debet, & in præiudicium communis opinionis, uti supra in primæ quæstionis penultima Ratione Dubitandi prolixius dictum & evictum fuit.

371 Unde etiam est quod Camera expressè mandatum sit, uniformem stylum & morem veterem probumque, tum in processibus decernendis, tùm & causis decidendis servare Recessu Imperii Anno 70. §. **dieweil auch**. & seqq.

372 Neque huic opinioni quicquam resistit præiudicium, quod pro affirmativa attulimus in causa **Gaben** contra **Abtissin zu Vberwasser in Münster**/ꝛc. Licet enim ibi singularis & quidem dotis titulus allegatus esset, tamen is sufficienter nusquam probatus erat, nec constabat, filiam dotatam renunciasse hæreditati paternæ; Unde manebat præsumptio contra istam, si filia, ergo hæres, & non singularis, sed universalis successor.

373 Sic ad positum ibi erat, pacto retrovenditionis pactum prohibitivum alienationis seu divisionis, quæ conventio pacto de retrovendendo iuncta facit, quod etiam contra singularem successorem agi queat secundum Roder. Soarez. *in repet. d. l. post remiudicatam d. cap. num. 9. & seq. fol.* 535.

374 Firmabatur etiam causa ex parte reluentium æquitate, quia prædia pro minimo precio ab initio vendita vel potius ad formam antichreseos oppignorata fuerant. Quæ circumstantiæ nostræ hypothesi & simplici pacto de retrovendendo non per omnia & in omnibus convenientes facilè inducere potuerunt diversitatem & mutationem iuris; Cum, ut etiam supra
375 dixi, ex minimæ mutatione facti totum ius mutetur Cagnol. *in l. ea est natura 66. in fin. ff. de R. I.* Mantica *de coniect. ult. voluntat. lib.* 8. *tit.* 16. *nu.* 60. Petra *de fideicommiss. quæst.* 11. *num.* 573. Portius *conf.* 168. *num.* 12. Adeoque in facti probatione vel unam solam dictionem unam syllabam, imò tota unum posse ius mutare Pacian. *conf.* 8. *à princip.*

376 **Wann nun solchem nach auß bißhero verstandenen** Rationibus **der Proceß wieder den jetzigen Anhebern / als** tertium possessorem, **schwerlich mit Bestand zuerheben/vnd noch vngewisser / ob in contradictorio iudicio der obsieg Rechtens wieder jhn zuerhalten seyn möchte / als will ich zum Beschluß dieser** quæstion **etliche andere Rechtsgründe/deren die Edle Nothhafften auch gegen den dritten** possessorem **meines ermässens mit mehrer Sicher- vnd Beständigkeit sich nützlich zugebrauchen / kürtzlich anziehen vnd einführen.**

Vnd zwar/da alsbald anfangs / wie Holdermanns adelichen Freunden zugeschrieben / den Ehrgedachten Nothhafften den Kauff ferner confirmiren zulassen / sie aber durch allerley vergebliche gesuchte Außflüchte solches verwiedert/ die Sache zu recht gezogen/vnnd darinn vor endlich Beschluß hernacher mit Herrn D. Enzlin verglichenen Kauffs vnd darauf erfolgter würcklicher Einreumung biß zur litis contestation **oder Krieges-Befestigung verfahren wäre / so hätte man ein gantz ebnen ohnstreitigen Weg wider jhn Herrn L. Enzlin/**tanquam rei litigiosæ possessorem, **den Rechtlichen Proceß** directò **anzustellen/vnnd daß loßbahre Gut von jhme wieder zu vendiciren, vnd abzutordern/**Quod etiam præsupposità hac sententiâ, non nisi actionem personalem ex pacto de retrovendendo nasci, nihilominus, postquam per litis contestationem 377
in personalibus ad dominium rei ex obligatione quidem personali obtinendum tendentibus actionibus vitium litigiosi inductum est, (prout in personali actione post litis contestationem fieri docet text. *in l. 2. C. de litigios.* Wurmserus *pract. forens. lib. 1 tit. 13. observat. 7. num. 2.* Hartman Pistoris *p. 1. q. 40. num. 2.* Gail. 1. *observ. 118. num. 4.* Licet in reali statim post emissam citati- 378
onem id fieri inter omnes conveniat, per text. *in authent. litigiosa C. de litigios.* communem ex Romano dicit Coler. *de process. execut. p. 3. c. 11. num. 19.* Ancharan. Regiens. *lib. 1. quæst. 74 n. 21.* ex Covarruv. *pract. quæst. 15. num. 6.* Gail. *d. loc.)* à tertio possessore res alienata directo vindicari possit *tot. tit. C. de litigios.* Et ita in personali a- 379
ctione, ex empto ad dominium rei obtinendum in iudicium deductâ. Concludit Covar. *d. c. 15. num. 6.* inquiens, hanc opinionem veriorem esse, & utiliorem, ac conducibiliorem praxi & iudiciorum auctoritate, propter effugiendas ac vitandas litigantium calumnias Gail. *d. observ. 118. num. 3. in fin.*

Eodemque sensu quando sola actio perso- 380
nalis fuisset intentata per Creditorem, tunc bona, super quibus deberet satisfieri, non posse alienari, egregie tradidit Cephal. *cons. 195. n. 15. & 16.* Burlat. *cons. 100 verba inter cætera. nu. 23. vol. 1.* & plures alios pro hac opinione adduxit Hartman, Pistoris *d. quæst. 40. n. 7.* ubi etiam ab hac opinione dissentientes allegat.

Dieweil gleichwol solches nunmehr versäumet/vnd der iudicial **Proceß allerseits bißhero eingestellt worden. So müste man auß andern vñ zwar meines ermessens. Erstlich diesen Grund Herrn D. Enzlin beständig anfassen vnnd beykommen/daß er in facto** præsupponirter **massen der Edlen Nothhafften bevorhabender Lösung/ auch so gar jhnen zuerbottenen vnd darauff selbigen Abends bejaheten Kauffschillinas/sonderlich auß seines Bruders alsbald hierauff am** 8. Novembris **beschehenen Abreisen gute vnd gnugsame Wissenschafft getragen / Insonderheit aber/ daß er hernacher mehrberührter gerechtsamb vnd verübter Handlung wegen noch bey guter Zeit/ vnd ehe vnd bevor die würckliche Abtrettung deß anspruchtigen Guts vnnd die vermeinte Huldigung beschehen/vnd auffgenommen/so Schrifftlich Mündlich gnugsamb vorgewisset vnd avisirt worden / Also daß er der edlen Nothhafften Anspruch vnnd Forderung halber sich der Ohngewißheit nicht würd entschuldigen.**

Ex quo non ignorare, sed scire is id censetur, 381
quod ipsi addomum denunciatum est, Jason in §. sed istæ. num. 92. in fin. Instit. de action. Vincent. Carocius *de iuram. decisorio q. 12. principali num. 23.* Menoch. *lib. 6 præs. 23. nu. 71.* Matcard. *concl. 879. n. 35. vol. 2.* Honded. *cons. 83. n. 78. vol.*

Et repulſio 8. Novembr. ad oblationem Nobilium Conſulentium facta, de qua ipſum Dn. D. Entzlinum Stutgardiæ conqueſtum eſſe dicitur, ſufficiens utique præbuit ipſi argumentum, ut anterioris venditionis & contractus Nobilium **Rothhafften** ad minimum partem aliquam ſciverit, partem autem facti ſciens ha-
382 betur, ac ſi totum ſciviſſet *arg. l. non eſt ferendus. ff. de tranſact.* poſt Socin. & Alexand. Vincent. Carocius *de iurament. deciſ. q. 12. princip. nu. 28.* Quin etiam ex quo cum alio contrahere voluit, adhibere diligentiam & perquirere tenebatur integrum factum alienum ipſum negocium concernens, ſi iſtud per omnia compertum non
383 habuit, Et ex eius omiſſione cauſata ignorantia habetur, pro ſcientia, cum præſumatur ignorantia ſimulata & ficta argum. *l. quod te ubi Iaſon. nu. 9 ff. de reb. credit. l. qui cum alio. ibi* Decius *num.* 10. Cagnol. *num.* 19 *ff. de R. I.* Tiraquell. *de retract. conſangu. ad fin. num.* 42. *& ſeq. & §.* 12. *num.* 9. Mandell *conſ.* 18. *num.* 4. Vincenc. Carocius *d. tract. num.* 4. *&* 5. Menoch. *6. præſumpt.* 23. *num.* 66. *& ſeq.*

384 Quod quidem eò fortius procedit in notitia pacti de retrovendendo, cum non ſemper opus ſit, de eo exactis probationibus, ſed vel coniecturis & indiciis & famâ conſtare ſufficiat Boer. *deciſ.* 183. *num.* 1 *&* 2. Maſcard. *concluſ.* 1142 *num.* 20. *& ſeq.* Roland. *conſ.* 50. *num.* 13. *vol.* 4.

Nun ſtimmen aber die Rechtslehrer dahin/ daß auch in perſonalibus actionibus **der dritte Einhaber vñ Beſitzer deme eines anders Spruch vnd Gerechtſamb kund worden/ ſich gegen dieſen nicht ſchützen noch das** iudicium **entfliehen köñe.**

385 Et ita quidem in terminis noſtri pacti de retrovendendo poſſe quoque perſonali actione tertium poſſeſſorem rectè conveniri, ſi rem ſibi venditam oneri retrovenditionis ex pacto ſubiacere ſciens emiſſet, cum imputandum ſit ipſi, quod ſcienter emerit rem ſubiectam reſolutioni argum. *l. fundum. C. de Evictionꝫ.* concludit poſt Decium Cravetta *conſ.* 12. *num.* 8. *&* expreſſius Menoch. *conſ.* 63. *numer.* 24 *in fin. cum ſeq.* eleganter Anton. Sola *in conſtit. Sabaudiæ tit. de pact. inter empt. & vendit. in gl. ſecundæ partis. n.* 3. Covarruv. 3. *variar. reſol.* 8. *num.* 3. *verſ. cum in eadem ſpecie.* Cavalcan. *tractat. de tutor. nu.* 153. *& ſeq.* Idem *deciſ.* 16. *num.* 12. *verſ. quartò quia iſte part.* 2. Hieronym. Marilianus *deciſ.* 75. *numer.* 4. *ubi ait*, opinionem iſtorum, quod contra tertiꝫ-
386 um poſſeſſorem ex pacto de retrovendendo agi poſſe contendunt, locum habere iſto caſu, ubi tertius emens à taliter obligato ſcientiam habuit talis promiſſionis de retrovendendo factæ per eum, à quo ipſe emit ei, qui primo loco vendiderat, & hanc ſcientiam habuiſſet tempore emptionis; Tunc enim iſtum tertium ad retrovendendum teneri, cum cenſeatur ob eius ſcientiam emiſſe cum onere retrovendendi, &c. Hæc formaliter Marilianus d. loc. & ſe iuxta hanc opinionem iudicaſſe Spodiæ Anno 1581. die 7. Junii ipſiusque ſententiam confirmatam fuiſſe per Judicem Appellationis ibidem num. 11. teſtatur.

50 Conventiones matrimoniales *respectu dotis, donationis propter nuptias, item lucrorum & acquisitorum sunt correspectivæ, & pro uno actu existimandæ.*
52 Acceptare *contractum tenetur quis in totum, vel in totum reprobare cum omnibus suis qualitatibus.*
53 Filia *sua legitima, & quidem tam in usufructu, quàm proprietate, defraudare nequit.*
54 Dotis repetitio *non aliter inducenda videtur, quam si eam rationis identitas efflagitet, nec ulla iuris vel hominis prohibitio in contrarium excludat hoc & n. 55. & n.58.*
56 Dispositioni *L. Hac edictali. C. de secund. nupt. an statuto vel pacto derogari possit? & n. 57.*
59 Consuetudo Germaniæ, *quod mortua matre, & patre superstite, bona immobilia fiant liberorum propria, salvo patri solo usufructu.*
60 Acquisita constante matrimonio *de jure communi ad maritum spectant.*

61 *Ab* uxore *quæſita è bonis mariti quæſita præſumuntur: Reſtringitur n.* 64. 65. 66.

62 Acquiſitorum communicatio *inter coniuges an jure Canonico probetur? & n.* 63.

67 *Quilibet ex ſua* induſtria *propriaq; fortuna præſumitur locupletatus: limitat. n.* 68. 69. 70

71 Frater *fratris ſui bona adminiſtrans, & ex iis lucra percipiens cenſetur eſſe in dolo; & tenetur ad petitionem alterius fratris cõmunicationem bonorum admittere; & n.* 72.

73 Vxor *marito ad operas obſequiales tenetur, nõ etiam ad induſtriales & n.* 74.

75 Mulier *nupta quid acquirat patri maritoq;.*

76 Vxor *non compellitur operari marito præciſè, ſed cauſativè, denegando alimenta, ſi non eſt dotata; ſi tamen ſufficientem dotem intulit, non debet compelli n.* 77.

78 *Ob cohabitationem & cooperationem* maritus *obligatur uxori ad præſtationem alimentorum.*

79 *Illud, quod ex* aliena pecunia *meo nomine emo, mihi, & non Domino pecuniæ acquiritur: Quod quomodo verum vid. n.* 80.

81 Lucrum *ei reſtituendum, ex cuius re factum eſt.*

82 *Licet res ex* aliena pecunia *empta acquirenti cedat, non tamen lucrum.*

83 Acquiſita ex praxi *& Advocationis munere ſunt quaſi caſtrenſe peculium, nec communicanda: & n.* 84. *Contrarium aſſerunt alii numer.* 85.

86 Paraphernalia *ſine dote conſiderari nequeunt*

87 Societas *ubi eſt, non eſt locus quæſtioni de reſtitutione fructuum paraphernalium.*

88 Socii *duo ſi communiter vivant ad unum panem & vinum, non attenditur, quis eorum maiorem partem fructuum communicet vel conſumat.*

89 Mulier *ſi patiatur virum adminiſtrare paraphernalia, fructus ipſius lucro cedunt: Declaratur n.* 90.

91 Maritus *tenetur ad reſtitutionem fructuum paraphernalium conſumptorum ſine uxoris conſenſu.*

92 Fructus bonorum extradotalium *cedunt lucro viri, quando mulier nupſit ſine dote.*

93 Maritus inops *de fructibus non modo dotis, ſed & paraphernalium alendus eſt.*

94 Vxor *fructus paraphernalium à marito exigere, eoq; nomine mandati actionem vel aliã inſtituere poteſt: & n.* 95.

96 Patientia *non præiudicat, quando quis patitur fieri aliquid in re ſua, & ille, qui facit, timetur.*

97 Maritus *probare tenetur fructus paraphernalium de voluntate uxoris à ſe eſſe conſumptos.*

98 Fructuum *in communem uſum abſumptio à marito probanda eſt.*

99 Maritalis *eſt* officii, *uxori, etſi aliunde habeat, unde vivat, alimenta ſubminiſtrare; & n.* 100.

101 Maritus *ex fructibus paraphernalibus, qui ad eum pervenerunt, præſumitur locupletior factus, ideoq; ad eorum reſtitutionem tenetur; & numer.* 102. 103. 104. *&* 105.

106 Pauper *non dicitur, qui artem didicit, ex qua ſe alere poteſt.*

107 Deciſio *& concluſio Authoris juri & æquitati omninò conſentanea.*

A DOMINO CONSILIUM.

EA, quæ inter Dominos curatores Catharinæ Buchnerin nũc Dn. D. Leonhardi Wolff coniugis ex una, & Dominũ D. Iohannem Petrum Schõn ex altera partib. controvertũtur, ad quinq; videntur poſſe revocari capita. Et primi quidem capitis quæſtio in eo conſiſtit, an juſta ſit intentio Dominorum actorũ petentium ut Dominus Reus ad mille ac triginta florenorũ ejuſdem confeſſione liquidorum & quidem in integra ſumma cum intereſſe ſolutionem compellatur?

Secvndo, an ad eum effectum ſatis probata ſit adminiſtratio tam 660. fl. quam aliorum paraphernalium, quo Dominus reus ad 660. fl. reſtitutionem itidem cogi poſſit?

Tertio, an dos prioris matrimonii in poſteriori cũ integris pactis repetita cenſeri debeat.

Qvarto quid in puncto acquiſitorum conſtante matrimonio juris ſit ſtatuendum?

Quinto & ultimo, an D. Reus ad paraphernalium fructuum reſtitutionem juſtè urgeri poſſit?

Etſi vero harum Quęſtionem & præſertim ſecunda & tertia ad reliquas ſint præiudiciales, placet tamen ſeparatim eas diſcutere, omiſſis reliquis, quæincidenter de ſupellectili & aliis mobilibus diminutis vel ſubtractis invidiosè attinguntur.

PRIMA QVÆSTIO.

DOminus reus fatetur quidem ſæpius daß beſagte 1030 fl. in ſeinen Nutzen vnd zum kauff der Häuſer vnd Gärten angelegt / aber dieweil er ſolch Geld nit in einer vnzertheilten Summen erhoben / erbietet er ſich in ſeiner Gegenanzeig in fine vf vnterſchiedliche Ziel dieſelbe richtig zumachen.

A qua oblatione reſiliit in publicis obiiciẽdo exceptionem compenſationis, contendẽs ſimul, cum dos prior cum qualitate habeatur pro repetita, eiuſdem dimidiam quoad proprietatẽ, alteram vero partem uſufructuariè ad ſe ſpectare, quo nomine etiam cavere paratus eſt.

Verum quod nõ modo creditor invitus particularem debiti liquidi ſolutionem admittere non teneatur tex. *eſt in l. tutor.* 41. §. 1. *ff. de uſur. l.* 3. *ff. fam. erisc.* Fran. Hotom. *illuſtr. quæſt.* 22. Coſtal. & Donell. *in l. quidam exiſtimaverunt ff ſi cer. petat.* Schneid. *in §. item Inſtit. de mod. toll. oblig.* Sichard. *in l.* 1. *C. de ſolut.* Hartm. Hartman. *lib.* 2. *obſ. pract. tit.* 38. *obſ.* 5. *num* 5. Quam ſententiam eleganter juris textibus probat Ioan. Goeddeus *in l. minus ſolutum* 32. *nu.* 9. *& ſeq. ff. de verb. ſignif.* Ioan. Zanger. *de except. p.* 3. *c.* 2. *num.* 4. *& ſeqq.*

Præ-

Præsertim nunc post lapsum tot annorum, cũ etiam aliàs debitori in obligationibus dandi tẽpus duntaxat decem dierum *l. quod dicimus ff. de solut.* vel brevius aut laxius arbitrio judicis præstituatur Vincent. Carol. *de depos. part. 1. tit. de casu n. 67. post Menoch. & alios.* Sed etiam Iura compensationem debiti planè dubitabilis vel illiquidi cum liquido vetent *l. si constat. C. de comp. l. si ambo. ff. eod.* Cavalc. *decis. 35. n. 14. p. 1.* Ioseph. Ludov. *dec. Perus. 15. n. 15.* Menoch. *de arbit. judic. quæst. cas. 14. n. 1.* Carol. de Grass. *de excep. ad statut. except. 16. n. 41.* Ioan. Pet. Surd. *dec. 184. n. 6.* Ioan. Zang. *de except. part. 3. c. 6. n. 31.* 3

Neutrum sanè Dominum reum à necessitate solvendi meo iudicio eximet. Idque eo magis, quod Domini actores vice versa respectu acquisitorum & fructuum paraphernaliũ nõ iniustas videantur habere prætensiones, ut in omnem eventum respectu harũ actionũ Domino reo jus retentionis salvum atq; incolume maneat. Itaq; à tempore mortis uxoris Veronicæ præter 1030. flor. etiã interesse, quod forsan excurret ad 206. flor. cum verè ob interpellationem in mora Dominus Reus fuerit constitutus, vix iustè excusabitur. An verò interesse quod constante matrimonio ab eo die, quo maritus pecunia ista usus est, debeatur? de eo tractabimus in ultima quæstione.

SECVNDA QVÆSTIO.

QVoad 660. flor. item reliqua paraphernalia, ajunt Domini Actores, huiusmodi ad munus Domini rei & in eiusdem administrationem perveniisse, ideòque cum solito interesse restituenda; Quod is mordicus negat, uxori administrationem adscribendo, quæ & liberum in rebus suis arbitrium alienandi habuerit, simulque infert, hic non de bonis ad maritum ab uxore illatis, sed de hæreditate, quantumque in ea fuerit disceptari, & inde Dominis curatoribus probandum esse, bonorũ & fructuum tantam quantitatem in hæreditate fuisse, cum uxor moreretur.

Quamvis verò nonnulli actus sint indifferẽtes, & administrationem bonorum concludenter non arguant, sicut est ille, quem actores de patrocinio in causa uxoris contra prioris mariti fratres Buchneros exhibito allegant: Attamen reliqui magna ex parte administrationem evincunt.

Primo enim **ist Herr beklagter nicht allein der Ablöß wegen der** 600. fl. **besondern auch geständig daß er wegen der erhobenen** pension **vnnd sonderlich bey Paul Haußman abgelegten** 200. **Güld.** quitiret, **wie er dann dessen mit vorgezeigter Quitung vberzeuget** / quod ipsum actum administrandi denotat, sicut etiam aditio hæreditatis probatur in eo, qui debita hæreditaria exegit *l. pro hærede* §. 1. *ff. de acquir. hæredit.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 101. numer. 18.* Item, qui liberavit debitores hereditarios Menoch. *ibid. numer. 24.* 4

Secundò allegant dicti Actores, **das** Dominus Reus, qui ne verbulo quidem ad hunc actum respondit, **den Franckfurtischen Gültbrieff auff tausend Gülden lautend vmb** 300. fl. **Weyland Herrn Et. Erharden verseßet.** Id fieri non potuisset, si obligationes non habuisset in manibus vel sua potestate. Quod sanè administrationem arguit, arg. eius quod notat Bernhard. Wurmbser. *lib. 1. observ. tit. 10. observ. 2. n. 9.* quo loci dixit, eum, apud quem monumenta causæ inveniuntur, prælumi Procuratorem.

Tertiò administrationem inde verosimilem efficiunt, quod modo suprà memoratam summam 1030. flor. in suos usus maritus expenderit. 6

Verum etiam & Quartò omninò verisimile sit, Dominum Reum harum pecuniarum & fructuum ex paraphernalib. perceptorum subsidio inprimis suæ advocationis annis, ubi praxis eiusdem tenuis adhuc & exilis fuit, domum & prædia comparasse. Maximè, cum nemo de vento vivere credatur Bald. *in auth. ex testamento 11. col. C. de collat.* Roland. à Valle *consil. 54. nu. 5. vol. 3.* Inde etiam est, quod administrans bona aliena præsumatur acquisivisse de alieno, si erat pauper & non habeat aliunde Cravetta *con-* 129. *num. 3.* Ioan. Petr. Surd. *decis. 15. num. 27.* At verò similitudo tanti in jure æstimatur, ut ex ea lites definiri possint, tanquam id verum sit, quod veri est simile, prout fusè explicat Tiraq. *in præfat. repet. in l. si unquam C. de revocand. don. num. 37. & seqq.* 7 8 9 10

Quintò efficax ducitur argumentum à communiter accidentibus & consuetis: Generalis autem fermè invaluit consuetudo, quod mulieres bonorum suorum administrationem in custodiam permittant maritis Aretin. *cons. 159. num. 5.* Quamvis generalem hanc consuetudinem Socin. *cons. 82. num. 19. vol. 4.* neget, sicut refert Menoch. *lib. 3. præsumpt. 9. num. 2* Eam tamen tum naturalis ratio, quæ viro, ut habiliori administrationem committit arg. §. *patitur 2. in fin. Institut. de iniur. Novel. 117. c. 9.* tum leges quoque civiles, *ut l. penult. ff. ad l. Falcid. l. ult. C. de pact. conv. l. si ego 9. §. cæterum ff. de iure dotis ibi: ut vulgò fieri demus & ibi plerumq; custodiam &c. l. donationes 31.* §. *species ff. de donat. non parum firmant.* 11 12 13

Et quidem eò magis, quod ipsemet Dominus Reus in suis exceptionibus & duplicis uxoris bona passim paraphernalia indigitet. At, paraphernalia ut dicantur, requiritur aliquis actus vel traditionis vel illationis in domũ idem Menoch. *lib. 3. præsumpt. 8. num. 38.* Vel ut eorum custodia & administratio marito demandata sit idem Menoch. *lib. 3. præsumpt. 9. n. 1.* post. Ruin. & Decium *consil. 521. nu. 11.* qui etiamsi in paraphernalibus censetur uxoris Procurator *arg. l. fin. C. de pact. convent.* Mascard. *de probat. conclus. 211. num. 4.* Burs at. *cons. 303. num. 15.* Bartol. Bertazzol. *cons. criminal. 501. n 2. vol. 2.* Et tacitam in iis habere administrationem Mascard. *d. conclus. 211. n. 6.* Ex quibus sane actibus & conjecturis sufficienter administratio videtur probata. 14

Neq; obstat Domini rei supradicta exceptio in §

Dann daß ſie duplicarum, daß man allhier nit conſideriren ſoll/was ſeine Haußfraw in die Ehe gebracht/beſondern quantum fuerit in hæreditate. Non enim hic agitur contra hæredem, ut de
17 hæreditatis virib. quærioporteat ſed ctõra maritum, ut debitorem, ex adminiſtratione agit hæres uxoris è perſona defunctæ matris, uti ipſa uxor ageret, quemadmodum in ſpecie *l. pen. ff. ad l. Falcid.* Itaq; rationem reddere ſibi commiſſorum, ideſt, eorum, quæ à muliere habuit, rectè poſcitur, ad quã omnes omninò adminiſtratores tenentur, jurib. vulgatiſſ.

Ita etiam ad rem non facit, quod de alienatione ab uxore facta affertur. Nam quomodo de alienatione rectè quæratur in caſu, cum conſtet mulierem alterius adminiſtrationi bona illa paraphernalia commiſiſſe, maximè cum in mulieribus, uti natura avaris, non præſumatur aliàs a-
18 lienatio. Neq; ſequitur, alienare licuit uxori, ergo alienavit. Hoc enim facti, ideò probandum, illud juris eſt & potentia legitimæ. A potentia autem ad actum, ſeu à poſſe ad eſſe malè infertur.

TERTIA QVÆSTIO

HVjus deciſio non modò in jure, ſed etiam in facto intricata eſt. Quamvis enim Dd. dotem primi matrimonii in ſecundo repetitam communiter exiſtiment, in eiusdem confirma-
19 tionem adducentes text. *in l. ſi mulier* 13. *l. dotem quæ in prius.* 30. *l. Divus* 40. *l. ſtipulatio.* 63. *l. poſt divortium* 64. *ff. de iure doti l. cum maritus* 29. §. *Titius ff. de pact. dotal. l. pen.* 66. §. *uxor. 5. ff. ſol. matrim.* Tamen cum hæ leges loquantur in caſu quando facto divortio cum primo viro mulier
20 illi iterum nupſit, matrimoniumq; redintegravit, quod tum inter eaſdem perſonas videatur tacitè eadem dos conſtituta arg. *l. item quæritur* §. *qui impleto ff. locat.* Vix eſt, ut hæc præſumpta dotis repetitio ad perſonas diverſas extendatur, cum in iis non ſit eadem ratio *d. l.* §. *qui impleto.* Qua de cauſa & hanc ſententiam in dubium re-
21 vocat Corne. *conſ.* 254. *num.* 3. *lib.* 1. quem refert Boer. *deciſ.* 137. *num.* 3. Caſtrenſ. *conſ.* 60. *incip. viſis ſtatutis communis Vincentiæ num.* 2. *lib.* 2. Conſtant. Roger. *de dote quæſt.* 3. *num.* 1. Quam etiam non rectè probari per allegata jura inſinuat Iacob. Thoming. *deciſ.* 30. *num.* 22. Phanut. de Phanut. *de lucro dot. gloſſ.* 10. *n.* 31.

22 Quicquid tamen ſit, affirmantium opinio uti communior in praxi & foro invaluit, à qua in judicando non eſſe recedendum, quia eſſe contra ſtimulum calcitrare monuit Roland. à Valle *de lucro dot. quæſtion.* 75. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 6. *num.* 25. *& ſeq.* Andr. Gail. *lib.* 2. *obſerv. pract.* 82. *num.* 7. Covarruv. *pract. quæſtion. c.* 28. *num.* 1. *verſic. tertiò quod mihi.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 99. *num.* 15. Iacob. Thoming. *d. deciſ.* 30. *num.* 22. Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 76. *n.* 11 Et ita reſponderunt Petrus Paul. Pariſ. *conſ.* 34. *num.* 1. *vol.* 3. Auguſt. Berous *conſ.* 40. *num.* 30. *lib.* 1. Guid. Pancirol. *conſ.* 133. *n.* 4. Burſa. *conſ.* 9. *n.* 45. Menoch. *conſ.* 370. *n.* 16. Marc. Anto. Pereg. *conſ.* 9. *n.* 9. *vol.* 2. ubi & hanc repetitionem ad lucrum extendit poſt Roland. *d. quæſt.* 75.

23 An verò in præſenti hypotheſi dos prior ſit habenda pro repetita? Domini Curatores id qui dem initio negant, poſtmodum verò cum hac conditione largiuntur, ſi & ſimul integra pacta pro repetitis habeantur. De utroq; ſigillatim videbimus.

Primo quidem pro Actoribus pugnat, quod 24
proponitur vice verſa donationem propter nuptias non eſſe conſtitutam, quam tamen dos data meretur Auth. *dos data C. de donat. ante nupt.* Ioan. Fich. *conſ.* 33. *n.* 1. *& 2. vol.* 1. Ita ut lucro dotis 25
non ſit locus, ſi maritus donationem propter nuptias expreſſè vel tacitè ipſi uxori non feciſſet poſt Abbat. *conſ.* 46. *vol.* 1. (ubi loquitur de augmento dotis) Cach. *deci.* 21. *n.* 21. *per §. fin. in auth. de non elig. ſecund. nub.* ubi & citat Rolan. à Valle *conſ.* 10. *n.* 1. *& 2.*

Idq; ſecundo (licet hoc, uti & ſequens funda- 26
mentum, actores non adduxerint) eo magis obtinet quod pacta prioris matrimonii expreſſè donationis propter nuptias meminerint. Exquo infertur, dotis & donationis propter nuptias conſtitutionem actus plane eſſe correſpectivos. In correſpectivis autem ſi unum ceſſet, tollitur 27
& alterum *l. etiam §. ex cauſaff. de minor. l. ſi minor ff. de legat.* 1. Crav. *conſ.* 461. *nu.* 39. *& 63. & conſ.* 371. *nu.* 5.

Sed & tertiò in eo caſu præſumpta dotis re- 28
petitio admittitur, ubi nulli prioris matrimonii extiterint liberi, ſecus ſi hi adfuerint poſt Socin. Iun. *conſ.* 29. *n.* 16. *& ſeq. vol.* 1. Maſc. *de prob. concl.* 215. *n.* 3 At hic extat Catharina, quæ repetitionem hanc videtur impedire.

Quartò matrimonium etiam ſine dote pot- 29
eſt conſiſtere Rom. *conſ.* 314. *n.* 2. Etiamſi mulier bona habeat Roland. à Valle *de lucro dot. quæſt.* 30
71. *n.* 7. *per l. fin. C. de don. ante nupt.* Iac. Thoming. *dec.* 30. *n.* 11. *&* 36. *n.* 44. *& deciſ.* 29. *n.* 33. Menoc. 3. *præſum.* 6. *n.* 19. Alex. Raude. *de analog. lib.* 1. *c.* 21 *n.* 91. *qui ait*, quod poſſit eſſe ſine dote & lucro dotis. Habet itaque maritus, quod ſibi imputet, quod non deſideravit dotem conſtitui.

Contra verò Dominus reus in exceptionib. 31
huiuſmodi tela conatur ea ratione declinare, quod in donatione propter nuptias jura nullam repetitionem induxerint, ſicut in dote, quod & hæc deſerviat oneribus matrimonii ex quo tantundem redderetur uxori Campeg. *de dote p.* 1. *q.* 61. Hart. Hartm. *lib.* 2. *obſ. pract. tit.* 36. *obſ.* 1. *n.* Ioan. Petr. Surd. *conſil.* 397. *n.* 20.

Accedit etiam, quod generali locorum ple- 32
rorumq; conſuetudine derogatum ſit d. auth. *dot data, ut notat ibid.* Bal. Conſtan. Rog. *in tract. de dote qu.* 19. *n.* 8. Alvar. Valaſ. *dec. Luſit.* 2. *n.* 11. *ubi dicit*, hodiè generali conſuetudine ſervari diſpoſitionẽ juris antiquioris *l. ſi conſtante C. de don.* ubi probatur, quod valet contractus dotis abſq; eo, quod ex parte mariti fiat donatio propter nuptias. Petr. Ant. de Petra. *de fideicom. quæſt.* 8. *nu.* 363. Petr. Paul. Pariſ. *conſ.* 126. *n.* 6. *lib.* 1.

Verum ſi integra pacta dotalia pro repetitis 33
habeãtur, vix eſt, ut illa ratio diverſitatis hic quadret, cũ & expreſsè in pactis dotalib. prioris matrimonii ſub lit. G. productis cautum ſit, daß D. Buchner ſuæ ſponſæ in donationẽ propter nuptias vnd zur Widerlegung auch tauſend Gülden

ver-

verschreiben soll / mit versprechen / dieselbe künfftig in die omnium Sanctorum deß 73. Jahrs (quo anno pacta erecta) also baar sambt / der halbjährigen pension zuerlegen / vnd daß besagte tausend Gülden mit beyderseits Freundschafft Rath an gewisse Jahr-Gülden jhro der sponsæ sollen angelegt werden.

Hocque congruit cum eo, quod scripsit Pet. Peck. *de Testam. coniug. lib. 5. c. 8. num. 8.*

Nec crediderim facile Dd. de consuetudine,
34 qua donationes huiusmodi abrogatæ sint, attestantibus per ea, quæ latè docet Cravetta *cons. 462. n. 7. & seqq.* Et magis in terminis Joan. Fichard. *d. cons. 33. n. 1. & 2. vol. 1.* Simon. Pistor. *cons. 20. n. 26. vol. 1. inter cons. Modestin. Pistor.* & idem Modest. Pistor. *cons. 13. n. 17. & seqq. vol. 2.* Maximè quoad nostram Germaniam, in qua huius-
35 modi donationes propter nuptias frequentari, practicis satis exploratum est.

Secundum fundamentum plurimum adminicularetur ad inducendam pactorum integrorum renovationem, nisi iam initio secundi matrimonii contracti Dominum Reum inopem fuisse, Actrici constitisset, ut ita videatur Juri donationis propter nuptias nubendo marito facultatibus destituto, in effectu renunciasse, argumento eius, quod Dd. tradunt de Credi-
36 tore, qui sciens prudens cum inope debitore contraxit, eaque de causa in casu fugæ ius prehensionis non habet, cum Creditor damnum suæ levitati imputare debeat *l. si is à quo. §. fin. ff. ut in possess. degat.* Andr. Gail. 2. *obs. 44. n. 5.* Cavalcan. *decis. 1. n. 19. par. 1.* Quamvis aliàs mulierum
37 genus avarissimum *l. si stipulata. 33. §. si uxor. in f. ff. de donat. inter vir. & uxor l. sed si ego 4. §. proinde in fin. ff. ad SCtum Velleian. l. si à sponso. 16. C. de donat. ante nupt.* Menoch. *lib. 3. præsum. 6. num. 57.*
38 Mulierque corporis magis, quàm bonorum prodiga credatur ex Barbat. Cravett. *cons. 862. num. 3.* Tertium quoque fundamentum dotis repetitionem non impedit, cum mulier possit
39 dare secundo viro omnia bona, quæ habet, in dotem, quibus fruetur, donec ipsa vivat, etiam existentibus liberis, modò absit pactum lucrandi Boer. *decis. 200. num. 3. & 4. & decis. seq.*

40 Sed & communiter Dd. dotis repetitionem in secundo matrimonio eò restringunt, ut extantibus liberis in dubio dotem primò datam secundo viro non simpliciter, sed cum hoc temperamento uxor dedisse intelligatur, ne plus lucri ex dote consequatur, quàm haberet unus ex filiis primi matrimonii, cui minus fuisset à matre datum seu relictum iuxta *l. hac Edictali. C. de secund. nupt.* Phanut. de Phanut. *de lucro dotis qu. 75. num. 15. & 19.* Andr. Gail. *d. obs. 82. num. 8.* Cacheran. *decis. 21. num. 22.* Boer. *decis. 137. nu. 3.* Menoch. *de præsumpt. 6. num. 32. lib. 3.* Natta *cons. 571. num. 1.* Cravetta *cons. 462. num. 29. vers. Secundo respondeo, ubi dicit*, lucrum comminui ad modum *d. l. hac Edictali.* Guid. Pancirol. *d. cons. 133. n. 5.* Joan. Petr. Surd. *cons. 196. n. 49. & cons. 397. n. 24. & seq.*

41 Ita nec quartum fundamentum efficit, quo minus dos pro repetita in hoc secundo matrimonio censeri debeat per iura in principio huius quæstionis citata Accedentibus insuper coniecturis, quibus itidem dos probatur *l. cum citra 15. C. de iure dotium.* Mascard. *concl. 565. n. 1.* 42 *& passim.* Surd. *cons. 94. num. 18. cum ibi allegatis.* Quamvis si quæratur de personis eorum, qui dotare tenentur, uti patre vel fratribus, mulier 43 non præsumatur dotata, ut explicat Menoch. *lib. 3. præsumpt. 7. num. 1. 7. 9. & 10.* Primò certè factum præsumitur, quod fieri consuevit *l. quod si nolit. 31. §. quia. ff. de adilit. Edict. l. semper in stipulationibus 34. ff. Reg. Iur.*

At generalis consuetudo est, matrimonia sine 44 dote non contrahi, Ideoque dos præsumitur constituta facit *L. si pater 12. §. 1. ff. de pact. dotal. l. ult. § si à socero in fin. ibi, cum is indotatum uxorem ducturus non fuerit. ff. quæ in fraud. creditor. l. apud Celsum 4. §. sed & si mulier. 21. l. pure 5. §. si eum 5. ff. de dol. mali except.* Joan. Petr. Surd. *d. cons. 94. n. 19. & seq.*

Secunda coniectura à qualitate viri & mulieris sumitur. Nam vero similiter maritus iu- 45 nior & rerum egenus non facile duxisset in uxorem viduam & natu maiorem, nisi bona sua vel partem eorum tacite dotis nomine dedisset Menoch. *lib. 3. præsum. 6. num. 67. & 68.* Cum 46 insuper etiam maior dos individua, quàm virgine exquiratur ex Bald. *cons. 102. Mulierem. lib. 4.* Menoch. *3. præsumpt. 6. nu. 30.* Chassanæ. *in consuetud. Burgund. rubr. 7. des succession. §. 12. verb. Et à laquelle num. 7. ubi dixit*, dotem magnam censeri, quæ est de mille florenis & simul elegans dictum refert ex Lucio Apuleio.

Nunc ad alterum caput accedamus, an videlicet integra pacta sint repetita, tàm quoad lucra, quàm etiam acquisitorum constante matrimonio communicationem.

In affirmativam ut pronior sim, facit, quod regulariter præsumatur renovatio contractus cum eisdem pactis & qualitatibus, quod per textus firmat Natta *cons. 571. num. 4.*

Secundò inter coniuges servari æqualitas 47 *c. gaudemus. de divort. l. non tantum in fin. ff. de Re iudicat.* Francisc. Mantica. *lib. 11. tit. 19. num. 16. de coniectur. ultim. volunt.*

Nec hi ad imparia etiam in lucris nuptialibus 48 iudicari debent Roland. à Valle *in tract. de lucro dotis quæst. 4. n. 4.* At æqualitatis servandæ 49 ratione repetitio admittitur Martin. Monter. *decis. Aragon. 20. n. 6.*

Tertiò attigimus suprà, Conventiones istas 50 matrimoniales respectu dotis, donationis propter nuptias, item lucrorum & acquisitorum esse correspectivas, & ita pro uno actu existimandas Cravetta *cons. 298. nu. 13.* Menoch. *cons. 203. num. 14. qui & num. 13.* in terminis non dissimilibus *dixit*, quod Conventio inita respectu matrimonii dicatur cum matrimonio correspectiva, ideoque legem & naturam matrimonii recipiat, quod sequitur Martin. Monterus *in responso pro amita uxoris p. 1. nu. 78. inter decisiones.* Actuum autem correspectivorum eam diximus 51 esse naturam, ut unus sine alio non consistat, quod eleganter explanat. Menoch. *li. 6. præs. 12.* Quæ, cum ita sint, tam Actores quam Reus primam matrimonialem conventionem cum om-

52 nibus qualitatibus, pactis & conditionibus, nō pro parte, ſed vel in totum approbare vel reprobare, tenentur, per iura quæ Dominus Reus ipſe in Duplicis §. **Es mercken/ ꝛc.** adduxit, quibus addo Joan. Petrum Surdum *conſ.* 52. *num.* 40. & *ſeqq.* ubi ſubiicit ex Baldo, quod is, cui quæritur ius ex contractu, tenetur illum acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus, &c. & ſubdit ibidem Albericus, quod pro ſe contractum agnoſcens, debet quoque contra ſe agnoſcere, quod ipſum & latius ibidem Surdus illuſtrat, cuius dicta non tranſcribo. Facit huc Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 101. *num.* 45.

Cæterum Dominus Reus repetitionem pactorum integrorum in Duplicis & d. §. **Es mercken/ ꝛc.** acceptat, & vi iſtius urget, **daß jhme erſtlich tauſendt Gülden** loco dotis **halb Eygenthumb, halb nießlich** / Secundò mobilia eadem conditione; **Vnd dann die vbrige Güldbrieffe** ad dies vitæ uſufructuariè **gefolget vnd** reſtituirt **werden**/ offerens ſe ad Cautionem uſufructuariam.

Verum vix eſt, ut per omnia & in omnibus, præſertim quoad lucrum dotis, item uſumfructum, hæc repetitio ſuſtineatur.

Nam præterquam quod ex priori matrimonio, quod inter Iuvenem & virginem Coniuges omni prole tum carentes contractum, filia ſit
53 ſuperſtes, quæ ſua legitima & quidem tam in uſufructu, quàm proprietate defraudari nequeat per notata Antonii Teſſauri *deciſ.* 184. *per totum.* Ita etiam palam eſt, ſecundum maritum onus ſuſtentandi & elocandi filiam, quod uſusfructus perceptioni vigore dictorum pactorum dotalium in §. **Zum Sechſten/ ꝛc.** annexum eſſe debuit, non ſubiiſſe. Cui conſequens eſt, re-
54 petitionem non ita diffuſe hic admittendam.

Quando enim apparet diverſa ratio à primo ad ſecundum caſum, repetitio non præſumitur Maſcard. *de probat. concluſ.* 1265. *num.* 38. *qui nu.* 39. ex Beroo *conſ.* 115. *num.* 12. *lib.* 2. *ſubiicit*, quod qualitas in prima perſona poteſt præſumi repetita, quando uniformiter in ſecundam perſonam cadere poteſt, prout in prima; ſecus, ſi non uniformiter caderet; & uniformiter cadere dicitur, quando eadem conditio numero & ſpecie & omni reſpectu, ut fuit in prima expreſſa, abſque aliqua differentia convenit ſecundæ per *l. cum pater cum filia in fin. ff. de pact. dotalib.* Berous *conſ.* 65. *num.* 72. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 1. *n.* 149. *lib.* 2. quos etiam laudat Maſcardus *d. loco.*

55 Accedit, quod illa expræſumptione reſultans integrorum pactorum repetitio impingeret in diſpoſitionem *d. l. hac Edictali. C. de ſecund. nupt.*
56 Cui licet Statuto derogari poſſit Roman. *conſ.* 44. *num.* 6. Cravetta *conſ.* 588. *num.* 3. Menoch. *conſ.* 4. *num.* 14. & 31. Anton. Gabriel. *Tit.* 3. *de*
57 *ſecund. nupt. concluſ.* 4. *num.* 16. Pacto tamen derogari nequit, ſicut innuit Roland. à Valle *in d. tract. de lucro dot. quæſt.* 30. *num.* 1. Phanut. *de lucro dot. gloſſ.* 2. *verb. ſine Liberis. n.* 33. & 34.

58 Ne interim dicam, quod in caſu exiſtentis filiæ in pactis prioribus bona fuerint eidem quoad proprietatem affecta, ſicut licet colligere ex pactis dotalibus, in §. **zum Sechſten/ ꝛc.** quatenus ibi cavetur, quod in caſu extantium liberorum ſuperſtes coniunx **den halben Theil aller fahrenden Haab eygenthümblich beneben dem Beſitz deß vberigen halben Theils / vnd dann den Beſitz an den liegenden Gütern behalten / vnd dargegen liberos erziehen/ auch die Schulden bezahlen ſoll/ alles vermög der Stadt Franckfurt** Reformation, & ita in multis locis conſuetudine obſervari, ut mortua matre, ſuperſtite patre, bona im- 59
mobilia fiant propria liberorum, uſufructu duntaxat ad patrem ſpectante, teſtatur Mynſinger. *cent.* 5. *obſ.* 32. *in princ.* Joan Sichardus *conſ. de contract.* 7. *n.* 17. Jacob. Riccius *de unione proli c.* 2. *n.* 4. Vid. etiam Molinæ. *in conſuet. Pariſ.* §. 16. *gl.* 1. *in verb. Tenus. nu.* 28. ubi de conſuetudine Aurelian. filiis primi matrimonii omnia immobilia & in iſto matrimonio acquiſita, uti adfecta, addicente loquitur, quæ poſtmodum abrogata fuit & Joan. Sichard. *de contract. conſ.* 7. *n.* 17. videatur libera Leon. *in conſ.* 18. *n.* 1.

Proinde repetitio non aliter inducenda videtur, quam ſi eam rationis identitas efflagitet, nec ulla iuris vel hominis prohibitio in contrarium excludat.

QUARTA QUÆSTIO.

DE iure communi expeditum eſt, acquiſita conſtante matrimonio ad maritum ſpectare, fusè Petr. Heig. à Domino Reo in Duplicis allegatus *lib.* 1. *quæſt. iur.* 30. Cum etiam ab uxore quæſita è bonis mariti quæſita præſumantur *l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. etiam C. eod.* Bartol. Socin. *conſ.* 16. *in cauſan.* 2. *vol.* 3. Zaſ. *conſ.* 5. *n.* 21. *lib.* 1. Joan. Vincent. Hondædæ. *conſ.* 91. *n.* 74. *vol.* 1. Joan. Petrus Surdus *conſ.* 290. *nu.* 39. Mynſing. *cent.* 2. *obſ.* 92. And. Gail. *lib.* 2. *obſ. pract.* 78. *n.* 9. Maſcard. *de probat. concl.* 214.

Quamvis enim nonnulli contendant, acquiſitorum communicationem inter Coniuges iure Canonico probari *gl. in c. cum ſocietas* 22. *qua.* 22. Anton. de Gamma *deciſ.* 314. *n.* 4. & 5. *per c.* 2. *de donat. inter vir. & uxor.* Rectè tamen hæc ſententia reprehenditur à Covarruvia *de matrim. p.* 2. *c.* 7. §. 1. *n.* 5. Joan. Garzias *de Expenſ. & meliorat. c.* 13. *n.* 14. *& in tract. de acqueſt. coniug. nu.* 31. Et hoc uti probabilius certius & verius ſequitur Petr. Peckius *de teſtam. coniug. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 1. In præſenti hypotheſi quid ſtatuendum ſit, ex præmiſſis quodammodo apparet. Si enim pactorum integrorum dotalium repetitionem præſupponamus, res plana eſt, Actricem in locum matris ſuccedentem virtute prædictorum pactorum participare de acquæſtubus, ut Dd. vocant. Sed & ceſſantibus pactis huiusmodi com- 64
municationē ſuadent occurrentes hic circumſtantiæ. Siquidem primò conſtat, quod Domini Rei defuncta coniunx non modò fuerit induſtrioſa, & egregiam operam pro auctione rei familiaris contulerit, quo ipſo præſumptio *d. l. Quintus* eliditur Mynſing. *d. cent.* 2. *obſ.* 92. *nu.* 5. Menoch. 3. *præſumpt.* 51. *n.* 32. qui tamen videtur hoc velle reſtringere ad mulierem negotiationes exercentem.

Verum etiam & Secundò ipſamet haud aſper- 65
nenda-

nendarum fortunarum egenti marito nupserit, quod etiam facit cessare *d. l. Quintus.* Menoch. *d. præsumpt.51.n.38.* post alios Vasqui 3. *illustr. c.* 105.*n.16.* Hinc Anton. Gabriel. *lib.1.tit. de præsumpt.conclus.15.n.2.* dixit, cessare præsumptionem *d.l. Quintus* in uxore habente paraphernalia, Mascard. *de probat.conclus.214.n.13.*

66 Tertiò planum est, facultates viri & eius industriam non fuisse tales & tantas, quod verosimiliter inde familia sustentari, tantum abest, ut quid lucri corradere non potuerit, quo casu itidem præsumptio *d.l. Quintus excluditur.* Marcell. Cala *de modo articulan.n.* 784. Mascard. *de conclus.214.n.13.* Vasqui. *d.§.illustr.c.105. nu.16.* ubi & rationem naturalem adduxit, quia ex bonis, quæ non apparent, aliquod lucrum proficisci nequit, cum ex nihilo nihil fiat.

Quibus sanè consequens est, lucra Dn. marito ex bonis uxoris magna ex parte obtigisse, ideoque eundem adstringi, ut Actricem in aliqualem saltem portionem acquisitorum admit-
67 tat. Etsi enim quilibet ex sua industria propriaque fortuna credatur locupletatus August. Berous *cons.191.nu.48.vol.1.arg.l.si defunctus, ubi Dd.C.arbitr.tut.*

68 Attamen administrans, ad cuius manus pecunia alterius & alia per eum administrata proveniebant, locupletior factus, & illis in dubio censetur locupletatus, maximè, si antea non erat solitus lucrari, & vix familiam suam lucris suæ industriæ & reditibus bonorum suorum alere poterat, ita formaliter loquitur Aug. Berous *d.cons.191.num.49.vol.1.* qui & ibidem *nu.50.* subiicit quod dicens se aliunde locupletatum hoc probare debeat, & sequitur Johan. Ludov. *conclus.com.14.n.178. & n.52.* quod iudex verisimiliter arbitrari possit, an quis ex sola industria
69 & suis bonis, an verò alienis sit locupletatus, considerando qualitatem & quantitatem lucrorum, redituum & Expensarum, post Innocent. *in c.cum in officiis, de Testam.* Non discrepat Johan. Petr. Surd. *decis.15.n.27. ubi ex* Cravetta
70 *cons.129.nu.3. scripsit,* quod administrans bona aliena, si erat pauper & non habebat aliunde præsumatur de alieno acquisiviisse.

Inde etiam est, quod in terminis non multum dissimilibus inferat Berous *d.cons.191.* quod frater, qui non habebat bona separata vel talia,
71 ex quibus potuit super lucrari administrans bona communia, & ex iis maxima lucra percipiens & plura bona proprio nomine ex communi pecunia emens (quo nomine etiam intelligitur esse in dolo Dec. *cons.192. in fin.* Berous *d.loc.nu.*
72 *56.*) teneatur ad petitionem alterius fratris bonorum huiusmodi communicationem admittere post Bald. *in l.si patruus in 2.col.C.communia utriusque Iudic. & in l.1.C.si quis alt. vel sibi ubi etiam Dd.*

Neque his obstat, quod uxor marito ad operas & muliebria subire munia teneatur, & quod huius operis acquisitum est, lucro mariti cedat, sicut infert Dominus Reus in Duplicis. Quia
73 hoc intelligendum duntaxat est de operis obsequialibus, putà ut paret mensam, lectum & alia eius generis Joseph. Ludovic. *decis. Perus.28. nu.* 10. Petra *sing.99.* Menoch. *cons.154.* Non etiam 74
de industrialibus Mascard. *de probat. conclus.214 num.12.*

Unde etiam est, quod mulier acquirat usum- 75
fructum patri suo, & non marito, quæ etiam non aliter marito operari tenetur, nisi ab ipso alatur, ut innuit Bernhard. Wurmbs. *lib. 1. obs. pract.tit.36. de matr.obs.9. nu.* 4. post Bald. Add. Roderic. Suarez. *in lect.L.fori de litibus num.12. vers.hinc dicebat.*

Uxor non compellitur operari marito præ- 76
cisè, sed causativè denegando alimenta, si non est dotata, unum hoc sit in filio *l.si quis à liberis ff.deliber.agnoscend.*

Si tamen sufficientem dotem intulit, non de- 77
bet compelli, Suares *d.loc.n.14. qui* & rectè refert Cyn. *in l.si uxorem C.de condit.insert.* tradentem indistinctè, quod uxor non teneatur operari marito.

Et propter cohabitationem & cooperatio- 78
nem maritum obligari uxori ad præstationem alimentorum, tenet etiam Celsus Hugo *cons. 38.num.15.*

At verò Dominus Reus non alimentavit uxorem, nec onera matrimonii in exhibendo familiam sustinuit, quemadmodum eo ipso implicitè fatetur, quod administrationem bonorum non se, sed uxorem habuisse, eandemque omnia expendisse, contra tamen omnem omninò verisimilitudinem, ut supra diximus, sæpius inculcat.

Non facessit quoque negotium, quod illud, 79
quod ex aliena pecunia meo nomine emo, mihi, & non Domino pecuniæ acquiram *l. multum C. si quis sibi vel alt. l. etsi de tua. C. de donat. int. vir. & uxor. l.si ex ea. C. de rei vendic.* Joan. Petr. Surdus *tract. de aliment. tit.4. quæst.29.n.29.* Roland à Valle *cons.90.n.22.vol.2.* Tiraquell. *de retract. lignag.§.1.glos.9.n.64.* (*ubi ait,* quod uxor emens suo nomine ex pecunia viri sibi dominium rei emptæ acquirat) *&* §. 32. *glos.1.n.16.* Flamin. de Rubeis *cons.89.n.2. & seqq.vol.2.* Respondetur 80
enim, etsi hoc verum sit, tamen eum, qui aliena pecunia quid emit, teneri Domino pecuniæ, quatenus factus est locupletior, voluit Tiraquel. *iam d.loco num.64.* qui etiam *in eod. tract. de retract. lignag.§. 32. gl.1.nu.17.* relatis infinitis authoritatibus scribit, quod acquirens ex communi vel aliena pecunia vel communicare debeat, secundum quosdam, vel partem pecuniæ tantum reddere, secundum alios.

Et lucrum ei restituendum ex cuius re illud 81
factum est, respondit Cravetta *cons.470.nu.10.* Ideoque etsi res ex pecunia aliena empta acqui- 82
renti cedat, non tamen lucrum, cuius rei diversitatem pulcrè explicat, Cravetta *cons.937. nu.5. vers.Intentione,* qui etiam suprà dictam doctrinam non procedere voluit, in emptione bonorum, quæ ab administratoribus ex ex pecunia eorum est, bona quorum administrant. *l.Lucius 2.§.tutorem. ff. de administr.tut.l.2. C. quum ex fact.tut.l.curator.C.arbitr.tut.* Crav. *d.cons.937. num.4. & 6.vers.Secundò respondetur.*

Sed hæc non tam allequestuum communicationem, quàm fructuum ex paraphernalibus perce-

perceptorum reſtitutionem urgent, ne videlicet quis cum aliena iactura locupletetur, quod & in diſcuſſione ultimi Capitis obiter attingemus.

Sanè ſi eſſet in propatulo, domum & prædia
83 quæſtionis citra erogationem pecuniarum uxoris ex praxi & Advocationis munere fuiſſe acquiſita, non iniuſtam cauſam recuſandi hoc in caſu communicationem Dominus Reus habere videretur; Cum enim ſit quaſi Caſtrenſe peculium iuxta notata Alexandri *conſ.2.vol.6.* Joan. Petr. Surd. *in tract. de aliment.tit.4.quæſt.11. nu.13.* Id ſibi præcipuum maritus retineret *arg. l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de collat.* Et hoc ſenſit Franciſ.Caldas *in l.ſi curatorem verb.læſis.num.99.& ſeq.C.de in integr.reſtit.minor.* (qui *ibidem n.101.* diverſum eſſe in procuratore ſtatuit) Joan.Garzias *de coniugal. acquæſt.num.124.* Camill.Borel. *conſ.39.num.44.ubi dicit*, acquiſita per Advoca-
84 tum in officio patrocinandi, aut in adminiſtratione Magiſtratuum & officiorum, non communicari inter fratres veluti quaſi Caſtrenſia, per text. à nemine hactenus allegatum *in l. velut C.de adſeſſ.*

85 Sed & hæc opinio non tranſit ſine contradictoribus, nam & huiusmodi lucrum ex praxi acquiſitum communicandum eſſe, affirmat Joan. Lopez. *in repet.rubr.extra.de donat.inter vir. & uxor.c.6.alios* §.62.*num.19. & ſeqq.* Anton. Gomez. *ad LL.Tauri 50.& ſeq.num.72. verſ. Quin ratus eſt caſus.* Quò etiam inclinat Menoch *conſ.579.num.7.* Quatenus dixit, ſuper lucrata ab Advocatis eſſe conferenda in ſocietate omnium bonorum poſt Dd.ibid.allegatos. Ita ut & hic Reus non poſſit firmiter pedem figere.

QVÆSTIO QVINTA.

86 REpetitione præſuppoſita pactorum dotalium, quoad acquiſitorum participationem & dotis (ſine qua paraphernalia conſiderari nequeunt. Non enim dici poſſunt præter dotem, niſi etiam ſupponatur dos Joan. Petr.Surd. *deciſ.192.num.22.* Maſcard. *de probat. concluſ. 211. nu.4.* poſt Alexand. *conſ.144.col.2.poſt med.vol.* 3.) conſtitutionem, ultimæ quæſtionis Reſolu-
87 tio de reſtituendis fructibus paraphernalium ferè ſupervacua eſt. Siquidem ubi ſocietas eſt, non eſt locus quæſtioni de reſtitutione fructuũ paraphernalium Alex.Raudens. *deciſ.Piſan.1.n.* 31. poſt Joan. Lopez. *& rurſus num.82.* Cum
88 enim duo ſocii communiter vivunt ad unum panem & ad unum vinum, & ut tales communicent fructus, non attenditur, quis eorum maiorem partem fructuum communicet vel conſumat, ut formaliter loquitur Alexan.Raudenſ. *d.deciſ.1.num.53.citans L.ſocietas.§.ſocietas.ff.pro ſocio.l.C.eod.§.de illa Inſtit. de ſocietat.* Bart. *conſ.4.*

Sed cum alternativè Domini Curatores in Replicis urgeant, ut vel acquæſtus communicentur, aut ſi hoc obtineri nequeat, ut paraphernalia cum fructibus reſtituantur. Videamus quid in hoc puncto excluſa communicatione acquiſitorum ſtatuendum ſit? Et quidem Dominus Reus contendit, communiter eſſe receptum, ut ſi mulier patiatur maritum adminiſtra-89 re paraphernalia, quod tum fructus ipſius lucro cedant ex Bald. Angel. Fab. *in l.hac de lege. in fin. C.de pact.convent.* Angel. *conſ.82.num.6.per l. defuncta.ff.de uſufr.* Tiraquell. *d.LL. connubial. in fin.gloſſ.7.n.1.2. & ſeq.* & aliis.

Quod forſan in conſumptis fructibus expe-90 ditum eſt, ita ut maritus adminiſtrans bona uxoris non teneatur ad fructus conſumptos ſciente & patiente uxore Alexan.Raudenſ. *d.deciſ. Piſan.1.num.55.* poſt Bart. Caſtr. Alex. Bald. Aretin. Cuman. Alex. *conſ.44.lib.4.* Guid. Pap. *deciſ.468.* Afflict. *deciſ.44.num.5.* Dec. *conſ.531.nu.* 4. Menoch. *lib.3.præſumpt.9.* Teſſaur. *deciſ.187.* Cravetta *conſ.193.* Natta *conſ.75.* quos laudat Raudenſ. *d.num.55.*

Hic autem in familiæ ſuſtentationem & com-91 munem uſum fructus eſſe inſumptos, conſtat; Sed ubi de voluntate uxoris, vel fructuum paraphernalium in uſum communem converſione conſtat, maritus non tenetur illos reſtituere ex communi ut reſpondit Burſat. *conſ.249.n.29.*

Deinde Reus variando excipit ſe ideò haud ob-92 ſtrictum ad fructuum paraphernalium reſtitutionem, quod uxor in caſu, ubi nullam dotem conſtituit, præſumatur velle ut maritus fructus paraphernalium loco dotis habeat Bald. *conſ.* 276.*num.4. in fin.lib.3.* Cravetta *conſ.84.num.28 verſ.octavam addo coniecturam.vol.4.* Joan. Vincent. Hondedæ. *conſ.91.plures n.71.vol.1.*

Tertiò evidentem inde coniecturam voluntatis uxoris ratione lucrandorum fructuum paraphernalium extruere nititur, quod magnam partem paraphernalium uſufructuariè marito ad dies vitæ aſſignare, quin & eundem filiæ ſine hæredibus mortuæ ſubſtituere propoſuerit, ut ita tanto minus voluerit maritum ad reſtitutionem fructuum in communem uſum abſumptorum cogi.

Inſuper & quartò conſtat, mariti res familia-93 res tempore contracti matrimonii & poſtea primis annis valdè fuiſſe acciſas & anguſtas. At maritus inops de fructibus non modò dotis, ſed & paraphernalium, alendus eſt, Joan.Petr.Surdus *de aliment.tit.1.quæſt.32.n.3.4. & ſeqq.* Martinus Monterus *deciſ.Aragon.13.n.60.*

Re tamen citra affectatum partium ſtudium paulò diligentius examinata videtur in caſu, quo acquiſitorum participatio non admitteretur, 94 poſſe exigi à marito paraphernalium cum fructibus reſtitutionem, eoque nomine inſtitui Actionem Mandati vel aliam quam poſt Azon. Joan.Campeg. *de dote p.1. quæſt.7.* Bartholom. Bertazzol. *in conſ.crim.501.n.1.vol.2.* Dec. *conſ.* 84.*n.15.vol.4.* qui tradit, quod uxor fructus paraphernalia à marito exactos extantes vindicet, conſumptos condicat.

In caſu enim dubio, ubi de voluntate aut diſ-95 ſenſu uxoris, quæ patitur maritum bona paraphernalia vel alia adminiſtrare manifeſtò non conſtat, maritus nihil lucratur, ſed omnes fructus, qualescunq; ſunt, tàm conſumptos, quàm extantes reſtituere tenetur, ſiquidem in dubio nemo ſuum iactet, præſertim mulierum genus, alias, uti ſupra etiam memini avariſſimum, &

uxor

96 uxor à viro sustentanda sit, eiusque ob reverentiam mariti dissensus præsumatur) quando enim aliquis patitur fieri aliquid in re sua, & ille qui facit, timetur, patientia non præiudicat Joseph. Ludovic. *decis. Peruf. 99 nu.* 13.) quem & hæc præiudicialis causa inducit, uti supplendo distinctionem Bartoli *in d. l. maritus. ff. ad L. Falcid. tradidit.* Menoch. *3. præsumpt. 9. n. 19.* ubi receptam testatur & secundum hanc iudicatum in Taurinensi Senatu refert Ant. Thessaur. *decis.* 187 *n. 5. vers. venum petita* (quamvis ipse dissentiat) & respondendo approbarunt Alex. *cons.* 63. *n.* 5. *& seqq. vol.* 2. *& cons.* 144. *n.* 10. *vol.* 5. Decius *cons.* 521. *n.* 4. Barth. Socin. *cons.* 82. *n.* 15. *vers. ponit & n. seqq. vol.* 4. Bertrand. *cons.* 19 *nu.* 12. *& seqq. vol.* 3. *part.* 1. Cravetta *cons.* 193. *num.* 15. pulcrè Tiberius Decian. *cons.* 84. *nu.* 22. *& seqq. vol.* 4. *ferè per tot.* Menoch. *cons.* 454. *n.* 32. novissimè Camill. Borel. *cons.* 56. *n.* 60. 66. *& seq.* Joan. Vincent. Honded. *cons.* 91. *n.* 63. *vol.* 1. Joan. Petr. Surd. *cons.* 290. *n.* 3. *& seqq.* Et quamvis disputet hac de re præsertim de fructibus consumptis, videtur tamen *n.* 42. hanc distinctionem approbare.

97 Stante itaque huiusmodi communi Dd. sententia fulta præsumptionis validitate Dominus Reus, uti maritus, probare tenetur, voluntate uxoris fructus esse perceptos Johan. Vincent. Hondedæ. *cons.* 91. *n.* 64. *vol.* 1.

Neq; Dominum Reum iuvant suprà in contrarium adducta, cum hic versemur in casu dubio, ubi potius dissensus uxoris præsumitur per
98 suprà adducta. Eadem ratione non facit ad rem, quod de fructuum in usum communem absumptione (cuius probatio marito incumbit Berous *cons.* 44. *n.* 15. *vol.* 1.) adduximus. Maritalis enim est officii, uxori, etiamsi aliunde habeat, unde vivat, alimenta subministrare *l. pe-*
99 *nult. ff. ut in poss. legat. l. si filia §. 1. ff. famil. ercis. l. si cum dotem. §. sæviss imo ff. soluto matrim. ubi* Dd. Natta *cons.* 547. *n.* 10. Joan. Petr. Surd. *in tract. de alim. tit.* 1. *quæst.* 32. *per tot. & n.* 8. Joan. Vincent. Hondedæ. *d. cons.* 91. *nu.* 67. *vol.* 1. ubi dicit, non satis esse dicere, consumptos fuisse fructus pro
100 alimentis familiæ uxoris & viri, cum enim maritus teneretur uxorem de suis bonis vel dotalibus alere, nec ad id uxor teneretur de bonis nō dotalibus, nisi maritus esset positus in maxima necessitate, si in talem usum per maritum fructus essent consumpti, maritus tanti locupletior factus diceretur, & hæredes ad precii restitutionem tenerentur. Hæc Hondedæ. *d. cons.* 91. *n.* 68.
101 Quemadmodum etiam aliàs maritus ex fructibus paraphernalibus, qui ad eum pervenerunt, locupletior factus post Bero. *cons.* 44. *n.* 6. *&* 16.
102 *vol.* 1. Mascard. *concl.* 1164. *n.* 6. Et pecunia in alicuius utilitatem versa existimatur, licet non extet, quando ob id relevatus fuit Dominus à diminutione aliorum bonorum *l. 3. l. si pro parte §. vers. ff. de in rem vers.* Mascard. *d. concl.* 1164. *n.* 19. Unde efficitur, cum Dominus maritus locuple-
03 tior factus sit, fructus paraphernales potius, ut extantes, quam consumptos considerari posse, præsertim quod & res ex pensionibus paraphernalium magna ex parte emptæ adhuc appareant iuxt. Ant. Tessaur. *decis.* 187. *n.* 5. *vers. Extantium.* At extantium restitutioni maritum esse obnoxium, frequentius placuit. Sed *supra in quar-* 104
ta quæstione evicimus, maritum, quatenus ex aliena pecunia locupletior factus est, teneri, quin imò si in propriam viri utilitatem fructus fuerunt conversi, eorum precium repeti posse, quamvis mulieris voluntas accesserit, si maritus ex eis factus est locupletior, ita post Bero. *cons.* 44. *n.* 5. Natta *cons.* 75. *n.* 5. quos, uti & alios, laudat & consulendo tenet Joan. Vincent. Hondedæ. *cons.* 91. *n.* 66. *vol.* 1.

Nec illud valdè movet, quod nulla constituta dote fructus paraphernalium loco dotis existimentur: Quia hic dotem priorem pro repetita habendam esse, per authoritates in principio Tertiæ Quæstionis congestas evidenter demonstratum, & litigantes in eo non magnopere discrepant.

Nec magnum fundamentum in coniecturata illa uxoris voluntate collocandum, quodver- 105
ba huiusmodi uxor ad captandam mariti benevolentiam effuderit (quæ nullum iuris effectū merentur Molinæus *in consuet. Paris. §. 1. gl. 4. n.* 14. Alex. Raudens. *lib.* 1. *de analog. c.* 22. *n.* 1.) non etiam ut præiudicaret filiæ unicæ, ad quam longè maiorem affectionem habuisse, neque eam bonis exuere vel spoliare & ea marito applicare voluisse creditur iuxta Menoch. *d. præsumpt. 6. num.* 34. *lib.* 3.

Denique non iuvat, Dominum Reum inopiæ prætextus, quæ nequidem allegata est, tantum abest, ut probata fuerit, quinimò cum Dominus Reus, uti JCtus, advocationis munus obierit, nulla ratione pauper putandus est, Tralatitium siquidem est, eum non dici pauperem, sed potius solvendo, qui artem habet, ex qua se 106
alere possit glossa parva *in l. etiam ff. solut. matri. & gloss. in l. si quis argum. C. de donat.* Mascardus *de probat. concl.* 1154. *n.* 36. quod & latius enucleat Joan. Pet. Surd. *in tract. de aliment. tit.* 7. *qu.* 6. *n.* 3.

Concluſivè autem loquendo cum præsens negocium ob circumstantiarum occurrentium varietatem difficultatibus non parum sit impli- 107
catum, & repetitio pactorum in omnibus capitulis vix iure sustineri possit, existimarem Dominum Reum, tàm 660. fl. quàm 1030. fl. cum interesse à tempore mortis uxoris, quin etiam paraphernalium fructuum constante matrimonio perceptorum (quatenus non aliter, quàm hactenus factum, de coniugis prædefunctæ contrariæ voluntate docuerit) restitutionem, commodè non posse effugere : Ita tamen, ut pensiones annuas de mille florenis loco dotis repetitis primum subducat, Quæ, si à Domino Reo præstentur, quoad reliqua puncta Dominorum Curatorum petitiones utpotè etiam alternativè propositæ eò magis corruent, quod per restitutionem der Güldverschreibung & non nullorum mobilium à pactis dotalibus primi matrimonii utrinque tacitè sit recessum. Salva tamen in omnibus & per omnia cuiuscunque æquiori & iustiori censura.

THOMÆ MERCKELBACHII.

5 tenor relati superius decreti exigit, sed & absque eiusmodi decreto dispositio Iuris communis efflagitare videtur ex quo constat, arresta, nec non sequestra, tàm rerum quàm personarum, præsertim contra possessionatos in loco judicii omni jure prohibita *c.* 23. *de sequest. poss. & fruct.* Reichs Abscheid de Anno 1570. §. wann auch die arresta Andr. Gail. *in tract. de arrest. c. 1. n. 7. & seq.* Augustus Berous *quæst famil.* 53. *n.* 3. Marc. Mantua *sing.* 388. Wes. *cons.* 41. *n.* 18. maximè verò si
6 reus cautionem obtulerit (prout hic) protinus relaxanda esse Gail. 1. *observ.* 148. *num.* 8. Mynsinger. *cent.* 5. *obs.* 35. *num.* 7. & 8. VVesembec. *cons.* 7. *num.* 8. Matth. Coler. *de process. executiv. p.*
7 3. *c.* 11. *n.* 87. Cum & cautio medicina & antidotum sequestri & arresti existimetur Gail. *d. obser.* 148. *num.* 5. Thom. Grammat. *voto* 12. *num.* 26. Ioseph. Ludov. *decis. Lucens.* 51. *n.* 5. Camill. Borell. *cons.* 8. *num.* 55.

De quo tanto minus in præsenti hypothesi 8
hæsitandum est, quod hic cautio idonea præstita fuit de stando juri in loco Arresti, & iudicato solvendo, adeò, ut hoc casu relaxationem impediens actio iniuriarum teneatur Petr. Peckius *de iure sistendi c.* 45. *num.* 3. Cum & sint, qui 9
putent, arrestatum non teneri cautionem præstare de stando juri, in loco arresti, sed duntaxat in foro suo competenti, ubi alias forum sortitur Borg. Cavalcan. *decis.* 1. *num.* 13. & *decis.* 3. *nume.* 24. *p.* 1.

Quod autem de expensis diximus, in has fis- 10
cum ob frustrationes suas, & litem cum dispendio & detrimento rei, studiosè protractam damnari debere, à jure quoque non est alienum Siquidem etiam Fiscalis indebitè aliquem vexans, præsertim verò, si reperiatur evidens calumniator, debet in expensas condemnari, & eas de proprio solvere Thom. Gramm. *decis.* 60 *numer.* 21. Joseph Ludovic. *decis. Lucens.* 1. *num.* 33. Viv. *decis.* 479. *numer.* 1. *& seq. & opinion. comm.* 404. *numer.* 7. Cravetta *consil.* 168. *numer.* 10. Quod maximè locum habet in expensis 11
retardati processus, quas sicut privatus quisque, in quolibet articulo processum retardante succumbens victori reficere debet, non expectata definitiva sententia *per l. pen. & ibi* Bart. *C. de fruct. & lit. expens.* Gail. 1. *observ.* 151. *num.* 15. Ita & fiscus, qui in casibus tantum expres- 12
sis privilegiatus est, in aliis verò non expressis jure privati utitur, ut præter iura & authoritates à Dn. Gailio adductas 1. *observ.* 90. *num.* 2. tradidit Cels. Bargal. *de dolo lib.* 5. *c.* 11. *num.* 15. Mar. Anton. Peregrin. *de iure Fisci lib.* 6. *tit.* 1. *nume.* 1. Vasq. *illustr. quæst.* 82. *numer.* 14. Contard. *ad l. un. C. si à mom. poss. quæstion.* 21. *numer.* 3. *& in l. diffamari c.* 3. *num.* 42. *C. de ingen. manumiss. post* Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *p.* 43 *num.* 3. Roland. à Valle *de invent p.* 2. *q.* 11. *fol.* 17. *num.* 16. Cravett. *cons.* 156. In camera Imperiali certè ita iudica- 13
tum est 27. Februar. Anno 1497. ubi fiscalis in expensas temoratæ litis condemnatus fuit: prout ex sententiis per D. Scheilerum & Bartholum collectis apparet.

Quæ omnia multò magis in causis arrestorũ 14
procedunt, ubi malitiosus arrestator, in omnibus damnis, expensis & interesse venit condemnandus Cavalcan. *decis.* 4. *num.* 1. *part.* 1. Petr. Peck. *de iure sistendi c.* 18.

Similiter quin in præsenti hypothesi hæredes
ipsius Rei ante responsionem & litis contestati- 15
onem & expensas indebitę flagitationis & morę ob correctum libellum sibi à fisco refundi iure exigere possint, omni caret dubio Iohan. Schneidevv. *in §. si minus n.* 10. *Inst. de action.* Michael Graff. *lib.* 2. *comm. opin. verb. libellus c.* 14. *q.* 6. Ioa. Bapt. Asin *in praxi iudic. p.* 1. §. 32. *c.* 2. *ampliat.* 15. Petr. Gregor. *in Syntagm. Iur. univers. li.* 21. *c.* 8. *n.* 7. *in fin.* Schrad. *de feud. p.* 2. *p.* 9. *princ. sect.* 2. *n.* 22. Hart. Pist. *li.* 5. *quæst. Iur. q.* 22. *n.* 5. Quemadmodũ
& frequenter in Camera Imperiali iudicatum 16
fuisse sententia à D. Sailero & D. Bartholo editæ uti 17. Iunii Anno 77. item 20. Augusti Anno 1584. luculenter ostendunt.

SECVNDA PARS Conſultationis.

DEveniendo ad ſecundam propoſitę conſultationis partem, quid in cauſa principali tã ex actis, quàm aliis in facto propoſitis pronunciandum ſit: hanc partem in duo membra ſubdividendo, de utroque videbimus.

Prius membrum Secundæ Partis.

PRima inſpectio eſt de criminali actione ſuper diverſis obiectis exceſſibus violentiæ ſcilicet, concuſſionis, & ſimilibus per fiſcalem ipſi reo intentata, & hanc, quia reus nondum lite conteſtata deceſſit, morte ipſius expiraſſe, nec in hæredes tranſire extra controverſiam eſt: cum actiones, nedum criminales ex legibus publicorũ
17 iudiciorũ inſtitutę (quo in caſu nos verſamur) ſed ne quidem civiles pænales ex delictis deſcẽdentes ullo modo in hæredes lite nondum conteſtate tranſeant *l. pupillum in §. in hæredem & l. pœnalia* 164. *ff. d. R. I. §.* 1. *Inſt. de perp. & temp. act. l.* 1. *ff. de priv. delict. l.* 20. *ff. de accuſ. l. un. C. de delict. defunct.* Ant. Gome. *var. reſol. tit. de delict. c.* 1. *n.* 85. Clar. *quæſt.* 51. Burſ. *conſ.* 77. *n.* 1. *lib.* 1. Fachin. *contr. Iur. lib.* 9. *c.* 5. *in pr.* Gail. *de pact. p. li.* 1. *c.* 20. *n.* 21. Itaq; hæc abolitio legalis morte rei inducta à judice, cum eidem de ea ex actis inde potiſſimũ conſtet, quod rei defuncti hæredes apud acta de
18 novo Procuratorem ad cauſam conſtituerunt, omninò venit attendenda. Tralatitium enim eſt quod Iudex exceptionem Iuris ex ipſis actis reſultantem, etiam ex officio ſupplere debeat Lucas de penna *in l. hi qui. C. de conven. fiſci debitor. lib.* 10. Ioh. Bapt. Aſin. *in tract. de execut. §.* 3. *c.* 168. Viv. *in commun. opin. in verb. Iudex opin.* 418. *nu.* 2 Franc. Bec. *conſil.* 186. *n.* 27. Simon. de Præt. *conſ.* 59. *n.* 36. *cent.* 3. Qua ratione placuit, quod Iudex
19 ex officio exceptionem præſcriptionis ex actis apparentem, quantumvis non obiectam, attendat Mynſ. *cent.* 3. *obſ.* 25. Weſ. *conſ.* 14. *n.* 68. *Et in ſupplemento ad* Schneide. *Inſtit. de Except.* Augu. Berous *conſil.* 15. *n.* 33. *vol.* 3. Tiber. Decian. *conſ.* 71 *n.* 57. *vol.* 4. *&* ita deciſum eſſe in conſtit. Saxon. teſtatur Ioh. Zanger. *de exceptionib. c. ult. n.* 9.

Membrum poſterius ſecundæ Partis.

SEcunda inſpectio in eo verſatur, quid ratione commiſſi feudi ſtatuendũ ſit: quæ res maiorum habet difficultatem, propter utriusque partis hinc inde in actis, iam tunc deducta fundamenta haud parum ponderis aut momenti habentia.

Neq; enim, ut in ſuperiori caſu, ſic etiam hic dici poteſt, actionem ſive petitionem, quæ Domino competit ad feudum ſibi per alienationẽ vaſalli commiſſum atq; apertum, mortuo vaſallo ante litis conteſtationem non dari contra va-
20 ſalli hæredem. Cum certi atq; explorati iuris ſit, quando vaſallus ipſo jure privatur feudo, quod tunc Dominus indiſtinctè illud ab hæredib. vaſalli defuncti petere poſſit, etiamſi nullam eo nomine querelam vivente adhuc vaſallo inſtituerit Zaſ. *de feud. part.* 10. *n.* 76. Afflict. *in c.* 1. *§. in ſuper n.* 15. *de prohib. feud. alien. per Frider. & deciſ.* 255. *n.* 3. *cum aliis adductis per* Schrad. *de feud.* 2. *p.* 9. *part. princ. ſect.* 10. *n.* 19. *verſ. primò hæc concluſio fallit* Vult. *de feud. c.* 11. *n.* 62. & noviſſimè Henr. Roſenth. *de feud. c.* 10. *concl.* 40. *& ſeq.*

Vaſallum autem ipſo iure propter illicitam a- 21
lienationem feudo privari inſinuat text. *in c.* 1. *& ibi* gl. *in §. Callidis in verb. libere revertatur de prohib. feud alien. per Frider.* Hart. Hartm. *pract. obſe. tit. de feud.* 54 *obſ.* 37 *n.* 3. Clar. *in §. feudum q.* 31. *n.* 6. *in fin.* Schrad. *de feud. part.* 9. *ſect.* 8. *n.* 21. Franciſc. Becius *conſil.* 118. *n.* 18. Molinæ. *in conſuet. Pariſ. §.* 43. *gl. in verb. qui denuò n.* 23. *cum aliis cumulatim citatis per* Henr. Roſenth. *de feud. c.* 9. *concluſ.* 2. *n.* 1. *in lit. A.*

Sed & noſtro in caſu tantò minus de perpetu- 22
atione actionis in hæredes dubitandi locus relinquitur, quod lite pendente mors vaſalli ſuper venit, cum ſatis ſit, ſi Dominus ante obitum vaſalli ſaltem ſe præparaverit ad movendam litem nec per ipſum ſteterit, quo minus hanc litem proſequatur Zaſ. *de feud. d. part.* 10. *n.* 76. Schrad. 2. *part.* 9. *part. princ. ſect.* 10. *n.* 20. *verſ.* 3. *hæc concluſio.* Borch. *de feud. p.* 8. *n.* 115. Intrigli. *de feud. q.* 87. *n.* 50. Vult. *c.* 11. *n.* 66. Weſemb. *c.* 15. *nu.* 10. Sonbec. *p.* 12. *n.* 31. Curt. *p.* 4. *nu.* 150. Roſenth. *de feud. c.* 10. *concluſ.* 40. *n.* 36. *&* 37. Quinimò
23 ſola declaratio Domini volentis vaſallum privare feudo, qualitercunque facta, hoc facto operatur, ut jus privationis in hæredes tranſeat Clar. *in feud. q.* 64. *n.* 2. quem rectè in hoc citat Roſenth. *d. loc. n.* 37. ubi communem dicit, eamque opinionem adductis rationibus juris confirmat.

Cardo itaq; Quæſtionis in eo potiſſimũ vertitur, an iuxta propoſitam facti ſpeciem feudum ex prætenſa cauſa alienationis caducum atque apertum Domino redditum ſit?

RATIONES DVBITANDI.

ET quidem pro fiſci affirmantis intentione contra reum eiuſque hęredes ſubſequentia pugnant.

Primo iuris eſt indubitati, quod omnis alie-
24 natio feudi irrequiſito Domino, ſub pœna commiſſi ſive caducitatis vaſallo ſit interdicta *c.* 1. *in fin. de feud. ſine culpa non amitt. c.* 1. *de vaſall. qui contra conſtit. Lothar. c.* 1. *in princ. de prohib. feud. alièn. per Frider. c.* 1. *§. fin. quæ fuerit prima cauſa benefi. amit.* Curt. *in tract. feud. p.* 4. *n.* 81. Iacobin. *de S. Georg. in tract. feud. verb. dictiq; vaſalli n.* 45. Itaque cum in noſtro caſu alienatio facta ſit, eo ipſo pœnam caducitatis incurſam eſſe, non malè videtur inferri.

Deinde ut maximè tunc, quando partem
25 rei feudalis vaſallus alienat, exprimendo qualitatem feudalem, non niſi par s alienata cõmittatur: tamen ubi feudum alienat, tanquã allodium nõ facta cõmemoratione directi Domini (prout

in no-

in nostro casu contigit) tunc etiam alienatione partis totum feudum committitur ita tradunt Bald. & Præpos. *in c.1. de Vasanq. qui contr. constit. Lothar. & Bald. in c.1. & ibidem* Laudens. 11. *qual. ol. pot. feud. alien. & cons.* 341. *num.* 1. *p.* 2. Jason. *in l. fin. num.* 125. *C. de iure Emphyt.* Borch. *de feud. c.* 8. *num.* 34. Paris. *cons.* 14. *num.* 11. *vol.* 1. Roland. *cons.* 17. *num.* 17. *&* 20. *vol.* 2. Kirchov. *in comm. opin. verb. feudatarius* prout hoste maiore ex parte allegat Fiscalis apud Acta diversis in locis, videlicet in replica Anno 1611. 3. Ianuar. § daß beklagte & in dem Schrifften an statt mündlichen Recels. Anno 612. am 27. Aug. vbergeben.

Weil aber daneben / ultra quos ad fisci industriam iuvandam adduci possunt Natta *cons.* 479. *num.* 3. 4. 13. *& seqq. & cons.* 480. *num.* 1. Cravetta *cons.* 348. *num.* 28. *& cons.* 380. *num.* 26. Joan. Vinc. Hondædæ. *cons* 51. *nu.* 35. *& seq. vol.* 1. Joan. Castello *de usufruct. c.* 24. *num.* 22. Et in
26 materia Emphyteuseos ita etiam tenet Socin. Junior. *num.* 147. Crot. *num.* 60. *in l.* 4. *§. Cato de verb. obl.* pro qua etiam parte consuluit Roland. *dict. cons.* 17. *per tot.* Natta *d. cons.* 479. *& duob. seqq.* Cephal. *cons.* 139. *per tot. præcipuè num.* 21. *vol.* 1. Berous *cons.* 102. *n.* 61. *vol.* 1. Et novissimè hanc sententiam adstruit Aurel. Corbul. *de Emphyt. c.* 14. *ampliat.* 42. *num.* 7. Hondædæ. *cons.* 41. *n.* 34 Alex. Trentacin. *lib* 3. *var. resol. de Iure Emphyt. resol.* 8. *n.* 2.

27 Cuius decisionis hæc adducitur ratio, quod taliter alienando non tàm in rem quam personam Domini delinquatur, eiusq; persona contemnatur, qui contemtus individuus dicitur, totiusque rei privationem inducit ex doctrina Bart. *in l. quidam in Iure §. ff. de donat.* ita tradit Roland. *d. cons.* 17. *num.* 11. 12. *nu.* 17. & omnium accuratissimè Natta *d. cons.* 479. *nu.* 4. 5. 6. *&* 13. *& cons.* 480. *in pr. & num.* 1. *in princ.* Hieron. Magon. *decis. Florent.* 19. *num.* 6. *& seq.* nec non alii supra adducti.

28 Neque Reum vel nunc hæredes eius relevat, quod fiscus non probarit, rem alienatam fuisse feudalem: Quia cum non negetur totum prædium sive curtem in Bergstein cum omnibus pertinentiis in feudum à Domino Episcopo recognosci: Ergo & idem Jus in parte alienata statuendum videtur, quia quod Juris est in toto, idem & in singulis eius partibus, Juribus notissimis, prout hoc argumento utitur fiscus in seiner Eventual Submission Schrifft 4. Aprilis Anno 611. §. Immassen vnd in dem Gegenreceß 14. Maii Anno 612. einkommen / §. vnd ist allhie.

29 Rursus pro vasallo alienante contra Fiscum Reverendissimi non facit, quod in minori vasalli ætate per tutorem facta sit alienatio: quodque ipsi à tutore persuasum sit, rem alienatam non fuisse feudalem. Nam adhuc ei obstat, quod maior factus, non revocaverit, sed potius ratam habuerit alienationem *l. fin. C. si mai. fact. alien. sine decr. fact. rat. hab.* Tum si eo nomine, quod ex persuasione tutoris in damnum incidit, habere se putat contra tutorem, actionem aliquam cum illi intentare, integrum est, fisco non impediente, ita fiscus arguit in der submission Schrifft 4. Aprilis Anno 611. gerichtlich einkommen.

So mag auch. Minor enim non restituitur, si dolo vel negligentia tutoris vel curatoris læ- 30
sus sit, cum contra illum ad Interesse possit agere Anthon. Tessaur. *decision.* 103. *nu.* 9. *vers. item facit*, ubi subiunxit, si hoc casu restitutio concederetur, negligentia vel dolus tutoris potius tertio, quàm ipsi noceret, & tutor vel curator omnino remaneret impunitus. Hanc opinionem tenet etiam Petr. Anton. Angusta *cons.* 56. *num.* 3. *lib.* 2.

RATIONES DECIDENDI, SIVE ELISIONUM FUNDAMENTA.

QUantumvis verò hæc ad fisci intentionem iuvandam adducta, non parum speciosa & colorata primo intuitu videantur: tamen reipsa omnibusque circumstantiis diligentius perpensis & consideratis pro Reo, nunc maximè hæredibus eius pronunciandum in hac caussa statuimus.

Ad quam sententiam solidis fundamentis & 31
rationibus Juris firmandam primò illud sciendum est, quod sine dolo & contemptu Domini pœna privationis de iure nunquam incurritur, *c.* 1. *§. ult. de prob. feud. alienat. per Lothar.* 161. *si vasallus doloſe*, ubi Feudistæ. Hubertinus Ruchardus *cons.* 31. *num.* 132. Bursat. *cons.* 1132. *nu.* 1. Marc. Anton. Peregrin. *cons.* 94. *num.* 31. *vol.* 2. Elbert. Leonin. *cons.* 99. *num.* 22. Joan. Fichard. *cons* 13. *num.* 12. *lib.* 2. Nicol. Euerhard. Jun. *cons.* 31. *num.* 21. *vol.* 2. Joan. Petr. Surd. *decis.* 221. *nu.* 1. Anton. Tessaur. *decis.* 227. *num.* 6. Ubi requirit contemptum apertum: tantum autem abest, ut dolus ex parte fisci probatus sit, ut potius in contrarium validissimæ exrent præsumptiones, dolum omnem à Vasallo alienatore prorsus removentes.

Nam præterquam quod alienatio testantibus actis Anno 1592, atque ita Vasallo adhuc in 32
minori ætate existente, & per consequens rei qualitatem verosimiliter ignorante facta est, prout hanc minorennitatem fiscus non negat, & eadem insuper ex pactis dotalibus utpote Anno primum 1572. in Maio inter parentes quondam Ottonis de Brinck erectis, nobis extra acta ad partem ostensis sufficienter probari potest: tum verò hanc ignorantiam doli omnis exclusivam Rosenthal. *de feud. c.* 10. *concluſ.* 12. *num.* 9. Quod scilicet rem alienatam feudalem esse nesciverit, non modò in actis aliquoties allegavit reus, sed etiam ad eandem iuramento suo corporali probandam, sese in scripto sub propriæ manus consignatione 7. Martii Anno 1611. iudicialiter exhibito seriò & deliberato animo obtulit, in eaque oblatione irrevocabiliter usque ad mortem suam perstitit. Proinde cum iuris sit, quod iuramento à defuncto ob- 33
latum, pro præstito habeatur Gail. 2. *obs.* 43. *n.* 2. ubi communem dicit Mynſ. 1. *obs.* 13. prout in Camera Imperiali iudicatum Anno 1568. 12.

Martii & Anno 1600. 16. Aprilis. Hinc dubitandum non eſt, quin per eiusmodi Juramenti oblationem, quoad exculpandum reum, ignorantia verè probata ſit: Et quod ignorantia Va-
34 ſalli alienantis per ipſius iuramentum verè probatur eſt text. *in c. 1. de contr. inter dom. & emptor feudi & ibi gl. in verb. iurare.* Gail. 2. *obſ.* 48. *n.* 25. Ubi etiam in Camera iudicatum refert in magna & ardua quadam cauſa, & ultra allegatos ab ipſo idem ſtatuit Schrader. *de feud. p.* 9. *concl.* 60. *nu.* 6. *in lit. G.* ubi citat Zaſium *de feud. part.* 10. *num.* 10. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 106. Roſenthal. *& c.* 6. *concluſ.* 47. *n.* 7.

35 Tametſi verò hæc Iuramenti oblatio aliquatenus ex eo impugnari poſſe videatur, quod Iuramentum etiam præſtitum, nedum oblatum, eo tempore, quo probationes nondum fieri poſſunt, videlicet ante litem conteſtatam non probat Jaſon. *in repetit. l. admonendi num.* 265. *& ſeq. ff. de Iureiur.* Cravetta *conſ.* 196. *num.* 1. Dec. *conſ.* 83. *num.* 1. *lib.* 6. Schrad. *de feud. p.* 9. *c.* 1. *n.* 49. Fulv. Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 66. *num.* 86. Prout
36 etiam non probat ſi præſtitum ſit, Iudice non deferente, *arg. l.* 3. & ibi Alex. Iaſon. *ff. de Iureiur.* Cravett. *d conſ.* 196. *num.* 2. cum aliis adductis per Schrader. *d. loc. n.* 50.

Attamen hæc allegatio ignorantiæ, & ad eam
37 probandam, iuramenti per reum facta oblatio ad hoc ſufficit, ut Dominus non aliter in cauſa obtinere poſſit, quàm ſi ipſe & articulaverit & probaverit, Vaſallum ſciviſſerem alienatam feudalem eſſe, ex Bald. Alvorat. Præpoſ. Raven. Lauden. Afflict. & aliis tradidit Roſenthal. *de feud. c.* 9. *concluſ.* 60. *in lit. A. circa fin.* Schrader. *de feud. p.* 9. *c.* 1. *num.* 48. ubi citat Roman. *conſ.* 473. Cravetta *conſ.* 6. *num.* 73. Molinæ. *in conſuet. Pariſ. §.* 20. *gl.* 5. *in verb. vendu nu.* 6. Seraphinus de Seraphinis *in tract. privileg. iurament. privilegio* 4. *num.* 132. Joan. Bapt. Coſta. *de facti ſcientia & ignorantia cent.* 1. *diſtinct.* 11. *num.* 3. *& ſeq.* Hartm. Hart. *in pract. obſ. tit. de feudis* 54. *obſ.* 24.

Deindè non tantum huius aſſertę ignorantię probatio & ex eo coadiuvatur, quod pro ſe habeat præſumptionem legis, qua dicimus in du-
38 bio ignorantiam præſumi *l. verius ff. de probat. c. ignorantia d. R. I. in* 6. Sed & præſumptio ignorantiæ indè firmatur, quod tempore alienationis (uti infacto aſſeritur, & in actis ex parte Rei in duplica 7. Martii Anno 611. exhibita allegatum eſt) nondum de feudo Reus fuerit inveſti-
39 tus, ſed feudum in ſucceſſione hæreditaria repererit, atque hoc modo, iuſtam habuerit ignorantiæ cauſam, an ea res feudalis fuerit *l. qui in alterius* 42. *ff. de R. I. c. cum quis eodem tit. in* 6. Et in ſpecie hoc ad Vaſallum feudum alienantem applicat Roſenthal. *de feud. c.* 9. *concl.* 33. *nu.* 14. *ubi in lit. H. quam plurimos citat.* Vult. *de feud. c.* 11. *num.* 42.

40 Quod & ante hos in hærede Vaſalli, ut videlicet ob præſumptam eiusdem ignorantiam Domino onus probandi ſcientiam qualitatis feudalis in re alienata incumbat, firmavit Ubertin. Zachard. *conſ.* 66. *n.* 46. *poſt alios.* nec non Andr. Gail. *d.* 2. *obſ.* 48. *num.* 9. & 10.

Eo amplius iuſtam videtur habuiſſe cauſam credendi Reus ex perſuaſione tutoris aſſerentis, rem illam impune alienari potuiſſe, utpote non feudalem, prout ex miſſiva tutoris actis inſerta & iudicialiter Anno 611. 30. Maii producta conſtat Iuſta autem credendi cauſa eſt, ſi quis fidem habeat aſſertioni alicuius viri legalis 41
& fide digni, vel in authoritate exiſtentis Tirq. *de pœn. c.* 51. *nu.* 27. 29. & 30. Jacob. Philip. Port. *conſ.* 95. *num* 8. Menoch. *conſ.* 384. *num.* 3. Tiber. Decian. *conſ.* 85. *num.* 26. *vol.* 5. Proſper. Farinac. *in praxi crimin. q.* 16. *num.* 51. qui credentem excuſari ob omni culpa dolo & pœna ſcribit.

Sanè tutorem vel Curatorem apud minorem in authoritate eſſe conſtitutum nemo, opinor, inficiabitur, præſertim cum & tutores Magi- 42
ſtratibus æquiparentur *l. præfectus cohortis ff. de ritu nupt.* Celſ. Bargal. *de dolo lib.* 4. *c.* 4. *nu.* 14. Ex quo etiam rectè reſpondit Weſembec. *conſ.* 63. 43
num. 33. eum, qui probabiliter putat ſe poſſe alienare, non cadere in commiſſum. Et pœnas legales evadendi, iuſtam eſſe cauſam ignoranti- 44
am Vaſalli, exiſtimantis ſe lege feudali non alligari, ſcripſit Alciat. *conſ.* 3. *num.* 36. *& ſeq. lib.* 3. amplius docuit Jaſon. *conſ.* 64. *num.* 30. *lib.* 3. O- 45
mnem credulitatem etiam & temerariam excuſare à dolo. Ergò per conſequens excuſare etiam debet à pœna caducitatis.

Et ut demus, hanc credulitatem non fuiſſe 46
iuſtam & rationabilem: attamen quælibet cauſa etiam frivola, iniuſta temeraria & beſtialis; excuſat à dolo Juribus vulgatiſſimis. Idque in terminis, quod quælibet cauſa etiam iniuſta & frivola excuſet à caducitate, tradunt Jaſon. *d. conſ.* 64 *num.* 17. *vol.* 3. Bero. *conſ.* 98. *num.* 21. *vol.* 1. Burſat. *conſ.* 26. *num.* 39. & *conſ.* 253. *num.* 57. Dec. *conſ.* 690. *n.* 14.

Secundum pro Reo, eiuſque hæredibus fun- 47
damentum evitandæ caducitatis eſt, quod alienatio illa per minorem eiuſvè tutorem (utrumque enim perinde ſe habet Simoncell. *de decret. & cæter. ſolenn. in contractib. minor. lib.* 2. *tit.* 6. *nu.* 16. absque Decreto iudicis interveniente, & ob id effectum commiſſi non operatur Simon. *d. loc. num.* 30. Schrad. *de feud. p.* 9. *c.* 1. *num.* 29. Burſat. *conſ.* 82. *num.* 7. Alvar. Valaſc. *deciſ.* 71. *nu.* 15. Lud. Molina. *de Hiſpan. primog. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 18. (qui tamen diſtinguit hac in re) Ioan. Gutier. *lib.* 2. *pract. quæſt. civil. q.* 4. *num.* 4. Proſper. Farin. *conſ.* 70. *num.* 31. Roſenth. *de feud. c.* 9. *concluſ.* 4. *num.* 5. *in lit. C.* ubi plures citat, & ita in Camera iudicatum refert.

Tertio pro hac parte faciunt tritæ atque uſi- 48
tatæ illæ Iuris Regulæ, quod in pœnalibus ſemper benignior capienda ſit interpretatio *l. ſi præſes* 32. *l. interpretatione* 42. *ff. de pœnis l. factum cuique ſuum* 155. *§. in pœnalibus, ubi* Dec. & Cagnol. *ff. de R. I. c. in pœnis & ibi gl.* Jo. Andr. Dyn. & alii *de R. I. in* 6. Grammatic. *conſ.* 45. *in fin.* Menoch. *conſ.* 471. *num.* 16. *lib.* 5. Cravetta *de antiq. temp. in princ. part.* 4. *princ. n.* 6.

Item, quod non debent cavillationes fieri, ut pœna committatur, ſed probatio liquida exigi- 49
tur, ut pœna habeat locum, præſertim quando agitur nomine Eccleſiæ, quæ in pœnis mitius ſe habere debet, ut notatur *in c. ſuam de pœnis*:

Sunt

Sunt verba formalia Decii *conſ.167.num.1.* neq; ad eas conſequendas prona eſſe debet Hippol.
50 Riminald. *conſ.124.num.64.* Sed favorabiliter facienda eſt Interpretatiò, ut evitetur caducitas Marc. Brunus ab Anguillis *conſ.23.n.170.*

Hinc & pro Regula ſtatuitur, quod in dubio
51 contra caducitatem pronunciandum Anthon. Caſpar. Teſſaur. *lib. quæſt. forenſ.c.61.num.8.in fin.* Jaſon. *d.conſil.64.num.34.vol.3.* Burſat. *conſ.143.num.35.* Bartholom. Bertazol. *conſ.criminal.435.num.12.* ubi etiam malè citat Burſat. *conſil.213.n.14.*

52 Cui non abſimile eſt, quod dicitur regulariter in dubio contra fiſcum iudicandum eſſe *l.non puto ff.de iure fiſci* Ægid. Boſſius *in pract. rubr. de fiſco & eius privilegio num.74.* Nicol. Euerhard. Præl. *in loco à fiſco ad Eccleſiam num.20.* Burſat. *conſ.146.num.27.vol.2.* Bartholom. Bertaz. *conſ. criminal.560.nu.34.vol.2.* Joan. Vincent. Hondædæ. *conſ.94.n.27.vol.2.*

Quartò hoc etiam conſiderandum venit,
53 quod ex parte fiſci nondum in hunc usque diem probatum ſit, rem illam, quæ tanquam feudalis alienata prætenditur, verè feudalem fuiſſe, quod illi utiq; probandum fuerat, ex quo quælibet res in dubio allodialis, & non feudalis, præſumitur Menoch. *lib.3.præſumpt.91.* Maſcard *de probat.concluſ.79.nu.5. & 6.* Ioan. Petr. Surd. *conſ.151 num.23.* Quibus in locis infiniti congeruntur.

Neque verò hæc probatio ex eo ſuppletur, quod fiſcus petias illas ſeu particulas terræ arabilis alienatas partem ſeu de pertinentiis rei principalis in feudatæ videlicet Curtis ſive prædii in Bergſtein fuiſſe contendit; Illud enim à fiſco pro certo atq; indubitato aſſumitur, quod adhuc in quæſtione poſitum eſt. Nam ager ſeu pars agri, qui ſeparari poteſt, non eſt pars integrans ſeu integralis ipſius prædii, ſicut ſolum &
54 ſuperficies ſunt partes integrantes ipſius domus vel ædificii, ita ut ſub nomine ædificii, tanquam partes integrantes veniant, neque diverſo iure cenſeri poſſint *l.eum qui ædes 32. & quæ ibi not.ff. de uſucap.gl.* Bart. Alex. Jaſ. *& alii in l.3 ff.de acquir.poſſeſſ.*

55 Et ſanè curte ſeu prædio aliquo cum pertinentiis in feudum conceſſo, incerta & obſcura eſt conceſſio, ut ſi Dominus non probet feudalia eſſe, quæ Vaſallus ibi reperitur poſſidere, is vel minium oſtendendo, liberetur Roſenthal. *de feud.c. 12.concluſ.15.num.55.cum multis ſeqq.*

56 Hinc rectè reſpondit Bellonus *conſ.10.num.12.* conceſſione cum pertinentiis facta, ſi Vaſallus rem & aliquid pertinentiarum nomine reddat, nec amplius contineri dicat, eum omni ſuſpicione carere refert Roſenthal. *d. loc.num.74.* Et
57 Dominus ſe in Inveſtitura fundans, ſibi imputet, quod legem contractus non dixerit apertius quodque Catalogum ſeu deſcriptronem bonorum feudalium non curaverit confici Roſenth. *d.loc.num.17. & c.8.q.32.num.12. & ſeqq.* Ubi iterum notat, quod Vaſallus ignorantiam quantitatis rerum feudalium vel partis earum prætendendo, Iuramento ſe purgare poſſet.

Denique & quinto citra præiudicium veritatis largiamur, rem illam, de qua agitur, & feudalem verè fuiſſe, & ſcienter alienatam: attamẽ eo caſu non poſſet, niſi pro parte alienata committi. Cum conſtans vera & communis omnium Dd. ſit opinio, Vaſallum, qui partem tan- 58
tum feudi alienavit, non toto feudo, ſed ea tantum parte, quam abſque voluntate Domini alienavit, privari, pro qua ſententia, textus eſt clarus, perſpicuus, nullisque cavillationibus obnoxius *in c.1.de Vaſallo qui contra conſtit.Lothar.* ubi dicitur, ſi totum alienavit, totum perdat, ſi partem, perdat partem; Et hanc ſententiam ita tenet gl. *in d.c.1.verb.partem.* Item Belviſ. Iſter. Alvorot Afflict. & communiter omnes feudiſtæ. Item gl. *in c.1.§.prædictis modis, in verb. retinet,* ubi illum textum ſic declarat, *quæ fuit prima cauſa benefic.amitt.*

Quam plurimos in hanc ſententiam de veri- 59
ore communiore & æquiore opinione atteſtantes, longo catalogo recenſit Henricus Roſen. *de feud.c 9.concluſ.1.in lit.d.* ultraquos addi poſſunt Intrigliol. *de feud.quæſt.98.num.181.* Arnoldus Feronus *in conſuet. Burdegal. de feud.tit.8. §.5. in princ.* Joan. Popon. *in conſuet. Barbon. §.386. fol. 344. in fin.* Joan. Saiſon. *in conſuet. Turonenſ. tit. 12.verb.comment. lon. doct. §. Secunda concluſio.* Molinæ *in conſuet. Pariſ. §.20. gl.5.verb. vendu. numer.7. & §.43.gl.1.in verb.qui denie numer.6.* (ubi teſtatur contrariam ſententiam, veluti Saturninam, ab omnibus feudiſtis reiici Flamin. Rub. *conſ.77.num.33.34. & ſeq.* ubi itidem communem benigniorem, & ob id amplexam dicit *vol.2.* Dec. *conſ.667.num.6.* Mynſing. *conſ.44.nu. 24.* Ioan. Maria. Riminald. *conſ.426.num.52.* Franc. Aretin. *conſ.14.* Gorad. *conſ.86.num.5. & num.20.* quos duos poſtremos citat Schrad. *de feud.p.9.c.1.num.55.* Iacob. Thoming. *conſ.19.n. 11.* Hieron. Cævallos *in com.opin.contra commun. q.76.num.4. & nu.6.* Borgn. Cavalcan. *deciſ. 30. num 135.p.2.* Franciſc. de Claperiis *in cent. deciſ. cauſar. fiſcal. cauſa 15.q.3.* Martin. Morter. *deciſ.5. num.75. & ſeqq* Tiraquel *de retract. lign §.23.gl. 2.num.18.* Franciſc. Caldas *de Emphyt.p.4.c.5.n. 58.* (Vid. etiam *c.9.* ubi contra) Cardinal. Thuſc. *pract.concl.vol.6.concluſ.214.n.3.* Marta Neapolitanus *de iurisdict.p.1.c.33.n.133.*

Etſi verò Baldus poſt Petrum de Cervo exiſtimet, totum feudum hoc caſu amitti, *per c.1.in princ.ibi totum vel partem aliquam, de prohibit. feud.alien. per Frideric.* tamen de hoc dicto Bald miratur Alvoretus *in c.1.n.4. de Vaſall.qui contr.* Conſtitut, Loth. cum nullum contradicentem, præterquam Petrum de Cervo, invenerit. Neq; 60
textus *in d.c.1.de prohib feud. alien. per Frideric.* ſi rectè inſpiciatur, quicquam facit ad opinionem Baldi & Cervoti corroborandam, cum tantum dicat, nulli licere alienare totum feudum, vel partem aliquam: at quod parte alienata totum committatur, non exprimit textus, ideoque hoc ex aliis textibus ea dere in ſpecie diſponentibus petendum eſt, *vulg. l. non eſt novum ff. de ll. nec facile* legum correctio admittenda *Iurib.notiſſ.* Quinimò ipſe Baldus fatetur 61
c.1.de Vaſal.qui contra conſtit.Lothar. ſimpliciter approbatum eſſe, adeò ſolum partem alienatam

tam amitti: & deciſioni illius textus ſecundum communem Dd. ſententiam ſtari, quod ſcilicet pro parte alienans, pro parte tantum plectatur, aſſerit Petrus Raven. *d.c.1. de Vaſal. qui contra conſtit. Lothar.*

62 Rurſus idem Baldus fatetur opinionem ſuam de rigore Juris procedere, non ſecundum æquitatem Canonicam, quod & Jaſon aſſerit, *in d.l.fin.nu.25.C.de Iure Emphyt.* Corneus *conſ.* 67.*num.*10.*lib.* 2. Thom. Grammatic. *deciſ.* 49. *num.*2. Anguſola *conſ.*16.*num.*1.*in fin.vol.*7. Pyrrus *in conſuet. Aurelian. de feud.c.*2.*clar. in §. feudum q.*31.*n.*7. Borch. *de feud.c.*8.*n.*34.

63 Quod ad diſtinctionem illam attinet an feudum tanquam allodium & citra commemorationem directi Domini alienatum ſit, nec ne; ut primo caſu feudi parte alienata totum committatur propter contemptum Domini, poſteriore non item. Etſi eiusmodi diſtinctio in Emphyteuſi admitti poſſit, in quibus etiam terminis plerique Doctores verſantur, ut Rolandus, Natta (qui principaliter de emphyteuſi & tantum incidenter de feudis loquuntur) Cephalus,

64 Berous, Corbulus: Attamen quia in feudis clarum habemus textum *in d.c.*1.*de Vaſal. qui contra conſtit. Lothar.* ubi ducitur, parte feudi alienata, tantum partem committi, nec textus diſtinguit, utrum tanquam feudum, non quaſi allodium alienaverit, tum verò ſemper citra iam memoratam diſtinctionem, is qui feudum non conſentiente Domino vendit, Dominum contemnere videtur per textum expreſſum *c.*1.§.*fin. qua fuit prima cauſa benefic. amit.* fruſtra hæc ratio (qua ſupra ſcripti Dd. utuntur) pro fundamento diſtinctionis ponitur.

65 Quo circa & ſupra ſcriptam diſtinctionem in materia feudali expreſsè non pauci Dd. reiiciunt Thom. Marin. *de genere & qualitate feudi tit.*2. *de feud. ex pacto & providentia ſect.*2.*n.*25. Schrad *de feud. p.*9.*c.*1.*n.*55. Vulteius *de feudis c.*11.*n.*40. & noviſſimè Roſenth. *de feud.c.*9. *concluſ.*1.*n.*2.

66 Et ab Emphyteuſi ad feudum non rectè in hac alienationis ſpecie argumentum deduci, dilucidè oſtendit Cephal. *d. conſ.*139.*num.*25. *& ſeqq.*

Ubi illud evidenti ratione illuſtrando; quia,

67 *inquit*, per alienationem feudi factam de licentia Domini non præiudicatur agnatis poſt mortem alienantis, tamen ſecus eſt in Emphyteuſi: & rurſus vaſallo alienante ſine licentia Domini feudum tranſit illud ad agnatos, & non redit ad Dominum aliud obtinet in Emphyteuſi: Aretius enim proceditur in Emphyteuſi alienata, quàm feudo alienato: Quia feudum beneficium ſit gratis conceſſum non etiam Emphyteuſis à rigore cauſata, & Domini favorem concernens, cum ad meliorandum concedatur: Et

98 quidem in caſu conceſſionis concedens utitur benignitate & beneficio, idem agit in caſu diſſolutionis ac privationis, præterea vel ea de cauſa facilius admittitur alienatio in feudo, quod iure antiquo ſaltem urgente neceſſitate Vaſallus feudi partem alienare poterat, & aliam retinere, ut merito iure novo, quo antiquum minus corrigatur, portionem alienare & aliam retinere poſſit. Itaque in materia alienationis non valet argumentum à feudo ad emphyteuſin, & vice verſa, prout hæc explanat Cephal. *d.conſ.*139.*num.*25. *& ſeqq.* Et diſcrimen hoc videtur etiam innuere Petr. Anthon. Anguſola *d. conſ.*16.*n.*1. *& 2.vol.*7.

Utcunque autem ſe habeat res, in feudis ſa- 69
nè Eccleſiaſticis (quo in genere nos verſamur, uti per ſe notorium eſt, & fiſcus diſertè atque expreſsè fatetur, in ſeinem gegen Receß Anno 1612. am 14. May gerichtlich vbergeben §. So ſeyn dieſe Güter feudum & res Eccleſiaſtica) non niſi pro parte alienata feudum committi, nemo inficiatur Roſenth. *d.c.*9.*concluſ.*1.*in lit.F. ubi citat* Martin. Frec. *de ſub feud. lib.*2.*auth.*1.*num.*6. qui tamen ibidem de eo nihil tractat. Idem haud dubio fatentur omnes ſupra citati Dd. de Canonica æquitate atteſtantes.

Ut interim taceamus in caſu alienationis ne- 70
ceſſariæ videlicet pro prædio feudali ab ære alieno liberando vel alias conſervando iure ſuo, prout in noſtris terminis à Reo apud acta allegatum, & in eventum probari poſſe in facto aſſeritur, Vaſallum excuſari Cacheran. *conſ.*64. *num.*15. Roſenth. *ubi ſupra lit.F.* Item ſi talis 71
ſit perſona, cui Jus ignorare permittitur ut miles, mulier, minor Roſenthal. *d.c.*9. *concluſ.*1. *in lit.f.*

CONFUTATIO RATIONUM DVBITANDI.

HAud difficulter quoque ea profligari, elidique poſſunt, quæ in favorem fiſci prolata ſunt. Nam quod de feudo committendo ob alienationem ſine conſenſu Domini factam obiectum fuit, id locum obtinet in Vaſallo ex certa ſcientia fraudulenter & doloſe rem feudalem alienante, Reo autem defuncto nulla fraus, dolus, vel calliditas imputari, multo minus doloſe machinationis convinci poteſt, qui nequidem rem alienatam qualitate feudali fuiſſe affectam unquam verè ſcivit, nedum ſciviſſe convictus fuit, ut ſupra latius deduximus.

Præterea ſupra pluribus evicimus, nullo modo feudum totum, in præſentibus terminis feudi Eccleſiaſtici in commiſſum incidiſſe.

Ita nec Reo obeſt, quod maior factus ratam 72
habuiſſe videatur alienationem: nam primò non habuit Reus certam ſcientiam aſſertæ qualitatis feudalis, in re alienata, quod requiritur Simoncell. *d. tract. ad ult. num.*37. *C. ſi maior fact.* Facit huc Cravetta *conſ.*197.*num.*1.

Ubi tamen non ſufficere ſimplicem ſcientiam actus ratificati ait. Quin etiam expreſſim proteſtatus eſt Reus, quod ſimul atque oſtendi poſſit, rem alienatam eſſe feudalem, eam paratus ſit redimere. Ergò hæc proteſtatio & animi declaratio apud acta tollit omnem ratificationem, Simoncell. *d.loc.n.*49.

Parum quoque ſtringit, quod Reo, eiusque 73
hæredibus contra tutorem vel Curatorem regreſſum competere opponitur, ita ut ad reſtitutionem in integrum, uti extraordinarium remedium, non ſit poſiliendum. Nam primo reus ita ſufficienter defenſionibus ſuis Fiſcalis intentionem

tionem enervavit, ut satis tutus, neque ipsi ad beneficium restitutionis confugere necesse sit.

74 Deinde ex communiori opinione est in minoris electione utrum contra tutorem curatoremve experiri, an verò restitutionem petere velit, *l. etiam ubi Dd. C. si tutor vel Curator interven.* Franciſc. Becius *consi.* 12. *numer.* 77. *& seqq.* Franc. Viv. *decis.* 501. *num.* 17. *& seqq.* Sfort. Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 89. *num.* 85.

Unde curandum non est de contradicentibus, quorum opinio etiam specialiter conqustari potest, ad Instantiam Iudicii, si fortè minor negligentia tutoris læsus sit in tempore præfixæ instantiæ iuxta Franc. Bec. *consi.* 59. *num.* 7. *per ibidem alleg.*

Reliqua, quæ in favorem fiscalis asperguntur leviora sunt, quam ut laborioſa vel potius tædioſa refutatione indigeant, cum ex his, quæ dicta sunt, sponte sua concidant.

Ex quibus omnibus luce meridiana clarius eluceſcit fisci intentionem de Iure minimè esse fundatam.

An verò nunc statim definitivè pronunciari
75 possit? non improbabiliter, quis ea de causa in dubium vocaverit, quod lis nondum contestata, nedum in causa principali definitivè concluſum sit, sine litis contestatione autem sententia definitiva ferri non debeat Gail. 2. *obſ.* 76. *in pr.* Mynſ. *obſ.* 66. Joan. Baptiſt. Asin. *in prax.* §. 3. *c.* 21. *num.* 2.

Veruntamen cum merita causæ fusè iam tum
76 hinc inde ventilata sint, quo ipso litis contestatio facta intelligitur, utpote quæ per responſionem & replicationem Merita causæ reſpicien-
77 tem induci solet Cephal. *consi.* 388. *num.* 8. Cum & totæ causæ cognitio in opponendo replicandoque consistat Cravetta *consi.* 592. *num* 34. Hippol. Riminald. *consi.* 599. *num.* 30. Insuperque verosimile sit, tàm à fisco, quàm reo vel eius hæredibus nihil ulterius in facto allegari, multò minus probari posse, sanè D. Iudex cui etiam in-
78 cumbit, ut lites abbrevientur Surd. *decis.* 120. *n.* 7. *& 8.* Quod & utilitatem publicam reſpicit Surd. *ibid.* Franc. Beccius *consi.* 22. *num.* 9. Non
79 meretur reprehendi, si vel inanis circuitus evitandi, litisq; præcidendæ causa ad negotii principalis decisionem recta progrederetur, vel, quo omnis cavillandi aut de nullitate querelandi ansa penitus submoveatur, prævia relaxatione arresti, iuxta tenorem sæpius allegati decreti nec non refusis ante omnia per Fiscalem expensis, retardatæ litis & correcti libelli, per præam-
80 bulam partibus iniungeret, ut acta unico contextu redintegrent, litem contestentur, omnia repetant, & in causa concludant, iuxta practicam Bartoli, quam commendat Matt. de Afflict. *decis.* 262. *num.* 7. Borgn. Cavalcan. *decis.* 81. *n.* 17. *& seq. p.* 4. Vant. *de nullit. rub. quib. mod. senten. nulla de fin. num.* 88. *post* Dec. *consi.* 549. *num.* 4. *recte citatum.*

Et ita de iure respondendum putavimus. Salvo tamen in omnibus cuiuscunque rectiori Judicio.

In Arreſt Sachen Fürſtlichen Iborgiſchen Fiſcalis Klägern eins / gegen vnd wieder den Edel vnd Ehrnveſten Otto von dem Brinck nun deſſen Erb genehmen in Actis benandt / ſo dann Johan Sack Vogten zum Brocklohe Beklagte andern vnd dritten Theils / würd von vns Lübberten de Baer / verordneten Graffen deß Fürſtlichen Gerichts zu Ibrugk mit Zuziehung vnd gepflogenem Rath erſtbenenten vnpartheyſchen Rechtsgelehrten auff allerſeits gethane Submiſſion vnd Rechtſätze die Sache vor beſchloſſen auff vnd angenommen / vnd damals ferners darauff zu Recht erkant / daß zuvorderſt die wieder Sel. genandten von dem Brincke / durch Fiſcum inſtituirte criminal Klag / wegen deſſelben Abbleiben / pro iure expirirt, gefallen vnd erloſchen / vnd dannenhero der angelegte Arreſt zu caſſiren vnnd auffzuheben ſey / Immaſſen wir denſelben hiermit caſſiren vnd vffheben / die biß daran auffgelauffene Gerichtskoſten gegen einander auß bewegenden Vrſachen compenſirend vnd vergleichend.

Belangend aber den Punctum prætenſi commiſſi feudi, iſt von adelichen richterlichen Ampts wegen dieſer Beſcheid / würde ermelter Fiſcus deßwegen ſeparatum & novum proceſſum wieder einen oder andern Theil der Beklagten obgemelt / hieſelbſt gebräuchlich einführen vnnd ſeine intention pro obtinendo novo arreſto, beſſer / weder bißher in actis beſchehen / fundiren vnd iuſtificiren, daß er damit gehöret werden / vnd dem nechſt ferners in der Sachen ergehen ſoll / was recht iſt.

Sententia hæc publicata est 18. Februarii Anno 1613.

CONSILIVM LXXXII.

EPITOME.

I. De remediis Nullitatis, Appellationis, Restitutionis in integrum Reviſionis, Supplicationis, & de Officio Judicis.

II. Appellatio, ad convincendam sententiæ iniquitatem introducta, an à Senatu Aulico ad ipsum Imperatorem, vel ab Imperatore malè informato ad melius informandum interponenda & prosequenda sit? Vel, an hoc casu Restitutio in integrum prius petenda, & deinceps à denegato restitutionis beneficio appellandum sit?

III. Petitio restitutionis in integrum an suspendat Executionem?

Summaria.

1 Gravatis *quanam iuris remedia competant?*

2 A sententia Supremi Principis *appellari nequit; uti nec à sententia Senatus n.* 3.

4 Ab Imperatore *vel Rege evidenter gravante ad Papam appellandum nonnulli Dd. autumant;*

tumant; & num. 5. Quæ opinio exploditur, num. 7.

6 Papa *non debet quærere colorem abſorbendi Iurisdictionem Regum.*

8 Ferdinandus I. Imp. *appellationem à ſententia, quâ ſe Genuenſium competentem pronunciavit, ad Summum Pontificem interpoſitam refutando reiecit.*

9 Erneſtus Fridericus *Marchio Badenſis ab Imperatore gravatus ad Imperium, eiusque ſtatus provocavit.*

10 Elector Palatinus *an in cauſis gravatoriis ſit Cæſaris iudex? hoc & nu. 11. & 12.*

13 Nullitas *à iure poſitivo proveniens adverſus Principis ſententiam opponi nequit; & numer. 14. 15.*

16 *Contra* Nullitatem *in dubio pronunciandum.*

17 Probationes *non ſunt de ſubſtantia ſententiæ.*

18 Sententia *abſque probationibus lata non eſt nulla, ſed iniqua.*

19 Probationes *non ſunt de ordine ſubſtantiali, licet ſint de iuſtitia.*

20 Reſtitutionis in integrum *requiſita: Et num. 21.*

22 Appellatio *potiſſimum arguit iniquitatem vel imperitiam iudicis.*

23 Reſtitutio in integrum *reſpicit proprii erroris veniam, vel adverſarii circumventionem nec præſupponit iniuſtitiam ſententiæ, veliniquitatis querelam, ſed errorem ipſius læſi nu. 24. Limitatur n. 101.*

25 Reviſio *à ſententiis in Aulico Senatu Imp. probatis non admittitur; ex Actis prioribus duntaxat iuſtificari debet n. 26.*

27 Supplicationis *beneficium an in Aula Cæſaris admittatur?*

28 Reviſio *ſententiæ latæ à Principe, vel repræſentantibus eius perſonam, conceditur ex cauſa erroris facti: & n. 29.*

30 Officium iudicis *nonnunquam ad retractandam ſententiam æquitate ſuadente dari ſolet; & n. 31. 32.*

33 A ſententia Imperatoris *iuxta aliorum relationem pronunciantis appellari poteſt; Ratio ibidem adponitur: & n. 35.*

34 Supplicatio *à Principe malè informato ad melius informandum permittitur: Licet alii contradicant n. 37. 38.*

36 An à Cæſare malè informato, *ad melius informandum appellari poſſit. Hoc & num. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. ubi Gailii traditio & verborum contextus expenditur; & reſtringitur n. 45.*

37 A Philippo Rege *dormiente ad vigilantem appellatum.*

46 Supplicatio *loco Appellationis ſubrogata honeſtior eſt remedium, & minus gravans iudicis ſententiam.*

47 Appellatione *ob perſonæ excellentiam Vetitâ, nunquam cenſetur Supplicatio prohibita: Quam etiam Princeps tenetur admittere & recipere n. 48. 49.*

50 In Principis *arbitrio eſt, Supplicationem admittere, vel non.*

51 Regum *proprium eſt facere iuſtitiam & iudicium.*

52 Reſtitutio in integrum *contra ſententiam à Summo Pontifice vel Imperatore latam conceditur: Et num. 53. Declaratur num. 54. & 55.*

56 Appellationis *beneficio ad convincendam ſententiæ iniquitatem utens an à Conſiliariis Aulicis ad ipſum Imperatorem, vel ab Imperatore malè informato ad melius informandum appellationem interponere & proſequi debeat? & n. 57. 58. 59.*

60 *Contra* iuramentum in litem *contrarii probatio admittitur, ita, ut Iudex eo caſu factam taxationem retractare vel imminuere poſſit num. 61.*

62 Reſtitutio *contra ſententiam ex probationibus privilegiatis, uti iuramento, latam conceditur, & toties indulgenda eſt, quoties inſurgit æquitas, vel quis locupletatur cum alterius iniuria n. 63.*

64 Reſtitutionem in integrum *melius eſt implorare, quam ſupplicare contra ſententiam Principis.*

65 Reſtitutio *cum Appellatione condicionaliter ſive alternativè petenda: Rationes adducuntur n. 66. 67. 68.*

69 Per electionem *unius ex contrariis remediis renunciatio exſtinctioq; alterius neceſſario ſequitur.*

70 A ſententia *in puncto denegatæ reſtitutionis appellari poteſt; & n. 71.*

72 *Succumbens* in articulo reſtitutionis *adverſus ſententiam implorata poteſt nullitatem deducere.*

73 Nullitas *ad triginta annos opponi poteſt.*

74 Supplicatio *Executionem non remoratur.*

75 Reſtitutio in integrum *executionem non ſuſpendit & n. 76. Fallit, ſi victor cautionem de reſtituendo omnia in caſum ſuccumbentiæ præſtiterit nu. 77. Contrarium, quod nempe petitio reſtitutionis impediat executionem ſententiæ, aſſeritur n. 78. 79. 80. Quæ ſententia etiam in Ordinat. Cam. Imp. probatur n. 81. 82. 83. 84. Vide quoq; n. 89. 90.*

85 Executio ſententiæ *tàm impeditur per petitionem reſtitutionis in integrum, quando principaliter petitur per viam libelli, & antequam victor petierit executionem ſententiæ; & n. 86. 87.*

88 Sententiæ executio, *licet fuerit præventum in petitione executionis, ſi tamen non fuit cæpta executio facti; alias ſecus.*

91 Læſio, *& iuſta cauſa ob præſumptionem pro ſententia militantem ad impediendam executionem in continenti probanda; & numer. 98.*

92 Reſtitutio in integrum *ob non factas probationes non ſuſpendit executionem.*

93 Reſtitutio *non habet locum contra iuramentum in litem delatum in odium ſpoliantis: Principibus non facilè concedenda num. 94. Ratio n. 95.*

96 Prin-

96 Principes *non sunt à beneficio restitutionis arcendi.*

97 Rex Franciæ *in integrum restitutus.*

98 Restitutionem *sustinent iustissimæ causæ & enormissima læsio:*

99 Juramentum in litem *non aliter defertur, quàm si dolus & difficultas probationis non sufficiat.*

100 Restituere *non possumus, quod non accepimus.*

101 Restitutio *contra sententiam iniquam datur.*

102 Juramentum veritatis *illicitâ metamorphosi in iuramentum credulitatis transmutare non licet.*

103 Principis subscriptio *an in Rescriptis & Decretis requiratur? Aff. hoc ex num.* 104. 105. *Sed negativa, uti verior, probatur nu.* 106. *& seqq.*

107 Sigillum Principis *sub fida custodia asservari, & plerunque Cancellario committi solet.*

108 Sigillum Principis *absque eius subscriptione sufficit.*

FACTI SPECIES.

Cum annexis Quæstionibus,

In Sachen

Fulda contra Würtzburg.

Als die zwischen dem Hochwürdigen Fürsten vnnd Herrn/ Herrn Julio Bischoffen zu Würtzburg vnd Hertzogen zu Francken/vnd Abt Balthasar zu Fulda desselbigen Stiffts Cession betreffendt/ vor der Kayserl. Mayt. geschwebte Sache in dem 1602. Jahr doch dieses Inhalts Vrtheil entschieden worden.

Daß die zwischen S. F. Gn. Capitul Ritterschafft vnnd Abten auffgerichte Capitulation zu rescindiren, cassiren vnd auffzuheben sey/ Immassen die Kayserl. Mayt. dieselbige sambt allen jhren Anhängen rescindirt, cassirt vnd auffgehoben/dann mehrgedachten Abt wiederumb zu seiner vorigen dignitet Stifft/Ambt vnd Regalien restituirt vnnd Herrn Bischoffs zu Würtzburg F. Gn. zu Wiedergeltung aller vnd jeder Früchten vnd Nutzungen/die sie von Zeit an der beschehenen Entsetzung biß auff die Antretung deß verordneten Sequesters auffgehoben/oder so ein fleissiger Haußhalter hätte haben oder nießen mögen/ sambt Kosten vnnd Schaden dieser Sachen halber erlitten auff rechtliche Mässigung außzurichten/vnd zubezahlen vertheilet. Hat in darauff erfolgtem 1604. Jahr ermelter Abt Balthasar eine weitläufftige designationem Expensarum vnd dann ferner ein in Anno 1605. noch eine weitere Verzeichnuß der Schaden vnd Interesse eingeben/welche folgends Herrn Bischoffs zu Würtzburg F. Gn. communicirt, darauff dieselbe excipiendo deducirt vnd außgeführt.

Daß Erstlich in puncto fructuum perceptorum & percipiendorum nicht allein S. F. Gn. deß Stiffts Fulda vmb keines Hellers werth genossen / sondern daß auch desselben vnter wehrender Würtzburgischer administration gefallene einkommen in der Kayserl. Mayt. geordneten Sequesters Hand kommen/also in der Kayserlichen Macht vnd Gewalt usque ad restitutionem gewesen/daß auch nimmer müglich deß Stifts Fulda einkommen etiam à diligentissimo patrefamilias halb so hoch zubringen / als dieselben von dem Gegentheil taxirt vnd angeschlagen worden.

Den in puncto Expensarum außgeführet/daß dieselbe eins theils extraiudiciales andern theils aber voluptuosæ, imò prodigæ & sordidæ, derhalben von gemeinen geschriebenen Rechten/auch deß heiligen Reichs Constitutionen vnd vblichen observantz wegen/in zumahl keiner Achtung zuhaben/noch Herrn Bischoffs zu Würtzburg F. Gn. deßwegen die wenigste restitution auffzulegen.

So dann vnd fürs Dritte/daß die gefoderte Schäden vnd Interesse anders nichts/ dann ein mehre/ob wol verblümbte Forderung fructuum durante lite, vnd/ da der Stifft Fulda in Kayss. Mayt. Händen gewesen/perceptorum & percipiendorum derohalben S. F. Gn. in dieselben keines weges condemnirt werden sollen / oder können.

Also aber auff solche eingebrachte Exceptiones der Gegentheil per generalia submittirt vnd sich ad iuramentum taxatorium erbotten/dessen auch Herrn Bischoffs zu Würtzburg F. Gn. berichtet worden / haben dieselbe erstlich eine außführliche Deduction, warumb der Gegentheil zu solchen Eyd nicht zuzulassen/vbergeben / vnd sich noch zum Vberfluß dahin erbötig gemacht/ das Gegenspiel dessen/so dieser Expens vnd Fruchtforderung halber/von S. F. Gn. begehrt worden/der Notturfft nach / zubeweisen / wie solches vnter Num 1. weiters zubefinden dieser gäntzlichen rechtlichen Hoffnung vnd Zuversicht/ S. F. Gn. ja dieses erbieten/wie es dero von rechtswegen zugelassen/also auch von den Kayserl. Räthen verstattet vnnd dieselbige wieder die außtrückliche Rechtsverordnungen nicht beschwert seyn solten.

Deme aber doch allen entgegen vnd zuwieder ist/ehe vnd bevor solche Würtzburgische Außführung bey dem Kayss. Reichs Hoffrath vbergeben worden / am 30. Tag deß Monats Julii dieses 1609. Jahrs erstlich zwar sententia præambula dieses Einhalts publicirt worden. In der entschiedenen Sachen / Weyland Herrn Balthasars jetzo Herrn Johan Friderichs Abten zu Fulda/Klägern/wieder Herrn Julium Bischoffen zu Würtzburg/& Consortes, Beklagte in puncto, der zuerkanten/Früchten/Schäden vnd Kosten/ sein die von dem verstorbenen Abt eingebrachte designationes fructuum, so wol die Verzeichnuß der angegebenen Kosten vnnd Schäden taxirt, gemässiget vnnd zu Recht erkant/schwere jetztermelter Kläger oder sein Vollmächtiger Anwalt/ Krafft deren von jhme vor Special Vollmache einen Eyd zu Gott/daß sie glauben/ dz obgedachter Herr Abt Balthasar lieber 20000 fl. Reinisch/dann die Früchten/ Zeit seiner Entsetzung/ biß zu wider Anstellung deß Sequensters entberē/ darzu lieber 123000. fl. Reinisch nit habē/ daß der

Erſtattung der auffgelauffenen Vnkoſten/ vnnd ſonſt aller anderer Schäden hätte entrathen wollen/daß ſolches gehöret werden/vnd ferner darauf ergehen ſoll/was recht iſt.

Vnd alſo der Fuldiſche Agent in continenti ſolche Eydt erſtattet / iſt eadem hora noch weiter erkandt / vnd Vrtheil eröffnet / wie folget.

